Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, Jo. Clerici et B. Bernardi, B. Dorieres, sindicis; — Jo. de Fogia, Ste. Achardi, G. de Crosa, P. Nicodi, F. Grossi, P. de Nanto, Hu. Valeti, R. Arnaudi, P. Jaqueti, R. Privissini, G. Rogeti, P. Magnini, G. de Pemes.

Super eo quod fuerunt proposita per d. magistrum requestarum Johannem de Lestelley quod ipse fecit complere librum taxe et quod commictatur aliquibus ad videndum et collacionandum, deinde quod sibi satisfiat secundum promissa et conventa n. Aymoni, ejus fratri.

Deinde quod petit sibi fieri aliquam recompensacionem eo quia dictus Aymo, ejus frater, decessit pro communitate in Berna [1].

Deinde si civitas vult, quod ipse magister requestarum paratum se offert facere et complere inventarium jurium fieri ceptum per dictum Aymonem, fratrem [2].

[1] Il faut probablement lire Fribourg; voir ci-dessus, p. 24, n. 1, et p. 33, n. 1.

[2] Sur cet inventaire des titres et droits de la ville, voir R. C., t. II, p. 448.

(43) In quo et de consensu quorum supra fuit deliberatum quod accipiatur liber talee a magistro requestarum et quod sibi satisfiat de l florenis sibi restantibus.

Deinde quod tradat per articulos que petit sibi recompensari, et super ipsis articulis sibi respondebitur.

Deinde quod faciat et compleat repertorium instrumentorum civitatis.

Item quod fiat crida quod mundentur carrerie et platee et quod qui voluerit habere fimum gratis, quod accipiat.

De serrazenis, quod loquatur castellano, quod vacuent villam.

Ulterius fuit conclusum quod detur Cachivilliez, in recompensacionem unius equi per ipsum loquati ville, videlicet duos florenos parvi ponderis.

*Martis xiiij octobris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, Jo. Clerici, sindicis; — P. Gavit, Ste. Achardi, G. de Crosa, P. Cortagier, P. Nicodi, P. de Nanto, A. Mistralis, H. Valeti, R. Arnaudi, R. Privissini, F. Grossi, G. de Pemes, G. Rogeti, consiliariis.

De facto Jaquemeti Rougouz, petentis se eximi a talea, fuit conclusum quod solvat taleam et quod pro tribus liberis penes ipsum existentibus, quod accipiat x florenos pro singulo puero.

Mandatur magistris computorum quod intrent receptori v^c^ et vij florenos contentos in quadam policia per nobilem Aymonem de Versonay facta de cruse sancti Petri [1].

*(Burgenses.)* — || Fuerunt creati burgenses :

Primo Petrus de Portu, sellerius, parrochie Madalenes, pro et mediantibus vij florenis, j sellioto. ||

Item Nicodus Perreti, de Rosseriis, chapellerius, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j sellioto. ||

Item Ludovicus Bona, centurerius, parrochie Madalenes, de Avanchier, vij florenis, j sellioto.

(44) Stephanus Chenevardi apportavit librum factum per Lestelley [2].

[1] Voir R. C., t. II, p. 469-470.

[2] Le *registrum estimationum,* déjà mentionné ci-dessus, p. 33, n. 2. Voir ci-après, à la date du 9 décembre.



Et fuit commissa visio ipsius libri magistris computorum, ut videant si sit secundum promissa, etc.

*Die Martis xxj octobris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, Bar. Bernardi, Jo. Clerici; — Johanne de Fogia, G. de Crosa, P. Nicodi, F. Grossi, A. Mistralis, P. de Nanto, N. de Nanto, R. Arnaudi, R. Privissini, P. Magnini, G. de Pemes, A. de Sancto Michaele.

Fiat mandatum receptori de xvij florenis et ij grossis expositis pro reparacione pontis Sancti Gervasii, ut lacius continetur in rotulo exhibito.

|| Ibidem Girardus de Fogia, receptor, convenit et promisit solvere pro venerabili capitulo tantum valoris quantum valent bosseti ipsius capituli intrati in civitate, etc., in manibus d. sindicorum. ||

*xxiiij octobris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, B. Bernardi, sindicis; — A. de Sancto Michaele, G. de Crosa, P. Nicodi, F. Grossi, P. de Nanto, A. Mistralis, R. Arnaudi, N. de Nanto, consiliariis.

*(Burgensis.)* — || Fuit creatus burgensis Johannes Lamberti, de Montange, sellierius, parrochie Sancti Germani, et (et) mediantibus vij florenis, j collovrina. ||

*Martis xxviij octobris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, Be. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis; — Jo. de Fogia, A. de Sancto Michaele, Ste. Achardi, G. de Crosa, P. Cortagier, P. Nicodi, F. Grossi, A. Mistralis, P. de Nanto, R. Arnaudi, P. Jaqueti, R. Privissini et P. Magnini, N. de Nanto, Jo. Clerici, G. de Vaudo, H. Valeti, consiliariis.

(45) In quo fuit conclusum quod ale recuperentur ad opus civitatis ad coustienciam, si non reperiatur qui se daturum offerat plus de iij^c^ et decem florenis.

Item de vigillacionibus et gueyto fiendis, quod fiat modo quo dominus precipit.

Aliunde fuerunt deputati dominus sindicus Girardus et Jo. Clerici ad solicitandum erga d. episcopum et ejus consilium super solucione fienda Bernensibus.

*xxix octobris.*

Existentibus in ecclesia fratrum Minorum n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis; — R. Arnaudi, H. Valeti, P. Nicodi et pluribus aliis.

Ibidem tunc d. castellanus proposuit quomodo dominus volebat et permictebat quod mercatores possint et valeant ire Ludunum si voluerint pro hac nundena, non obstante inhibicione per eundem castellanum mercatoribus de non eundo facta.

*Die Martis iiij^a novembris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis; — P. Gavit, A. de Sancto Michaele, Ste. Achardi, G. de Crosa, P. Cortagier, P. Nicodi, F. Grossi, P. de Nanto, N. de Nanto, R. Arnaudi, P. Jaqueti, R. Privissini, P. Magnini, Jo. Clerici, G. de Pemes, consiliariis.

Super lictera recepta parte d. Girardi Oddeti, fuit conclusum quod sibi scribatur quod brevius ut fieri poterit sibi satisfiet.

Ibidem fuerunt electi et deputati pro eundo cum d. episcopo Bernam, videlicet Anthonius Achardi et Franciscus Grossi [1].

De carnibus vendendis fuit conclusum quod loquatur domino de modo tenendo deinceps.

(46) *Jovis vj novembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi; — A. de Sancto Michaele, Ste. Achardi, F. Grossi, P. Cor-

[1] Dès le mois de juin précédent, l'évêque de Genève projetait un voyage en Suisse, voir E. A., t. II, p. 684 *h*. C'est au cours de ce voyage, le 14 novembre, que fut conclu le traité de combourgeoisie entre l'évêque Jean-Louis, agissant pour lui-même et pour sa ville de Genève, et les villes de Berne et de Fribourg. Voir A. Roget, dans M. D. G., t. XV, 1re partie, p. 73-82. Le registre du Conseil prouve que, contrairement à l'opinion de Roget, les citoyens prirent une part effective à la négociation du traité. Sur ce voyage, voir aussi M. D. G., t. VIII, p. 429; *Die Berner-Chronik des Valerius Anshelm*, t. I (Berne, 1884), p 114.



tagier, R. Arnaudi, P. Jaqueti, R. Privissini, P. Magnini, Jo. Clerici, A. Achardi.

Fuit conclusum et dictum bocheriis quod deinceps non vendant libram carnium bovinalium nisi duos denarios cum obolo, et libram mutonis tres fortes.

Fuit data potestas et licencia Anthonio Achardi et Francisco Grossi, debentibus ire Bernam et Friburgum, intercedendi erga dominos de Liguis ut intrentur iiij^m scuta. Et quod ipsi possint dare et assecurare aliquibus ex ipsis de Liguis, si faciant intrare premissa et non aliter, videlicet usque ad summam ij^c scutorum.

*vij novembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi; — P. Gavit, Jo. de Fogia, Ste. Achardi, P. Nicodi, A. Mistralis, P. de Nanto, N. de Nanto, R. Arnaudi, P. Jaqueti, R. Privissini, Jo. Clerici.

|| Ibidem fuit creatus burgensis Anzo [1]... ||

*Die Martis xj novembris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, B. Bernardi, consiliariis [sindicis]; — Jo. Clerici, Ste. Achardi, G. de Crosa, G. de Vaudo, P. Cortagier, P. Nicodi, P. de Nanto, N. de Nanto, P. Jaqueti, (47) R. Privissini, P. Magnini, Jo. Clerici, A. Mistralis.

*(Mandatum.)* — || Fiat mandatum receptori de tribus florenis et tribus grossis expeditis Jacobo Savoye, misso Bernam cum ambassiatoribus. ||

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Petrus Dagini, de Marcella, affanator, parrochie Sancti Victoris, mediantibus vij florenis, j sellioto. ||

Ibidem fuit injunctum Johanni Malagniodi, bocherio, parte domini et tocius civitatis, quod de cetero vendant carnes more solito, ita et taliter quod computare debeant de uno denario super mutone et uno obolo super bove ville et communitati, protestando de interesse contra dictum Malagniodi, etc., qui in premissis se opposuit.

[1] Voir ci-après, à la date du 2 décembre.

*xvj novembris.*

Existentibus in consilio generali, in claustro Sancti Petri Gebennarum tento sono campane, more solito, n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, Jo. Clerici et Ba. Bernardi, sindicis; — d. Guillelmo et Ludovico de Lornay, canonicis; — P. Gavit, G. Ravonelli, P. de Nanto, P. Nicodi, Henrico Beatrisii, Martino Danelli, Jo. de Crosa, Jo. Bracoz, Jo. de Lione, Jo. Chales, G. de Fogia, Glaudio de Sieges, R. Dorsieres, Ja. de Fontana, Jo. Albi, Nicodo Mallieti, Jo. Bouloz, Petro de Nanto juniore, P. de Cresto chapellerio, Jo. Proz, Jo. Boconis, Jo. Ricameys, P. Cortagier, Jo. Albi, P. Mercerii et pluribus aliis.

In quo per suprascriptos et de eorum consensu fuit posita et equata venta vini ad duos grossos cum dimidio.

*Martis xviij novembris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, Jo. Clerici et B. Bernardi, sindicis; — Jo. de Fogia, G. Ravonel, G. de Crosa, (48) G. de Vaudo, A. Mistralis, P. Nicodi, P. de Nanto, R. Privissini, G. Rogeti.

De taxa Ludovici de Burcellis fuit conclusum quod de taxa sua nichil potest tolli nec admoveri per suprascriptos.

Idem de facto Alberti Ginodi quoad molam molendini, et quod videatur liber cui stetur.

De facto egregii de Lestelley, fuit conclusum quod dicatur Stephano, ejus servitori [1], quod tradat xxv florenos quos debet vel quod illos faciat intrare in computo dicti Lestelley.

*(Burgensis.)* — || Fuit creatus burgensis Petrimandus Mabosson, pelliparius, parrochie Madalenes, pro et mediantibus vj scutis, j colovrina. ||

De marcellariis fuit responsum Jo. Malagniodi, super cedula per eum data, quod citra derogacionem appunctuamenti pridie facti, quod aspectetur adventus domini.

*xxj novembris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, B. Bernardi, Jo. Clerici, sindicis; — P. Gavit, G. Ravonel,

[1] Etienne Chenevard, notaire, au service d'Aimé de Lestelley; voir ci-dessus, p. 37.



G. de Crosa, P. Nicodi, P. de Nanto, P. Magnini, G. de Pemes, consiliariis.

Super tribus navis oneratis vino, existentibus in Rotulo, detentis ad instigacionem domini Viriaci [1], fuit conclusum quod Glaudius de Pesmes loquatur d. officiali.

*Martis xxv novembris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : iiij^or sindicis; — P. Gavit, Jo. de Fogia, G. de Crosa, G. de Vaudo, (49) P. Nicodi, P. de Nanto, A. Mistralis, R. Arnaudi, N. de Nanto, P. Jaqueti, R. Privissini, P. Magnini, P. Cortagier, Jo. Clerici, G. Ravonel.

|| Ibidem Monetus Falquet, sellerius, juravit in manibus sindicorum se fore et fuisse burgensem hujus civitatis, sed propter diuturnitatem temporis illam perdidit, quia sunt quinquaginta anni lapsi; ideo premissis actentis fuit readmissus in burgensem. || — *(Levatum est.)*

De marcellariis fuit conclusum modo quo supra et superius est deliberatum, et quod fiant lictere neccessarie et opportune.

Fiat mandatum receptori de tribus florenis, uno grosso cum dimidio, pro locagio unius equi ducti Bernam ultimate per d. Petrum de Viriaco cum domino, etc.

*(Burgensis.)* || — Ibidem Bernardus Rustignelli, appothecarius, de Pygnerolio, parrochie Marie Nove, fuit creatus burgensis pro et mediantibus iiij scutis et j collovrina. ||

*xxviij novembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi; — P. Gavit, Jo. de Fogia, P. Cortagier, R. Arnaudi, Jo. Clerici, P. Jaqueti, G. de Crosa.

*(Burgensis.)* || — Fuit creatus burgensis Richardus, filius quondam Remondi Bachillardi, clericus, parrochie Sancti Leodegarii, pro et mediantibus vij florenis, j colovrina. ||

*(Burgensis.)* — || Ibidem Glaudius Philippi, de Vulpens, centurerius, parrochie Madalenes, mediantibus vij florenis, j colovrina. ||

[1] Le château et la seigneurie de Rolle appartenaient alors à Aimé de Viry.

Ibidem fuit ordinatum dari magistro requestarum, pro libro taxe, videlicet triginta florenos parvi ponderis.

*(Burgensis.)* — || Ibidem Henricus Famelloz, escoferius, de Contagmina versus Funcignacum, fuit creatus burgensis pro et mediantibus videlicet vij florenis et j sellioto.

(50) *Martis secunda decembris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, B. Bernardi, G. Blancmantel, sindicis; — Jo. de Fogia, G. de Vaudo, P. Nicodi, N. de Nanto, P. Jaqueti, R. Privissini, Johanne Clerici, P. Magnini, A. Mistralis, P. Cortagier, P. de Nanto, G. de Crosa, G. Ravonel.

*(Burgensis.)* — || Fuit creatus burgensis Anzo Hugonis, pelliparius, parrochie Madalenes, mediantibus iiij scutis. ||

*(Burgensis.)* — || Petrus Borgesii, notarius, parrochie Madalenes, pro et mediantibus vij florenis, j colovrina. ||

Ibidem fuit prohibitum Guilliermo Joly ne, lapsa nundena, ulterius vendat.

Ibidem Francisco Medici, marescallo, fuit data licencia faciendi unum congrinum in Corracteria, ita et taliter quod juravit disruere tociens quociens fuerit parte ville requisitus.

De Burgondis fuit conclusum quod permictatur vendere ut voluerint durante nundena et non alias.

*Martis ix decembris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi; — Jo. de Fogia, Jo. Clerici, P. Magnini, R. Privissini, N. de Nanto, R. Arnaudi, P. Jaqueti, G. de Crosa, G. de Vaudo, P. Nicodi, P. de Nanto, A. Mistralis, P. Cortagier, P. Gavit.

Ibidem per egregios Guilliermum de Crossa et Girardum de Fogia fuerunt apportati videlicet liber equancie cum repertorio et nonnullis aliis juribus et computis eisdem Guilliermo et Girardo traditis per egregium Johannem de Lestelley.

(51) Fuit deliberatum quod Jo. Clerici dicat illi de Friburgo qui mutuo dedit A. Achardi et F. Grossi centum scuta, quod sibi satisfiet hinc ad Sabati proximam.



De libro taxe fuit ordinatum quod liber taxe cum repertorio tradatur et reponatur penes Ja. Nergaz, qui illum custodire habeat, qui promicterit illum reddere tociens etc., continens dictus liber folia scripta clxvij[1].

Claves magne arche in platea Domus communis existentis dimictuntur videlicet una sindicis, alia G. de Crosa, alia receptori.

*Die x decembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi; — P. Gavit, Jo. de Fogia, Ste. Achardi, A. de Sancto Michaele, P. Cortagier, F. Grossi, G. de Crosa, P. Nicodi, R. Arnaudi, P. Jaqueti, P. Magnini, consiliariis.

Fuit conclusum quod accipiantur xvj mille floreni renenses, ad quinque pro centenario, modo et forma petitis per dominos Argentine seu de Strabor.

Deinde quod illi qui restant debentes pro talea se obligent pro censa, juxta ratam per eos debitam, donec et quousque redimerint eorum taleam, etc.

(52) *Die xj decembris.*

Existentibus in consilio generali, in claustro Sancti Petri Gebennarum, sono campane more solito congregato, n. et h. viris acque dominis : Petro de Viriaco, Andrea de Malvanda officiali Gebenn.; — Jacobo Nerga, Besansono Dorieres, Girardino Blancmantel et Bartholomeo Bernardi, sindicis; — Johanne Clerici, Ansermeto Mistralis, P. Nicodi, G. de Crosa, G. de Quarro, Roleto Arnaudi, P. Gavid, Jo. de Fogia, P. Magnini, Francisco Grossi, Remondo Privissini, Johanne Polliuti, Johanne Bocardi, G. Boverii, Glaudio de Pemes, Jo. Albi, Petro Cortagier, Petro Exertonis, Petro de Nanto seniore, Glaudio de Sieges, Martino Danelli, Johanne Mallieti, Stephano

[1] Ce volume, conservé aux Archives d'Etat, *Comptes de la communauté,* nº 10, contient en effet, outre le feuillet où se trouve la préface du notaire Etienne Chenevard, 167 folios écrits et numérotés, et il est accompagné d'un répertoire contemporain (ci-dessus, p. 34, n. 1). Il a été publié en extrait par le Dr Chaponnière, sous ce titre : *Etat matériel de Genève pendant la seconde moitié du quinzième siècle,* dans M. D. G., t. VIII, p. 289 et suiv. Voir ci-dessus, p. 33, n. 2.

Achardi, Petro Jaqueti, Jo. Bouloz et pluribus aliis hic non nominatis causa prolixitatis.

In quo, organo dicti d. officialis, fuerunt proposita, tam parte illustris d. episcopi quam civitatis, quomodo ad evictandum majus dampnum, pro complemento solucionis fiende Bernensibus et Friburgensibus de eorum composicione, fuerunt per nonnullos de Berno et Friburgo et per Franciscum Grossi, missos parte dicti domini et civitatis ad Strabor, ubi fuerunt reperte pecunie usque ad summam xvj$^{m}$ et novies centum florenorum renensium ad quinque pro centenario, et pro illis pecuniis habendis non restabat nisi securitas de illis fienda, videlicet obligacio civitatis seu sindicorum erga sex de Berno et Friburgo qui dictam summam apud illos de Strabor fidejusserunt pro et nomine dicte communitatis, cum licteris sigillatis sigillorum domini predicti et ipsius civitatis de eisdem solvendis, capitale debitum et censum ordinatum, cum obstagiis et fidejussoribus per eos petitis in deffectu solucionis census et capitalis debiti, et eciam licencia domini et domine ducis et ducisse Sabaudie vendendi jocalia penes eos existencia in deffectu predicte solucionis [1].

Super quibus in dicto consilio generali fuit conclusum, deliberatum et ordinatum quod, super premissis, totum consilium generale dedit potestatem sindicis presentibus in premissis agendi et faciendi ac pecunias accipiendi et obligacionem (53) faciendi ac sigillum ville mandandi prout eis videbitur opportunum, cum omnimoda et plena potestate premissa omnia faciendi, quam ipse totum consilium, nemine discrepante, eisdem sindicis contulit in bona et ampla forma, de quibus ipsi sindici pecierunt licteras testimoniales.

*Eadem die xj decembris*, post prandium, existentibus in consilio Quingentorum [2], in Domo ville, videlicet n. et h. viris : Ja. Nerga, Besansono Dorieres, Girardino Blancmantel et Bartholomeo Bernardi, sindicis ; —

[1] Sur la négociation de l'emprunt consenti par la ville de Strasbourg, négociation qui suivit de près le voyage à Berne de l'évêque Jean-Louis et la conclusion du traité de combourgeoisie du 14 novembre (ci-dessus p. 46, n. 1), voir le compte de F. Gros, dans M. D. G., t. VIII, p. 430, et les lettres du conseil de Berne citées par G. Tobler dans son édition de la chronique de Schilling, t. II, p. 136, n. 1. Comp. aussi E. A., t. II, p. 708 *b*, 709 *e* ; t. III, 1re partie, p. 1 *b*.

[2] *Lisez* : de Lta.



Johanne de Pemes, Petro Gavit, Jo. de Fogia, G. de Crosa, P. Prepositi, H. Valeti, G. de Quarro, Ste. Columbi, Perrotini esperonerio, G. de Vaudo, Jo. Albi, Ste. Achardi, R. Arnaudi, P. Jaqueti, Alberto Ginodi, Jo. Bouloz, Jo. Bocardi, G. Boverii, Ja. Paqueti, G. Balleti, F. Grossi, Johanne de Lunes, A. Mistralis, Vauterio Chernavelli, Johanne Clerici, Perreto Chenuti, Jo. Malagniodi, Girardo de Bit, R. Privissini, Petro Magistro Petri, Glaudio de Castronovo, Hugoneto Villete, Theobaldo Albi, Girardo de Boulo, Petro Mermodi, Petro Magnini, Petro Exertonis, Petro de Nanto, Petrimando de Malodumo, Amedeo Thoreni, A. de Sancto Michaele, Guigone Locheti, Masseto pellipario et Jo. Chales.

In quo, alta voce, organo dicti Girardini, proposita fuerunt prout superius proxime per d. officialem.

In quo fuit conclusum et per quos supra ordinatum quod accipiantur illi xvj$^{m}$ et ix$^{c}$ floreni renenses, si sit neccesse, aut plus vel minus secundum neccessitatem, ad dictam censam quinque pro centenario. Ita et taliter quod omnino civitas liberetur a manibus ipsorum Alemanorum, et quod fiant lictere sigillate sigillo ville et alias et prout super hujusmodi materia videbitur predictis sindicis fiendum, quibus omnimoda datur potestas premissa agendi.

(54) Deinde quod Johannes Clerici, qui hucusque recuperavit, quod reddat computum in manibus deputandorum.

Ulterius quod illi qui non solverunt, supportare habeant censam hujusmodi, juxta ratam per eos debitam.

Insuper ibidem per me fuerunt lecte lictere d. episcopi, in quibus cavetur quod marcellarii vendant carnes mutonis libram quinque denarios cum obolo, bovis tres cum obolo, super quibus videlicet qualibet libra mutonis villa accipere debeat unum denarium et super libra bovis unum obolum, et alias ut plenius in eisdem licteris continetur.

Quibus lectis, Johannes Malagniodi et Girardus de Bit, marcellarii, dixerunt quod non possent ita facere et quod se magis amabant a marcellario deponere.

Quibus dictis, sindici predicti, vigore predictarum licterarum, predictis Johanni et Girardo presentibus inhibuerunt, sub pena c librarum forcium et indignacionis domini, ne a modo in antea contrarium dictarum licterarum facere audeant vel presumant, que omnia significare habeant ceteris marcellariis, etc.

*Veneris die xij decembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi ; — P. Gavit, Jo. Clerici, G. de Vaudo, P. Nicodi, R. Arnaudi, F. Grossi, N. de Nanto.

*(Burgensis.)* — || Michael Viviani, navaterius, fuit creatus burgensis, qui dedit videlicet iiij scuta, j selliotum. ||

Fiat mandatum Jo. Clerici de xxxix scutis libratis, videlicet xxj de Solano etc., xv F. Grossi et Anthonio Achardi etc., tres pro lictera bocheriorum. — *(Levatum est.)*

Fiat adhuc de xx$^{ti}$ florenis Alamanie traditis F. Grossi, qui novissime ivit Bernam.

Fuit deliberatum et conclusum quod moniales Sancte Clare faciant murum, etc.

|| Fiat mandatum receptori pro Glaudio Chames de xxij grossis, j quarto, ut in rotulo. ||

(55) *Martis die xvj decembris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis ; — A. de Sancto Michaele, Jo. de Fogia, G. de Crosa, G. de Vaudo, St. Achardi, P. Cortagier, P. de Nanto, A. Mistralis, H. Valeti, N. de Nanto, R. Arnaudi, R. Privissini, P. Magnini, Johanne Clerici, G. de Pemes, G. Ravonelli.

Ibidem per prenominatos sindicos fuit data carroneria civitatis Henrico Talliant, de Avillian, habitatori Sancti Gervasii, et Anthonio Estevenodi, de Clusa Loci Dei, ad et per sex annos proximos die prima proximi mensis januarii incohandos et simili die finiendos, sub firma cujuslibet anni dictorum sex annorum duorum millium quarroneriorum solvendorum in festo beati Michaelis archangeli. Submictentes etc., renunciantes etc., promictentes etc.

Ibidem, omnibus bocheriis hic existentibus, fuit protestatum per totum consilium contra dictos bocherios de suis et tocius civitatis dampnis, missionibus et interesse, preteritis et futuris, etc.

|| Fiat mandatum receptori de xxx florenis pro vestibus fiendis vigillibus seu gueytis. || — *(Levatum est.)*



*Veneris xix decembris.*

Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi ; — P. Gavid, P. Nicodi, A. Mistralis.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Guilliermus Joly, appothecarius, de Thono(no)nio, parrochie Madalenes, pro et mediantibus vj scutis, j colovrina. ||

(56) *Lune xxij decembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis; — P. Gavid, Jo. de Fogia, G. Ravonelli, P. Cortagier, P. de Nanto, N. de Nanto, G. de Crosa, P. Jaqueti, R. Privissini, R. Arnaudi.

In quo fuit conclusum quod marcellariis non tollatur pondus carnium, quomodocumque sit, etc. ; deinde fuit data potestas sindicis dare cui vel quibus videbitur, ut noverint pro meliori pro premissis.

*Martis xxiij decembris.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis ; — Johanne de Fogia, G. de Crosa, P. Cortagier, P. Nicodi, P. de Nanto, A. Mistralis, R. Arnaudi, Jo. Clerici, P. Jaqueti, G. de Vaudo, R. Privissini, P. Gavid, P. Magnini, Ste. Achardi, G. Ravoneli, Jo. de Fogia, G. de Pemes.

Fuit ordinatum quod loquatur domino de bocheriis et quod pondus non removeatur quia esset in prejudicium tocius civitatis, et quod ipsis pondus non tollatur.

Deinde de calice petito per d. Petrum de Viriaco, fuit ordinatum quod Johannes Clerici illum tradat in manibus Girardi de Fogia, receptoris, et quod civitas contentabit Johannem Clerici de eo quod poterit sibi deberi ad causam ipsius calicis.

Fuit commissa visio petitorum per d. Johannem Chapuisii, Jo. de Fogia, Ravonelli, Ste. Achardi, G. de Crosa ac receptori, quibus datur potestas videndi et concludendi.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Jacobus de Muro, draperius, parrochie Madalenes, pro et mediantibus v scutis, j colovrina. ||

(57) *Martis xxiij decembris.*

Existentibus in consilio Quingentorum [1] n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis; — P. Gavid, Stephano Achardi, P. Prepositi, H. Valeti, P. Nicodi, Janino de Mara, Johanne Albi, Glaudio de Castrorubeo, P. Mermodi, P. Magistro Petri, Jo. Clerici, A. Mistralis, P. Gatilliardi, Ste. de Puteo, Thome de Medella, Jo. Bouloz, Jo. Porterii, Amedeo Thoreni, Jo. Bocardi, Ja. Paqueti, P. de Nanto, Alberto Ginodi, Jo. Ternerii, N. de Nanto, R. Arnaudi, P. Jaqueti, R. Privissini, P. Magnini, Vouterio Chernavelli, consiliariis.

Ibidem per quos supra unanimiter fuit conclusum quod pondus bocheriorum non aboleatur sed de residuo fiat meliori modo quo fieri poterit per sindicos, quibus datur potestas, etc.

Ibidem bocherii, organo Johannis Margollion, dixerunt quod sunt contenti et parati dimictere bocheriam tociens quociens villa et civitas voluerit, ad que verba Borsat se opposuit, presentibus majori parte bocheriorum et tacentibus.

Ibidem fuit conclusum ut supra, et quod provideatur de aliis bocheriis et quod premissa notifficentur domino et demonstrentur, et maxime quod pondus maneat.

*Veneris xxvj decembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris [2]...

*Sabati xxvij decembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi; — R. Arnaudi, P. Gavid, A. Mistralis, G. de Crosa, P. Nicodi.

*(Burgensis.)* — || Ibidem Martinus Danelli, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis pro et mediantibus vij florenis, j sellioto. ||

Ibidem fuit conclusum concedi illustri d. episcopo, per Johannem Clerici, videlicet centum scutos, accipiendo assecuracionem, etc. [3].

[1] *Lisez :* de L^ta.
[2] Voir ci-après, p. 57, n. s.
[3] Cet article paraît devoir être intercalé à la fin du procès-verbal qui suit.



(58) G. de Crosa [1], G. de Vaudo, P. Nicodi, Johanne Clerici, R. Privissini, R. Arnaudi, H. Valeti, Johanne Albi, G. de Boulo, Martino Danelli, Jo. Terneri, F. Violant, G. Boveri, Johanne Chales, Jo. Calabris, A. Fabri, P. Gatilliardi, Vouterio Chernavelli, Jo. Bouloz, Jacobo Paqueti, A. Thoreni, Ste. Achardi, Bar. Vincencii, Ste. Columbi, P. Mermodi, Henrico Fontaneis, Petro Querci, Janino de Mara, Petro Exertonis, Petro de Cresto, Jo. Maliardi, Jo. de Crosa, G. Rogeti, Petrimando de Maloduno.

Ibidem bocheriis fuit dictum quod vendant ad libram, videlicet mutonis quinque denariorum cum obolo, et bovis iij denarios, et quod solvant civitati pro quolibet bove sex grosos, pro vacha quatuor grossos, pro mutone unum grossum, pro porco unum grossum, pro vitulo ij quartos, pro capreolo videlicet unum denarium.

*Lune xxix decembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis; — d. P. de Viriaco; — P. Gavid, G. Ravonelli, G. de Crosa, G. de Vaudo, P. Nicodi, Jo. Tacconi, Ste. Columbi, P. Mugnerii, Jo. Ternerii, P. de Cresto, G. Boverii, Vouterio Chernavelli, Guigone Locheti, P. Mermodi, Jo. Maliardi, P. Querci, A. Mistralis, A. Fabri, A. Thoreni, Ja. Paqueti, Jo. Porterii, P. Jaqueti, R. Arnaudi, P. Magnini, Jo. Clerici et G. Viennesii, magistro Colino escofferio, G. de Pemes.

Ibidem unanimiter fuit conclusum per quos supra quod fiat imposicio super rebus et mercanciis intrantibus in civitatem, modo descripto in lictera fienda et per me eisdem lecta.

(59) *Martis xxx decembris.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : iiij^or sindicis; — G. de Pemes, G. de Crosa, R. Arnaudi, G. de Vaudo.

Ibidem deputatus fuit receptor et exactor imposicionis facte bocheriis Johannes Ternerii, qui juravit etc., suo salario ordinando per consilium, etc. [2]

[1] Ce procès-verbal est probablement celui de la séance du 26 décembre.
[2] Voir M. D. G., t. VIII, p. 425.

*Martis penultima decembris.*

Existentibus congregatis in claustro sancti Petri, in consilio generali, sono campane more solito : ven. domini Petrus de Viriaco et Andreas de Malvanda officialis, canonici, etc. ; — Ja. Nerga, B. Dorerii, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindici ; — G. Viennesii, P. Gavid, A. Mistralis, magistro Buliffroz barberio, Bar. Vincencii, P. Braseti, G. de Fogia, G. de Pemes, Ste. Achardi, P. Magnini, Roleto Arnaudi, Johanne Polliuti, Johanne Clerici, Hugoneto Valeti, Petro Jaqueti, Petro Exertonis, Janino de Mara, Jo. de Crosa, Petrimando de Maloduno, Petro Guatilliardi, Johanne Christini, Johanne Pro, Henrico Fontaneis, A. Fabri, Ste. Columbi, Johanne Albi, Clasquino pellipario, Johanne de Fontana, A. Mistralis, Jo. Mallieti, Johanne Veluti, Johanne Ternerii, Guilliermo Rogeti, Glaudio Ravonelli, Petro Neyrodi, R. Privissini, Jo. Chales, Petriquino Ciclati, Amedeo de Bornant, Johanne Maliardi et pluribus aliis.

In quo generali consilio et per quos supra fuit unanimiter consensum, conclusum et ordinatum quod fiat gabella seu imposicio super quibuscumque rebus intrantibus in dictam civitatem, per quatuor annos et non ultra, prout in lictera et taxa rerum et mercanciarum ipsis per me lecta et inde confecta, ut a manibus Alemanorum liberari possint, etc. [1]

(60) *Dicta die ultima decembris*, post prandium.

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis ; — P. Gavid, G. Ravonelli, Johanne Clerici, A. Mistralis, G. de Crosa, G. de Vaudo, P. Nicodi, G. de Pemes.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Jaquemetus Cohendoz, de Ballesone, parrochie Madalenes, navaterius, pro vij florenis, j sellioto. ||

Deinde fuit deputatus Glaudius de Pemes exactor et recuperator gabelle tocius salis marene et mercanciarum Alemanorum tocius civitatis, qui juravit etc., sub salario ordinando per consilium, etc.

Postea filio Pereti Chenuti, porterio porte Sancti Leodegarii, Nicodo Machon, porterio Palacii, Michaeli Cornuti, porterio porte Rippe,

[1] Sur les revenus de cet impôt, voir M. D. G., t. VIII, p. 425.



Francisco Chauxtens, porterio duarum portarum Rodani, et Petro Girardi, porterio porte Sancti Christofori, ipsis fuit injunctum et preceptum quod ex nunc dictas portas claudere debeant de nocte hora octava et de mane apperire in ictibus, sub pena etc.

Ibidem, ad instigacionem sindicorum, P. Magnini retulit quod Ludovicus Ginodi pridie, in strata publica, retulit et dixit verba sequencia : « Je decouvreray le paty, par le sanc Dieu ! toy Ravonel et Pierre Jaquet avés fait les imposicions, et xv aug xvj de plus gros ong trahis monseigneur l'evesque, etc. »

ANNO LXXVIII

*Veneris ij januarii.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, B. Bernardi et G. Blancmantel, sindicis ; — P. Gavid, G. de Crosa, (61) A. Mistralis, P. de Nanto, P. Nicodi, R. Arnaudi, Johanne Clerici, G. de Vaudo, consiliariis.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Franciscus Domenchet, centurerius, parrochie Madalenes, vij florenis, j sellioto. ||

*(Burgensis.)* — || Fuit creatus burgensis Monetus Le Saunier, dorerius, parrochie Madalenes, pro viij florenis, j sellioto. ||

*Die iiij[a] januari.*

Existentibus in consilio generali, in claustro Sancti Petri, sono campane vocato more solito, n. et h. viris et d. : P. de Viriaco et A. de Malvanda, canonicis ; — quatuor sindicis ; — Glaudio Viennesii, Johanne Clerici, Petro Magnini, Jo. de Crosa, Ste. Columbi, Petro Jaqueti, Martino Danelli, Petro Flori, Martino Belloti, Johanne Flori, Petro Prepositi, Johanne de Boulo, Johanne Bocardi, Petro Nicodi, Hugoneto Valeti, Ja. Paqueti, Petro Braseti, Johanne Polliuti, Stephano Achardi, Nicodo de Nanto, Jo. de Pemes, Roleto Arnaudi, Johanne Veluti, Ludovico Baruz, Jaquemeto Rogouz, Reymondo de Mota, Johanne Bellesert, Jo. Malagniodi, Johanne Terneri, Petro de Cresto, Bartholomeo Filanceti, A. de Sancto Michaele, Girardo de Vaudo, Richardo Gentilis, Michalliz, Georgio Ginodi, Amedeo Reynaudi, Jo. Marchiandi, A. Mistralis, Johanne Polliuti, Valterio Chernavelli, Petro Banderie, Benedicto Mallieti, Petro Mugneri, Petro Mares-

calli, Jo. de Tullia, Petro de Gens, Johanne Baudi, Guillielmo Rogeti, Johanne de Lunes, P. de Malodumo, P. Cortagier, Johanne Douse, Nicolino Lingoti, Guillielmo Balleti, Petremando Gavid, Glaudio Ravonelli et pluribus aliis hic non expressis.

In quo per quos supra fuit unanimiter conclusum et ordinatum de gabella superius pridem imposita, quod a modo in antea pro quolibet centenario florenorum cujuscumque mercancie intrantis dictam civitatem, quod solvatur ville videlicet sex grossos pro ipso quolibet centenario.

Et pro quolibet cento florenorum mercancie dumtaxat transeuntis, videlicet duos grossos, etc.

Hec recepit P. de Nanto senior, pro me.

(62) *vj januarii.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : iiij$^{or}$ sindicis; — P. Gavid, G. de Crosa, F. Grossi, G. de Vaudo, Nicodo de Nanto, P. Nicodi, A. Mistralis, H. Valeti, Petro Jaqueti, R. Arnaudi, P. Magnini, R. Privissini, A. Achardi, G. de Pemes, Jo. Clerici, consiliariis.

Super relacione facta per Franciscum Grossi de v$^{m}$ scutis in creoboro tradendis Bernensibus [1], quod die crastina evocentur Nicolinus Lingoti, A. de Sancto Michaele, Petrus et Jo. de Pemes, Glaudius Ravonelli, Michael Lingoti, Matheus Petralis, Johannes Pecolati, Bartholomeus Mene, Johannes de Lunes, Janinus de Mara, Johannes Veluti, Johannes Pollierii, G. Balleti, Ste. de Furno et Jo. Porterii, quibus premissa narrentur, etc.

*Jovis viij januarii.*

Existentibus in consilio Quingentorum [2] n. et h. viris: iiij$^{or}$ sindicis; — Jo. de Pemes, F. Grossi, G. de Crosa, R. Arnaudi, A. Mistralis, P. Gavid, A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, P. Cortagier, N. Lingoti, Jo. Pecolat, Jo. Bellini, Jo. Ternerii, P. Mugnerii, Jo. Porterii, P. de Cresto, P. Gatilliardi, P. de Monte, A. de Platea, P. de Arlo, Jo. Bouloz, Jo. Pollerii, Annequino appothecario, Jo. Maliardi, Henricus mares-

[1] Voir M. D. G., t. VIII, p. 430 et 431.
[2] *Lisez :* de L$^{ta}$.



callus, Jo. de Lunes, G. Balleti, Jo. Balli, Symondus de Ripa, P. Jaqueti, Jo. Clerici, G. de Vaudo, H. Valet, M. Petralis, H. de Ponte, G. de Pemes, G. de Fogia, F. Serassonis, H. Villeta, G. de Castronovo aurifaber, Girardus dou Bouloz.

Ibidem per quos supra fuit unanimiter conclusum (63) quod deinceps exigatur et recuperetur ab omnibus, pro quavis mercancia intrante civitatem presentem, videlicet tres denarios pro quolibet scuto valenti xxiiij grossos, et sic consequenter ad ratam quantitatis.

Et pro mercancia dumtaxat transeunte, pro dicto scuto unus denarius exigatur, et sic ut supra ad ratam, sicuti de centum florenis unus, de centum scutis unus, etc.

Ibidem Johannes Porterii se obtulit daturum pro gabella salis marene et selogn., videlicet ij$^{c}$ scuta [1].

Glaudius de Pemes se obtulit daturum pro gabella bocherie seu marcelli, videlicet m. v$^{c}$ florenos.

Glaudius Ravonelli offert se daturum pro gabellarum [2] laneeriarum, piscium salsatorum, ficuum, amidularum et racemorum ac olivi, videlicet c scuta.

Franciscus Serazonis se obtulit daturum de omnibus pellibus bestiarum lx scuta.

*Veneris ix januarii.*

Existentibus in consilio ordinario : iiij$^{or}$ sindicis; — G. de Crosa, A. Mistralis, P. de Nanto.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes Villieti, de Vers, pro iiij$^{or}$ scutis, j collovrina.

*Dominico xj januarii.*

Existentibus in consilio Quingentorum [3] n. et h. viris : B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi; — domino P. de Viriaco, P. Gavid, A. de Sancto Michaele, P. Cortagier, G. de Vaudo, P. Querci, P. de Nanto, P. Braseti, H. Valeti, R. Arnaudi, R. Privissini, (64) Johanne Clerici, P. Magnini, F. Grossi, H. Lugoz, G. Locheti, Jo. Bouloz, Janino de

[1] Voir M. D. G., t. VIII, p. 425.
[2] *Lisez :* gabellis.
[3] *Lisez :* de l$^{ta}$.

Mara, Nicolino Lingoti, A. Goacti, G. Ravonelli, G. Gervasii, P. Mermodi, Jo. de Fontana, Jo. Chales, Mahuet, P. Exertonis, F. Serazonis.

In quo fuit conclusum quod mictatur d. Petrus Farodi ad jornatam proxime tenendam apud Churic, ad demonstrandum dominis de Liga quod super nonnullis per nonnullos ex eisdem petitis, quod in composicione cum eisdem per civitatem facta fuerant comprehensa et inclusa omnia que in futurum possent peti, etc.

Et quod Hugo Valeri cum eodem vadat, cui fuit ordinatum per quos supra tradi per Johannem Clerici, videlicet quinquaginta florenos Reni pro eorum expensis, et quod computare habeat idem Hugo de receptis et libratis, etc.

Deinde per quos supra fuerunt electi Glaudius Ravonelli et Franciscus Grossi, in quorum manibus subscripti gabellatores pecunias gabelle reponere habeant et ipsam gabellam regere et eciam gabellorum [1] si voluerint, qui juraverunt in manibus d. P. de Viriaco in majori forma.

Et iterum fuerunt electi Hugoninus de Ponte pro gabella pannorum, Petrus Jaqueti pro gabella specierum, Johannes Ginodi pro gabella mercerie, et Petrus de Nanto senior pro gabella salis, ferrature et carnium, qui juravit in manibus d. P. de Viriaco.

Quiquidem quatuor supra proxime scripti teneantur computum reddere de exactis et recuperatis, ad causam ipsius gabelle, dictis G. Ravonelli et F. Grossi.

(65) *Martis xiij januarii.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis; — A. de Sancto Michaele, G. Ravonel, G. de Crosa, G. de Vaudo, P. Nicodi, P. de Nanto, H. Valeti, P. Jaqueti, R. Arnaudi, R. Privissini, F. Grossi, Jo. Clerici, G. de Pemes, N. Lingoti, P. Cortagier.

Concluduntur computa G. de Fogia ad causam Berne per auditores computorum, videlicet G. de Crosa et F. Grossi, cui restat debens communitas, quia plus libravit quam receperit, videlicet iiij$^{c}$ xxxiiij florenos, viij grossos, iiij denarios cum obolo.

[1] *Lisez :* gabellatores.



|| Fiat mandatum Anthonio de Sancto Michaele de decem scutis datis Vulliez Tetremand, et cerciorati relatu nonnullorum, eciam quia juravit. ||

Hugoninus de Ponte fidejussit fidejussores iij$^{m}$ scutorum, etc.

|| Fiat mandatum G. de Fogia, receptori, de xxj florenis et septem grossis libratis vigillibus, tam pro xij vieugis quam xij pileis colatis de librata. ||

|| Ibidem Johannes Malagniodi fuit protestatus quod si solvat gabellam carnium, quod non possit sibi prejudicari in futurum nec suis licteris, etc. ||

Johannes Ginodi et Petrus Jaqueti juraverunt.

Fiat mandatum Johanni Clerici quod solvat P. Cortagier pro duobus equis emptis pro eundo Bernam cum d. P. Farodi, videlicet decem octo scuta.

Idem magis de tribus scutis et vij grossis datis Georgio Lipignier.

Fuit conclusum quod omnes pecunie gabelle reponantur in manibus F. Grossi.

(66) *Die xvj januarii.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : iiij$^{or}$ sindicis; — G. de Crosa, G. de Vaudo, P. de Nanto, A. Mistralis, P. Jaqueti, P. Cortagier, F. Grossi, R. Arnaudi, P. Nicodi, sindicis [consiliariis].

Ibidem fuit data potestas Petro Magnini regendi portam Rodani et custodes ponendi, etc.

|| Fiat mandatum receptori seu mandatur magistris computorum quod intrent eidem receptori xxv scuta tradita Nicolino Lingot et magistro liberorum de Versonay pro expensis factis in Friburgo, ut continetur in rotulo. ||

*Dominico xviij januarii.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : iiij$^{or}$ sindicis; — G. Ravonelli, G. de Crosa, G. de Vaudo, Jo. Clerici, P. Gavid, P. Magnini, F. Grossi, R. Privissini, R. Arnaudi, P. Jaqueti, H. Valeti, N. de Nanto, consiliariis.

Ibidem fuit data commissio et potestas Johanni Clerici providendi super illis procuratoribus qui debent ire Lugdunum pro habendis pecuniis, etc., et librandi pro expensis, etc.

*Die xx januarii.*

Existentibus in consilio ordinario : iiij$^{or}$ sindicis ; — P. Gavid, G. de Crosa, G. de Vaudo, P. Cortagier, P. Nicodi, F. Grossi, P. Jaqueti, Nicodo de Nanto, R. Arnaudi, R. Privissini, P. Magnini, Jo. Clerici, Sermeto Mistralis, A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, G. de Pemes, G. Ravonel, Jo. Ginodi, consiliariis.

(67) In quo fuit ordinatum quod Petrus Cortagier loquatur quibusdam pro assumendo onus marcelli.

De taxa domus Ja. de Sambavilla.

*xxiij januarii.*

iiij$^{or}$ sindicis ; — Jo. Clerici, R. Arnaudi, G. de Vaudo. — Nichil.

*Sabbati xxiiij januarii.*

B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi ; — P. Magnini, F. Grossi, R. Arnaudi, H. Valeti, G. Ravoneli, G. de Crosa, P. Nicodi, consiliariis.

*Eadem die,* post prandium.

iiij$^{or}$ sindicis ; — G. Ravonelli, F. Grossi, P. Nicodi, G. de Crosa, P. Jaqueti, R. Arnaudi, N. de Nanto, H. Valeti.

In quo fuit ordinatum quod Glaudius de Pemes solvat et expediat in manibus Jo. Clerici summam mille et v$^{c}$ florenorum pro solucione fienda Bernensibus, etc.

*Martis xxvij januarii.*

iiij$^{or}$ sindicis ; — P. Gavid, G. de Crosa, G. de Vaudo, P. Cortagier, P. Nicodi, P. Magnini, P. Jaqueti, N. de Nanto, R. Arnaudi, Ravonelli, F. Grossi, N. Lingoti, Jo. Clerici, G. de Pemes, H. Valet, consiliariis.

(68) Fuit ordinatum quod intrentur almucia data d. Petro de Viriaco.

‖ Fiat mandatum Ja. Nerga de xiij florenis, iiij grossis, libratis pro panno dato secretario Lucerne. ‖

Fuit ordinatum quod receptor locet unam domum pro tenendo scolas et quod solvat locagium.

*xxix januarii.*

Existentibus in consilio : iiij$^{or}$ sindicis ; — P. Magnini, G. Ravonelli,



P. Gavid, G. de Crosa, P. Cortagier, N. de Nanto, P. Nicodi, R. Arnaudi, F. Grossi, Johanne Clerici et H. Valeti.

Ibidem d. Petrus Farodi fecit relacionem suam de negociis per eum gestis in partibus Alamagnie.

*Die xxx penultima* [1] *januarii.*

Existentibus in claustro sancti Petri, in consilio generali sono campane more solito etc., n. et h. viris et dominis : d. P. de Viriaco, A. de Malvanda et P. Farodi ; — iiij$^{or}$ sindicis ; — G. Ravonelli, P. Nicodi, P. Gavid, Nicolino Lingoti, P. Cortagier, N. de Nanto, G. de Vaudo, G. de Carro, F. Grossi, P. Gatilliardi, Ja. Paqueti, Jo. Bocardi, P. Jaqueti, Petro Exertonis, Jo. Petra, Jo. Albi, Vouterio Chernavelli, P. Levrerii, Jo. Calabris, Petro de Quercu, G. de Pemes, Amedeo Rages, Jo. Deria, Jo. Malagniodi, Petrus de Cresto, Jo. Ternerii, Jo. Bocardi, Jo. de Boulo et pluribus aliis.

In quo unanimiter [conclusum] (et) et ordinatum per quos supra quod dicti sindici promictent servare indempnes nomine dicte communitatis illos qui se obligaverunt in bancha de B. Medicis pro iij$^{m}$ et v$^{c}$ scutis regis, qui sindici, actenta potestate eis data(s), promiserunt quos supra servare indempnes, etc., in majori forma, et totum consilium rattiffi-cavit obligacionem factam per Levrerii et me in dicta bancha [2], etc.

(69) *Martis iij februarii.*

Existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, B. Bernardi, sindicis ; — P. Gavid, N. Lingoti, G. Rogeti, G. de Vaudo, P. Cortagier, P. Nicodi, A. Mistralis, G. de Crosa, P. de Nanto, F. Grossi, R. Arnaudi, P. Jaqueti, P. Magnini, Johanne Clerici, consiliariis.

Ibidem per quos supra fuit dictum Johanni Porterii quod deinceps recipiat gabellam tocius salis prout se obtulit daturum, videlicet pro ij$^{c}$ scutis.

Alioquin contra ipsum fuit protestatum de dampnis, missionibus, etc., ipsius civitatis.

[1] Ce mot est écrit sur la ligne.

[2] Sur la dette contractée à la banque de Medicis, à Lyon, voir M. D. G., t. VIII, p. 431.

De bonis pertinentibus capelle d. cardinalis Ostiensis fuit conclusum quod dominus super premissis provideat.

Ibidem fuit ordinatum dari F. Grossi decem florenos parvi ponderis pro custodia alarum.

|| Fuit mandatum G. de Fogia, receptori, de lxij florenis, iiij denariis cum obolo, contentis in rotulo per ipsum exhibito. || — *(Levatum.)*

Ibidem Hugo Valerii juravit exigere gabellam pannorum, etc.

*Mercurii iiij^a februarii.*

Existentibus in consilio n. et h. viris : Ja. Nerga, B. Dorieres, G. Blancmantel, sindicis; — P. Gavid, N. Lingoti, G. Ravoneli, G. Rogeti, G. de Vaudo, P. Cortagier, G. Gervasii, Jo. Albi, G. Boverii, P. de Cresto, H. Fontaneis, V. Chernavelli, G. de Bit, Ja. Rougoz, Nicodo Regis, Jo. Malagniodi, Jo. Ginodi, Robino Fabri, Ste. Columbi, Bar. Vincencii, Jo. Bocardi, Jo. de Boulo, Janino de Mara, Jo. Porterii, Ja. Paqueti, P. Braseti, F. Grossi, P. de Nanto, P. Nicodi, P. Jaqueti, H. Valeti, G. Balleti, R. Arnaudi, A. Fabri, A. Mistralis, P. Mermodi, N. de Nanto, Jo. Trollieti, Jo. Polliuti, (70) P. Magnini, Jo. Clerici, Jo. Blancheti, Clasquino, Theobaldo Chicant, P. Guersi, Petriquino Ciclati, Jo. Chambaz, G. de Fogia, P. Arlo, G. de Crosa, consiliariis.

Omnes suprascripti juraverunt, super sanctis Dei ewangeliis, bene, juste et sancte eligere quilibet quatuor sindicos, et veneris proxime quilibet apportare in scriptis, omni parcialitate cessante.

Fuit remissa clavis et apportata Escoriatorie per Gallon receptori, cui uit preceptum custodiri et aliam novam fieri facere, et poni in porta ipsius de tranverso unam cathenam ferri.

De bocheriis fuit conclusum quod dicta die Veneris venire debeant ad hunc locum dicturi si velint tenere marcellum modo eis novissime dato.

Et fuerunt deputati custodes revenditoribus piscium P. Arlo, G. Balleti et Jo. Albi, ne revenditores emant pisces ante horam decimam.

Et quod fiat ita crida [1].

[1] Le registre contient un second procès-verbal de cette même séance. Nous en donnons ici le texte, en supprimant la liste des assistants qui concorde entièrement avec la premiére liste, sauf en ce qu'elle indique les quatre syndics comme présents :

Ibidem omnes juraverunt juste et sancte eligere sindicos.



(71) *vj februarii.*

iiij^or sindicis; — Gavid, Lingoti, Ravonel, Crosa, Vaudo, Cortagier, Mistralis, Nicodi, Nanto, Valeti, Nanto, Arnaudi, Grossi, Jaqueti, Clerici, consiliariorum.

Ibidem fuit data potestas custodibus piscium incarcerandi revenditrices, etc.

|| Fiat mandatum receptori quod solvat magistro P. Vandelli, magistro scolarum, pro locagio domus scole, videlicet ix florenos.

Fuit data gabella salis Jo. Porterii pro tribus centum florenis ut instrumento per me recepto.

*ix februarii.*

Existentibus in consilio generali in claustro sancti Petri, sono campane, n. et h. viris : iiij^or sindicis ; — d. P. de Viriaco, d. officiali, d. Jo. Regis, F. Vincencii, Girardo Rogeti, Jo. Polliuti, G. Cavucini, H. Fontaneis, P. Porralis, N. de Nanto, P. de Nanto, Ja. Paqueti, G. Balleti, P. Levrerii, G. de Crosa, Mermeto de Cresto, Martino Danelli, Jo. de Nanto condurerio, Johanne Magnini, G. de Carro, H. de Bona, P. Nicodi, Rolando Boysserii, A. Mistralis, Ste. de Furno, Bosonis, A. Lionardi, Perreto Chenuti, Bar. Vincencii, Jo. Bocardi, Jo. Bouloz, Jo. Malagniodi, G. Boverii, Jo. Margollionis, P. de Cresto, Henrico Monatonis et plures alii.

Hic fuerunt creati et electi sindici et procuratores civitatis Gebennarum : dominus Jo. de Saxo, P. Braseti, N. Lingoti et H. Valeti.

(72 [1]) *Die iiij^a jullii* [1477].

Expedivi G. de Fogia duas licteras duorum burgensium, videlicet Petri Guichardi, patisserrii, et Jaquemini Belli, de quibus debet michi solvere videlicet viij grossos. Quos debet.

Fuit tradita clavis Escoriatorie receptori et preceptum quod faciat aliam seram fieri.

De bocheriis, quod veniant Veneris dicturi si velint tenere marcellum vel ne.

Fuerunt deputati custodes piscatoriarum seu revenditorum : Jo. Albi, G. Balleti et Petro Arlo.

[1] Le recto de ce feuillet est resté blanc. Au verso, le secrétaire a écrit pour son usage particulier les notes qui suivent.

Item magis eidem tradidi licteram Jo. Forneracti.
Item licteram Johannis Donzelli.
Item licteram Johannis Garingaud.

Malaniodi || renuit || cui fuit inhibitum [1].
Girardus de Bit || renuit || voluit.
Jo. Bocardi renuit.
Fransciscus Villard || renuit || voluit.
Mauricius Vuy acceptavit.
Borsat voluit.
Galloud voluit.
Johannes de Gerdili voluit.
Et Villeta et alius Villeta voluerunt.
Jacobus Villeta || renuit || voluit.
Alius Villeta parvus || renuit || voluit.
Ballesert voluit.
Jo. Margollion voluit.
Orgellet voluit.
Remondus Costa voluit.
Glaudius Tissot voluit.
Nicodus Costa voluit.

(73) *Sequuntur quinquaginta de consilio.*

*Sancti Gervasii :* Girardus Gervasii, dictus Taccon, Johannes Regis, Petrus Gatilliard, Henricus le Mareschal, Roletus Boulouz, Johannes Rochonis, Petrus de Frengier, Hugonen. Bocardi, Matheus Petralis, Monen. Clauz.

*Madalenes :* Hugonen. Grossi, Petrus de Cresto, Jo. Pecolati, P. Mermodi, Glaudius de Castronovo, Ansermetus de Platea, Jacobus Paqueti, Franciscus Serason, P. Ciclat, Michael de Ripa, Fran. Grossi, G. Boverii, Ja. le Grac, Guilliermus Ballet, Jo. Chambaz, Petrus de Arloz, Ja. de Villario, Jo. Petralis, Pe. Vignioli, Johannes Roberti, Colinus Escoferii, Johannes Gachet, Glaudius Bertheti.

[1] La note qui suit parait se rapporter à la décision prise, le 4 février, à propos des bouchers ; voir ci-dessus, p. 66.



*Marie Nove :* Johannes Boconis, P. de Nanto junior, Jo. Ternerii, P. Levrerii, Ste. de Furno, Jo. de Crosa, Clemencius Roze, Petrus Querci.

*Sancte Crucis :* Glaudius Morelli, P. Porralis, M. de Cresto, M. Danelli, Valterius Chernavelli, P. Marescalli, Rey. Dorsieres, F. Violant, Jo. Engleys, H. Fontaneis.

*Sancti Germani :* Hugonetus de Ponte, Anthonius Fabri, Bar. Vincencii, Ste. de Putheo, Ja. Tombeti, A. Thorencii, Johannes Boulouz, Johannes Malagnioz, Andreas Orgelleti, G. de Bitz, P. de Bitz, F. de Vaudo, Theo. Chicant, Theo. Albi, Johannes Rosseti, Anthonius Lionardi.

*Sancti Leodegarii :* Guigo Locheti, Jacobus Rugoz, Perretus Chenuz.

*Sancti Victoris :* Monteysel, magister Ja. barbitonsor, Jo. Pachie, M. Montagnier, Nicodus Regis.

Anthonius Marescalli, disinerius.

(75) Registrum secretariatus communitatis ville et civitatis Gebennarum, inceptum per me Guillelmum Vincencii, nomine Gebennarum predicte communitatis secretarium, die decima septima februarii anni Domini millesimi quatercentesimi lxx octavi, sub anno sindicatus nobilium et egregii viri domini Johannis de Saxo, legum doctoris, Nycolini de Liga, Petri Braseti et Hugoneti Valleti, sindicorum.

(76) Nomina consulum consilii ordinarii predicte civitatis per egregium nobilesque et honorabiles viros dominum Jo. de Saxo, Nycolinum de Liga, Petrum Braseti et Hugonetum Valleti, sindicos et procuratores jamdicte civitatis, creatorum, anno eorum sindicatus currente millesimo iiij$^{c}$ lxx octavo.

Primo egregii jurisperiti d. Ludovicus Botholierii, d. Johannes Fabri, d. Johannes Regis.

N. Anthonius de Sancto Michaele, n. Aymo Versonay, n. Jo. de Lestelley, n. Jo. de Pesmes, n. Petrus Gavid, n. Humbertus de Bona, n. Jo. de Fontana, n. Stephanus Achardi, n. Franciscus Grossi, n. Jo. Clerici, Girardus Rogeti, Guillelmus de Crosa, Guillelmus de Quarro, Jacobus Nergaz, Girardinus Blancmantel, Besanzonus Dorerii, Bartholomeus Bernardi, Glau. Ravonelli, Petrus Jaqueti, Nycodus de Nanto, Petrus de Nanto senior, Petrus Levrerii, Johannes de Loms, Petrus Porralis, Johannes Velluti, Johannes Polliuti, Roletus Arnaudi, Girar. de Fogia receptor generalis, Petrus Prepositi, Roletus Arnaudi, Petrus Cortagier, Anthonius Achardi.

Ibidem proxime sequuntur consilia per quos supra inhita et per me Guillelmum Vincencii, ipsorum secretarium, de anno quo supra recepta et inibi registrata ut ecce.

*Die Veneris duodecima februarii*, in Domo ville, existentibus : d. Jo. de Saxo, de Liga, Braseti, Valleti ; — Jo. de Pesmes, H. de Bona, F. Grossi, Girar. Rogeti, Ja. Nergaz, Guillelmo de Crosa, de Quarro, N. de Nanto, Prepositi, Velluti.

Expositum fuit per prefatos d. sindicos super adventu dominorum de



Ligues [1] et quod bonum esset, insequendo requestam per illustrem dominum nostrum eisdem jam factam super recepcione quinque milium scutorum de presenti eisdem dominis solvendorum ad causam composicionis cum eisdem facte, ipsos eosdem dominos, non obstante refutacione per eosdem super premissis facta, iterata vice rogatos efficere ut ipsi quinque millia scutorum recipere in presenti civitate vellent et quictancias vallidas facere.

Super quibus ibidem fuit conclusum quod ipsi domini sindici, sumpto prandio, se tranferant ad d. Petrum de Viriaco, ipsorum dominorum des Ligues amicum, ut perinde ipse d. Petrus de Viriaco se trasferat erga eosdem, et quod, si possibile esset, quod teneret modum ut dicte pecunie per ipsos reciperentur cum quictanciis vallidis, quod si secus facere nollent, quod Franciscus Grossi et Petrus Levrerii se trasferant ad predictas villas Bernensium et Friburgensium cum predictis pecuniis [2].

*Die Martis decima septima februarii,* in Domo ville existentibus : d. Jo. de Saxo, Lingoti, Valleti ; — d. Botholierii, Ja. Nergaz, de Bona, de Pesmes, B. Dorerii, G. Rogeti, de Crosa, Levrerii, de Sancto Michaele, Clerici, Ravunelli, Jaqueti, Porralis, Velluti, de Lompnis, N. de Nanto, P. de Nanto, de Fogia receptore.

(77) Ibidem fuit expositum per d. Petrum de Viriaco, parte prelibati domini nostri d. Johannis Ludovici de Sabaudie, episcopi Gebennarum et principis, super electione consulum consilii ordinarii dicte civitatis necnon secretarii, et quos dumtaxat esse volebat admictendos in consules et secretarium.

Item per d. sindicos expositum qualiter macellarii hujus civitatis serviverant ante carnisprevium male, et quod bonum esset provisio aliqua fienda.

Item per quos supra expositum super provisione fienda ad causam reparacionis fiende de domibus veteribus hujus civitatis.

[1] Les députés des cantons suisses venaient pour toucher la moitié des cinquante mille écus que la duchesse de Savoie s'était engagée à payer pour rentrer en possession du pays de Vaud, E. A., t. III, 1re partie, p. 1 *a*, et t. II, p. 949 et 951. Voir aussi Schilling, *Berner-Chronik,* éd. citée, t. II, p. 169 ; Anshelm, *Berner-Chronik,* éd. citée, t. I, p. 131.

[2] D'après le compte de F. Gros, ce paiement se fit à Berne le 21 février 1478, M. D. G., t. VIII, p. 430 et 431.

Super quibus conclusum, primo super rotulo, quod prefati d. sindici habent potestatem eligendi eorum consiliarios et secretarium et quod fecerunt, et nichilominus premissas franchesias prefato domino nostro declarare illico post hujusmodi consilium, et quod eidem domino supplicent, tocius communitatis nomine, quod illas observare, ut promisit, vellit.

Super provisione macellariorum fuit conclusum quod ipsi macellarii evocentur veneris proxima in domo predicta in dicto consilio ordinario, deinde interrogentur si servire vellint sub pondere et tabellis noviter impositis; quod si recusant, de aliis provideatur cum interdicione dicte matacionis.

Super distrumpcione domorum fuit conclusum quod domus disrui ordinate per commissarios disrumpantur sumptibus quibus sunt heedem domus.

*Die predicta post prandium,* loco quo supra, presentibus : d. Jo. de Saxo, Lingoti, Valleti; — de Fontana, Grossi, Rogeti, Nergaz, Dorerii, Bernardi, de Crosa, Clerici, de Nanto P., Ravunelli, de Lompnis, Jaqueti, Velluti, Arnaudi, de Vaudo, G. de Fogia receptore.

Ibidem fuit expositum super presentacione licterarum missivarum parte Bernensium necnon obligacionis undecem milium florenorum renensium restancium de composicione cum eisdem facta, quarum tenores inferius inserti sunt, necnon iiij$^{c}$ florenis pro solucione ultimo facta restantibus ac duobus centum pro expensis factis ad causam jocalium domine nostre ducisse.

Super quibus fuit conclusum quod lictere obligatorie sigillentur juxta per ipsos rescripta, videlicet sigillo dicte civitatis, deinde (deinde) illico et visis presentibus rescribatur P. Braseti et F. Grossi, nunc pro negociis dicte civitatis in Berna existentibus, quod super premissis animavertant quibus mandentur copie dictarum licterarum et quod super premissis faciant ut civitas in eisdem confidit.

*Tenor predictarum licterarum obligatoriarum sequictur ut ecce :*

Nos Johannes Ludovicus de Sabaudia, episcopatus Gebenn. perpetuus administrator, et nos sindici, gubernatores et consules civitatis Gebenn., presentibus publice fatemur quod, cum magnifici d. sculteti et consules



urbium Bernensium acque Friburgensium, amici acque comburgenses nostri carissimi, ad preces exhortacionesque nostras ipsis multipliciter factas quo comodum honoresque nostros diffusius promoverint, summam undecem mille florenorum renensium quam usui nostro evidenti applicavimus, dampna enormia ex hiis precaventes, a magnificis viris domino magistro et consulibus inclite civitatis Argentinensis levaverint, seque tanquam ejus debiti viros principales obligaverint, prout hec omnia in licteris et obligacionibus desuper confectis et sigillis urbium suarum roboratis longe protensius complectuntur. Et nos prefatus Johannes Ludovicus de Sabaudia etc., nosque sindici et gubernatores et consules civitatis Gebenn. prefate, jamdictos dominos Bernenses acque Friburgenses ab omni adversitate que eis ob hanc rem accidere posset liberare, indempnesque servare volentes, ne quod ipsi nobis faciunt in favorem ipsis convertatur in dampnum. Quod nos, sani mentium, sensuum et animorum, sub verbo et fide principis et obligacione juramentorum nostrorum tactis sacrosanctis ewangeliis presti(ta)torum, polliciti sumus et promisimus, pollicemurque et promictimus prefatos d. Bernenses et Friburgenses singulariter et seorsum, omnesque et singulos fidejussores suos pro hac re obligatos, hujus obligacionis nostro intuitu facte que summam undecem milium florenorum renensium prefatorum importet, unacum omnibus et singulis appendenciis totaliter nos liberaturos et ab omni onere, tam summe capitalis quam sensuum inde cessorum vel cedendorum, et ab omnibus dampnis et missionibus quovismodo emergentibus preservaturos, ipsis ad hec (78) omnia obligaciones, licteras et sigilla sua liberantes et restituantes et reddentes infra bienium proxime post harum datam futurum, sub expressa ypotheca et obligacione omnium gemmarum et jocalium que ipsis, prout binis sunt cedulis descripta, pro his fecimus obligata et que ipsi ad manus suas receperunt, sic ut in nigligenciam predictorum eadem vendere omniaque cum his agere et facere possint que pro ipsorum liberacione indempnitateque fuerint opportuna; et si pro tanta summa non fuerint sufficiencia, omnium et singulorum nostrorum, predicti Johannis Ludovici de Sabaudia, sindicum, gubernatorum et consulum necnon civitatis Gebennarum pedagiorum, censuum, proventuum et aliorum emolumentorum bonorumque nostrorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, que omnia et singula prefatis d.

Bernensibus et Friburgensibus pro his facimus obligata. Omnibus et singulis excepcionibus, privilegiis et deffensionibus canonicorum et civilium jurium, omniumque et singulorum que has presentes quomodolibet perfringere vel infirmare possent, et specialiter juri generalem renunciationem valere [1] speciali non precedente, dolo et fraude quibusvis exclusis penitus et rejectis. In horum omnium efficax robur, nos Johannes Ludovicus de Sabaudia, administrator etc., has presentes nostri, nosque sindici, gubernatores et consules predicti civitatis Gebennarum sigillorum appensione duximus munyendas. Datas xiiij^ta die mensis februarii, anno Domini millesimo iiij^c lxxviij^vo.

*Tenor licterarum missivarum per quos supra dominos, primo rescripcionis* [2] *:*

Nobilibus prestantissimisque viris sindicis acque gubernatoribus civitatis Gebennarum, amicis acque comburgensibus nostris longe omnium dilectissimis.

*Tenor lictere :*

Sedulo sese recomandant nobiles prestantissimique viri amici acque comburgenses carissimi. Scripsimus pridie illustrissimo d. Gebennarum episcopo quid orator noster in civitate Argentinensi circa levacionem pecuniarum perfecerit, cujus vos censemus harum immemores, sed quia nullis laboribus pro honore et comodo prefati illustrissimi principis ami[ci]ciarumque vestrarum parcere decrevimus, quoniam hac non successit, aliam agressi sumus viam. Solerti enim cura spectabilis militis Petrimandi [3] pridem sculteti nostri, effectum est ut ejusdem civitatis senatus nostris Friburgensibus et nobis, viris ejus debiti principalibus, ex comuni eorum errario pecunias ipsas usque ad undecem mile florenos renenses mutuare pollicitus sit, dummodo sufficienti obligacione eos muniamus, hac adjecta condicione quod scelicet eadem somma infra biennium absque tergo vexacione redimatur, prout hec

[1] Un mot illisible.

[2] On trouve aux Archives cantonales de Berne, *Lateinisches Missivenbuch,* littera B., fol. 110, une lettre de même date et de même teneur, adressée par le conseil de Berne à l'évêque de Genève et accompagnée de cette note : « pari forma scribatur civitati Gebennensi ».

[3] Le nom est resté en blanc sur le registre. Il s'agit de l'ancien avoyer bernois Pétermann de Wabern. Voir la lettre de Berne à Fribourg, du 13 février 1476, citée par G. Tobler dans Schilling, *Berner-Chronik,* t. II, p. 136, n. 1.



ipsa antehac sunt appunctuata et conclusa. Nichil porro restat nisi ut illustrissimus d. episcopus amicicieque vestre ejusdem redempcionis obligationes quas hoc bajulo nostro ingrossatas vobis mictimus, sigillorum suorum appensione roborent, quam moxque huc nobis || mictatis || emictant, unacum quadringentis florenis qui adhuc circa aliam solucionem dudum factam restant insoluti. Preterea peropus erit ut satis sufficiens somma pecuniarum emictatur sine mora, quo scelicet ipsa facilius tractari, jocalia ipsa ab Urania huc pervelgi, pecunie ab Argentina aduci, obligaciones remicti, ceteraque factu opus fuerit peragi possint, nullo quodam modo hanc rem defferri. Censemusque nec ullas ulteriores dilaciones productionesve perpeti potest, ymo festino passu suademus ambulandum. Offerimus nos in hiis et aliis rebus pro viribus nostris paratissimos. Valeant felicissime amicicie vestre. Datum tresdecima februarii, anno Domini millesimo iiij^c lxxviij^vo.

Scultetus et consules urbis Berne.

Prestantissimi viri, cum super summa undecem mile florenorum renensium adhuc restent pro implecione tocius summe quinque mile floreni renenses, censemus eosdem absque mora dimictendos ne in mora cum opus sit, sicut et una ducentum florenos renenses vel eo plus pro expensis per oratores nostros hinc inde Argentine et alibi factis, quam rem ortamur nullo pacto defferri. Datum ut in licteris [1].

(79) *Die Veneris vigesima februarii,* in Domo ville, existentibus : domino Jo. de Saxo, Lingocti, Braseti, Valleti ; — de Sancto Michaele, de Pesmes, A. Achardi, de Fontana, Gavid, Ravonelli, Rogeti, Nergaz, Dorerii, Bernardi, Jaqueti, Arnaudi, Clerici, Polliuti, de Crosa, de Lompnis, de Nanto P., P. Cortagier, G. de Fogia.

[1] Le partage de la rançon de Genève entre les cantons fut effectué à Lucerne, le 11 mars 1478. La somme répartie, qui comprenait aussi la rançon de 2000 florins du Rhin imposée à la ville de Lausanne, se monta à 27,454 florins. La répartition se fit proportionnellement au nombre d'hommes de chaque canton qui se trouvaient dans l'armée suisse, à Morges, lors du traité du 29 octobre 1475 (voir R. C., t. II, p. 397). D'après le rôle dressé à cette occasion, l'effectif de cette armée s'élevait à 17.022 hommes, E. A., t. III, 1, p. 4. Voir aussi Schilling, *loc. cit.,* t. II, p. 170, n. 3 ; Anshelm, *loc. cit.,* t. I, p. 131 ; E. A., t. III, 1, p. 7.

Ibidem fuit expositum per d. sindicos qualiter illustris dominus noster Gebennarum episcopus et princeps, organo illustris[1]...

(84) Adsit principio sancta Maria meo.

Registrum consilii ordinarii presentis civitatis Gebennarum, anni Domini millesimi quatercentesimi septuagesimi octavi, receptum per me Guillelmum de Quarro, civem Gebennarum, clericum, et dicti consilii ordinarii secretarium, per venerabilem nobilesque viros dominum Johannem de Saxo, juris utriusque doctorem, Nycolinum de Liga, Petrum Braseti et Hugonetum Valleti, sindicos presentis civitatis, post obitum Guillelmi Vincencii, dicti consilii olim secretarii, deputatum, constitutum et creatum.

*Veneris vicesima mensis augusti,* in Domo communi presentis civitatis, in consilio ibidem ordinario congregato in quo interfuerunt : venerabilis d. Jo. de Saxo, Ny. de Liga, P. Braseti, H. Valleti, sindici ; — P. Gavit, Jo. Clerici, Ja. Nergaz, A. de Sancto Michaele, Jo. de Fonte, F. Grossi, Paqueti et P. de Nanto, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et [re]presentantes.

Fuit in ipso consilio expositum per egregium ducalem consilliarium Jo. de Lestelley qualiter bona Aymonis de Lestelley, ejus condam fratris, in presenti civitate existencia, fuerunt taxata in libro mutuorum fieri ordinatorum in hac Gebenn. civitate pro composicione facta per communitatem presentis civitatis erga magnifficos d. Bernenses et suos confederatos solvenda, ac qualiter ipsa communitas sibi condam fratri suo tenetur in majori somma quam ipsa taxa ascendat, tam pro libro inde confecto et per ipsum condam Aymonem recepto, quam aliis bonis et justis racionibus declarandis, requirendo sibi exponenti, nomine

[1] La fin du feuillet 79 et les feuillets 80 à 83 sont restés blancs. Le secrétaire Guillaume Vincent a dû cesser alors de mettre au net le registre ; il mourut quelques mois plus tard.



tutorio liberorum dicti condam fratris sui, solvi ea que debentur pro solvendo dictam taxam seu saltem supersederi in exactione dicte taxe, etc.

Item fuit in ipso consilio expositum per magistrum Vandelli qualiter ipse est rector scolarum presentis civitatis et qualiter rectores scolarum sunt exempti de faciendo custodias noturnas uti vigilles etc., et nichillominus qualiter suus decimarius ipsum nititur compellere ad faciendum prout et alii de decimaria faciunt, requirendo sibi provideri, etc.

Item fuit in ipso consilio expositum per n. Johannem Clerici qualiter ipse fuit constitutus receptor leve composicionis preallegate ac qualiter ipse libravit quamplura absque eo quod habeat mandatum, licet de mandato sindicorum pre[de]cessorum nostrorum, requirendo mandatum generale sibi fieri, etc.

(85) Item fuit in ipso consilio expositum per dominos meos sindicos qualiter ambassiata magnifficorum Bernensium et suorum confederatorum est in presenti civitate pro nundinis habendis et obtinendis in hac Gebennarum civitate, petentes ordinari in presenti consilio quid fiendum, videlicet an vel ne visitari debeantur ipsi ambassiatores, etc.

Deinde deliberatum in ipso consilio extitit ut sequitur.

Et primo quoad jamdictum Lestelley, quod supersedeatur in exactione sue taxe, donec et quousque fuerit visum de facto dicti fratris sui et aliter deliberatum.

Item quoad Vandelli, quod ipsa faciat prout et alii de decimaria faciunt.

Item quoad n. Johannem Clerici, quod mature videatur. Et nichil aliud fuit appunctuatum.

Item fuit in ipso consilio ordinatum quod dicti ambassiatores, qualibet die qua stabunt in hac Gebennarum civitate, visitentur cum vino albo et rubeo et meliori quod reperi possit in hac civitate, ex partis communitatis, ac quod domini mei sindici vadant ad ipsos, ad eisdem ducendum jocundum adventum et ad excusando communitatem.

*Die Martis prima mensis septembris,* in Domo communi presentis civitatis et consilio ordinario i[bi]dem pro negociis ipsius civitatis (ordinario) congregato.

Ven. d. Jo. de Saxo, n. P. Braset et n. H. Vallet, sindici ; — P. Gavit,

A. de Sancto Michaele, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, Dorires, B. Bernardi, P. Jaqueti, Arnaudi, de Vaudo, Jo. de Fonte, Paqueti, Pollyuti, Cortagiez, Jo. de Lupnes, G. Rogeti, P. de Nanto, G. de Crosa, F. Grossi et Ny. de Nanto, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consiliarii, consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum, parte n. Francisci de Bellagarda, qualiter ipse fuit constitutus locumtenens magniffici d. vicedompni presentis civitatis per illustrissimum reverendissimumque dominum nostrum Gebennarum episcopum, videlicet per ven. d. de Argonex, cantorem Annessiaci, secum assistentibus venerabili domino Johanne de Chissiaco et Glaudio Viennesii, episcopalem secretarium, qui premissa retulit fore vera, et quod ipse recepit licteram ipsius constitucionis, etc. Quibus auditis, actentis relacionibus tam per dictum d. de Argonex quam per dictum Viennesii factis, ipsi domini mei sindici se obtulerunt mandatis predicti domini nostri totis viribus hobedire, et, procedentes mandatis predictis parendo, ipsi receperunt juramentum jamdicti n. Francisci de Bellagarda, qui juravit libertates presentis civitatis observare, in forma publica.

(86) Item fuit in ipso consilio expositum qualiter egregius Petrus Floreti destruit Planum Palacii, etc.

Item fuit in ipso consilio expositum per nonnullos mercatores Bolonienses qualiter exactor gabelle, pro ipsorum mercanciis quas transeunt tantummodo per presentem civitatem, nititur ab ipsis exigere pro qualibet cassia duos scutos. Petentes reparari.

Item Jacobus Paqueti exposuit qualiter ipse fuit constitutor[1] exactor gabelle, notifficando quod, lapsis presentibus nundinis, ipse deinceps non se intromictet, licteras testimoniales requirendo de premissis.

‖ Fuit creatus burgensis Franciscus Vunet, mugnerius, Sancti Gervasii, precio vij florenorum et selliocto. ‖ — *(B.)*

In quoquidem consilio, quoad Floreti fuit deliberatum quod ipse Floreti reparet quicquid etc.

Item quoad predictos mercatores, quod exequatur ordinacio jam super hoc in consilio episcopali facta.

[1] *Lisez :* constitutus.



*Mercuri secunda septembris,* in eclesia beati Petri, videlicet in capella sancti Michaelis, in consilio ordinario ibidem congregato.

Venerabilis d. Jo. de Saxo, Ny. de Liga, P. Braseti et H. Valleti, sindici; — Gavit, Crosa, Jo. Lestelley, Ravinelli, Velluti, P. Jaqueti, P. de Nanto, consiliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium suum tenentes.

Fuit in ipso consilium per n. Franciscum de Bellagarda propositum qualiter dominus noster vult quod mercatores superius mencionati mite tractentur, etc. Deinde appunctuatum quod ipsi mercatores tantummodo pro qualibet cassia solvant unum scutum, etc.

*Martis octava mensis septembris,* in Domo communi, in consilio ordinario ibidem congregato in quo interfuerunt : venerabilis d. Jo. de Sa[xo], n. Braset, n. Vallet, sindici; — Gavit, Michaele, Nergaz, Dorires, Clerici, Bernardi, Jaqueti, R. Arnaudi, Vaudo, F. Grossi, P. de Nanto, Fonte, Paqueti, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quoquidem fuit per dictos dominos meos sindicos expositum qualiter ipsi, insequendo deliberacionem consiliorum preteritorum, ipsi primo fuerunt ad ven. d. officialem et sibi narraverunt qualiter dominus noster vult et precepit quod pro augmentacione nundinarum presentis civitatis, insequendo advisamenta sibi domino nostro per d. ambassiatores facta, videlicet quod revocentur gabelle in hac Gebennarum civitate imposite pro assequendo solucionem debiti per communitatem d. Bernensibus et suis confederatis debiti, et qualiter fuit advisatum que remedia essent bona, quamvis non conclusum, et qualiter ipsi domini mei sindici (87) equidem fuerunt in capitulo in quo ipsi exposuerunt omnia premissa, requirentes eisdem consilium et consilium, actento quod ipsi pars communitatis et actento quod composicio fuit facta nomine tocius communitatis. Ac qualiter fuit conclusum quod, presenti die, in domo d. officialis convocentur ex parte domini nostri duo, ex parte capituli duo et ex parte communitatis duo cum sindicis, qui tractare circa negocium debeant et possint, etc.

Item fuit in ipso consilio equidem expositum per Girardum de Fogia,

receptorem communitatis, qualiter communitas non habet de presenti aliqua emolumenta cum fuerint admoti intratus vini, etc. Quid fiendum, quia non habet unde supportare possit onera communitatis nec debita solvere ?

Deinde conclusum in eodem consilio ut sequitur. Et primo, quod domini mei sindici, n. Petrus Gavit, Johannes Clerici et Girardus Rogeti intersint in consilio ut premictitur post prandium congregando in domo dicti d. officialis et quod tractent, deinde refferant in presenti consilio, etc.

Item quod fiat mandatum heredi Glaudii de Peymes, receptoris intratus vini, quod tradat nomine communitatis, in deducionem horum que debet, Girardo de Fogia, receptori, tercentum florenos.

*Eadem die*, hora meridiei, in consilio episcopali in domo d. officialis congregato, in quo interfuerunt : rev. pater d. episcopus Palarmiten., ven. d. A. de Malvando officialis, ex parte domini nostri ; — ven. d. Philippus de Compesio et dictus d. officialis, ex parte capituli ; — ven. d. Jo. de Saxo, egregius Jo. de Lestelley, Ny. de Liga, P. Braseti, H. Valleti, P. Gavit, Jo. Clerici, G. Rogeti, ex parte communitatis.

Quiquidem omnes superius nominatum consilium tenentes. In quoquidem, post multas altercaciones et deliberaciones hincinde factas, fuit conclusum, insequendo voluntatem et bene placitum domini nostri, ut sequitur. Primo videlicet quod gabelle revocentur et quod fiat crida generalis de tali revocacione, adeo quod mercatores extranei illam audiant. Item quod pro solucione assequenda Bernensibus, fiat instancia, tam ex parte communitatis quam capituli, erga dominum nostrum quod ipse dominus noster reperiat modum quod dominus noster dux auxilium prestet in presenti materia, actento quod sua patria fuit a periculo liberata mediante composicione, etc. Item et equidem erga illustrem d. comitem Gebennesii. Item et equidem erga eclesiasticos.

Item quod gabella alias posita super carnibus et sale remaneat.

Item quod gabella intratus vini, videlicet pro quolibet boceto vini seu musti solvantur tres solidi sine excepcione quacumque. Item quod illi qui voluerint vendere vinum in taberna, solvant communitati pro quolibet quarterono unum denarium sine excepcione quacumque, etc.



(88) *Die Mercuri nona septembris*, in consilio ibidem congregato in quo interfuerunt Quinquaginta et inferius nominati : venerabilis d. Jo. de Saxo, Ny. de Liga, n. P. Braset, n. H. Vallet, sindici ; — ven. d. Botollierii, F. de Viriaco, Jo. Roguz, Jo. Magnini, jurisperiti ; — Jo. de Lestelley, P. Gavit, Jo. Clerici, Nergaz, Grossi, de Crosa, Roget, Vaudo, Ny. de Nanto, P. de Nanto, Cortagiez, Jaqueti, Dorires, consilliarii ; — Jo. de Crosa, Jo. Malagnodi, P. Gatilliardi, Grossus marescallus, H. Bocardi, Ste. de Furno, Cavuycini, H. de Bona, Clasquinus pelliparius, dorerius Glaudius, Jo. Balli, Ste. de Putheo, P. Guersi, Jo. Boconis, Ja. de Mara, P. Mermodi, Jo. Albi, R. de Plathea, Jo. Bracuz, Pollerii, P. de Malodumo, F. Chenuti, perolerus Vouterius, P. chapellerius, Gacheti.

Quiquidem omnes superius nominati consilium tenentes et consilium de L representantes, in quo fuit expositum id et quidquid fuit here conclusum in consilio episcopali.

Deinde, post multas apperciones factas in ipso consilio et quamplurima vota ibidem presencium audita, presens consilium se resolvit quod die crastina congregetur consilium generale, etc.

*Die Jovis decima mensis septembris*, in claustro eclesie cathedralis beati Petri Gebenn., in consilio generali ibidem more solito ad sonum campane congregato, in quo interfuerunt : ven. viri d. A. de Malvanda officialis, ven. d. Philippus de Compesio, ven. d. A. de Villiaco, ven. d. A. sigilliffert, n. F. de Bellagarda castellanus, tam ex parte domini nostri quam venerabilis capituli ; — venerabilis d. Jo. de Saxo, n. Ny. de Liga, n. P. Braseti, n. H. Valleti, sindici ; — n. Nycodus de Nanto, G. de Fogia, P. de Nanto, R. Arnaudi, G. de Crosa, Ja. Paqueti, consilliarii ; — n. H. de Bona, venerabilis d. Jo. Magnini, magister Vandelli, G. Cavuycini, H. Bosonis, Jo. de Cresto, Porralis, A. pocterius, Jo. Roberti, Jo. Calabri, Jo. de Crosa, Perretus Chenuti, Jo. Ternerii, Theobaldus Albi, M. Montagnierii, G. Boverii, n. P. Magnini, P. Jaqueti, Gallatini, (89) Jo. Malagniodi, Petrus Malagniodi, Petremandus de Malodumo, Mermetus de Cresto, P. Mermodi, Ste. de Putheo, Jo. de Tulia, Jo. Novelli, Glaudius aurifaber, dictus Lorens condurerius, Pe. Vincencii condurerius, Jo. de Nanto condurerius, Jo. Chalex, H. Belleboche, Jo. Bocardi macellarius, Giroudon, Guillelmus Serralion, Colon hospex,

Petrus Joly, Janinus de Mara, Jo. Bracuz, Beatrisii, P. Exerton, Pollerii, H. archerius, Mauricius Vuy, Ludovicus Baru, Jacob Blonex, Hugoninus condurerius, The. Chiquant, H. Bocardi, Ludovicus chapellerius, de Fontaneis, Jo. Bovardi, Jo. Bueti, Ja. Roguz, Martinus Danelli, Jo. Balli et quamplures alii michi ignoti in bono numero.

Quiquidem omnes superius nominati consilium generale presentis civitatis representantes, in quo fuit expositum, organo predicti d. officialis, qualiter dominus noster Gebenn. episcopus totis viribus vult et precepit quod gabelle super mercanciis solvi ordinate revocentur, adeo quod mercatores extranei qui voluerint venire in nundinis presentis civitatis sint liberi ut alias et ad meliorandum nundinas ipsas, exceptis gabellis carnium et salis que remaneant in primo statu, ac qualiter die herina, in consilio episcopali in quo fuit deducta presens materia inter cetera, fuit conclusum quod esset bonum loco dictarum gabellarum apponere tantummodo de et super quolibet boceto vini in hac Gebennarum civitate intrando, solvantur tres solidi communitati in manibus parte ipsius communitatis deputandi, ita et taliter quod omnes solvant, tam eclesiastici, nobiles, franchi, quam alii, absque aliqua excepcione. Item et quod pro quolibet quarterono vini venalis in taberna solvatur eidem communitati per tabernarios vinum vendentes, cujus status vel condicionis sit, sit eclesiasticus, canonicus, curatus, sindicus, franchus, etc., in manibus deputandi parte communitatis, ita quod nullus sit liber in premissis, et quod ad presens sufficit, expectando graciam Dei, ita et taliter quod ea que de premissis exient tute reponantur pro solvendo ut supra.

Item fuit in ipso consilio appertum quod nonnulli de civitate dubitant quod taxe bonorum non ascendant ad majorem quantitatem quam eis narretur et quod fuit magna exactio et pauca solucio.

Item fuit in ipso consilio appertum qualiter predictus dominus noster vult quod arragia tallie exigatur ab omnibus, forciori modo quo poterit, per deputatos per ipsum.

Deinde fuit in ipso consilio post multas altercaciones conclusum, nemine descrepante, excepto n. H. de Bona qui non consensit conclusioni hujusmodi, ut sequitur.

Et primo quod dictus H. de Bona, Glaudius Cavuycini, Petrus Poralis et Mermetus Montagnierii videant, legant, visitent et mature se



informent de et super exactione imposicionis, libratis, solucionibus et (90) aliis contentis in libro ipsius imposicionis comprehempsis, in manibus commissariorum domini nostri Gebenn. episcopi deputatorum, videlicet egregii Guillelmi de Bosco et n. P. de Peymes, qui ipsum librum monstrabunt libenti animo, deinde veniant relaturi quicquid voluerint in generali consilio ad hoc congregando. Quibus quatuor insimul fuit facta quo ad hec commissio per astantes in dicto generali consilio.

Item quod fiat exactio arragiorum ut supra narrata rigide, meliori modo quo fieri poterit.

Item quod pro quolibet boseto vini intrando in hac Gebenn. civitate solvantur tres solidi in manibus ex parte communitatis deputandi, et taliter quod nullus non sit exemptus, sive sit canonicus, curatus parrochialium eclesiarum presentis civitatis, curialis, servitor dicti domini nostri, extraneus, liber, franchus, sindicus aut cujuscumque condicionis.

Item et similiter quod pro quolibet quarterono vini in hac Gebennarum civitate et ejus subburbiis vendendo ad tabernam, seu hospitibus suis per hospites, solvatur eidem communitati in manibus deputandi, sine contradicione aliquali, unus denarius (solvatur), sive sint tales vendentes canonici, curati, franchi, servitores domini, sindici et alias qualitercumque exempti et eciam doctores et jurisperiti.

*Die Martis quindecima mensis septembris,* in Domo communi et consilio ordinario, in quo interfuerunt : venerabilis d. Jo. de Saxo, n. P. Braseti, H. Valleti, sindici; — Dorires, Gavit, Sancto Michaele, Crosa, Grossi, Fonte, Paqueti, Nergaz, Jaquet, Arnaudi, Ny. de Nanto, Cortagiez, Ravinelli, P. de Nanto, Jo. de Peymes, Vaudo.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes. Fuit in ipso consilio expositum :

Fuit presentata [lictera] ex parte dominorum confederatorum in ipsa lictera mencionatorum, super qua portitor petit responsionem haberi.

N. Johannes Clerici requisiit sibi fieri suum mandatum de libratis per eundem occasione solucionis composicionis facte per communitatem erga d. Bernenses et suos confederatos et inde sequutorum in persequucioni.

Item fuit expositum per dominos meos sindicos qualiter fuit deliberatum in consilio generali ultimate tento quod pro quolibet boceto vini seu musti solvantur communitati tres solidi. Item et quod pro quolibet quarterono vini venali in tabernis vel alibi, solvatur eidem communitati unus denarius. Quid fiendum et qualiter erit procedendum in exactione eorumdem ?

(91) Item et qualiter terminus firme intratus vini facte n. Glaudio de Peymes finiet Jovis proxima. Quid fiendum ?

Deinde conclusum ut sequitur. Et primo quod tam intratus quam venda vini proclamentur absque ponendo aliquod precium et quod audiantur venientes.

Item quod super facto lictere missive, quod primo lictera missiva manifestatur d. vicario et, si opus sit, domino nostro Gebenn. episcopo, antequam fiat alia responsio super eadem lictera.

*Die Jovis xvij mensis septembris,* in consilio ordinario ibidem congregato in quo interfuerunt : venerabilis d. Jo. de Saxo, n. Braset, Vallet ; — Jo. Clerici, Nergaz, Arnaudi, Cortagiez, Paqueti, F. Grossi, de Fontana, Sancto Michaele.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium presentis civitatis tenentes, in quo fuit exposita materia lictere missive et qualiter fuit inde sequutum, et deinde fuit lecta certa lictera missiva mictenda dominis Ligarum ad causam dicte lictere.

Deinde fuit conclusum quod ipsa lictera mictatur et quod retineatur duplum cum informacione.

Deinde fuit expositum qualiter fuit proclamatum quid vellet ponere et admodiare intratum bocetarum et gabella[m] vini, et quod adhuc nullus se offert recipere. Quid fiendum ?

Concluditur quod insequatur modus antiquus in claustrum cum candela et quod expediantur plus offerentibus, dummodo intratus vini excedat duo millia florenorum, et quod precium denarii excedat quatuor millia florenorum. Verum et si tantum non reperiatur, quod exigatur nomine communitatis.

*Eadem die,* in claustro beati Petri Gebenn. et consilio ordinario ibidem congregato, in quo interfuerunt : venerabilis d. Saxo, n. Braseti,



n. Vallet, sindici ; — n. Sancto Michaele, Clerici, Crosa, Arnaudi, Paqueti, P. de Nanto, Cortagiez, consilliarii.

In quo consilio fuit expositum qualiter intratus bocetorum et venda vini fuerunt istis tribus diebus continuis proclamati more solito et qualiter fuerunt assignati admodiare volentes ad nunc. Quid fiendum ?

Deinde conclusum quod in presenti claustro, candela illuminata, more solito proclamentur et plus offerenti expediantur.

Et procedentes fuerunt candela illuminata, deinde fuerunt quamplures cride facte quod plus offerenti expedientur dicti intra(tra)tus vini et venda, in presencia Jo. Porterii, Jo. de Crosa, de Cresto, H. Consilii, Martini de Cresto, Petri Mermodi, Hugonini de Ponte, Ste. Marqueti, Ste. de Putheo et plurium aliorum ibidem existencium, nec fuit compertus quis qui se daturum obtulerit de venda vini scilicet denario quantum Johannes de Crosa, qui se de eadem obtulit hodie daturum, (92) responsione Roberti de Cresto cride, quatuor milia et quater centum florenos.

Jamdicto Johanne de Crosa ad hec replicante quod ipse hodie bene se obtulit daturum prout relatum extitit cum tamen condicione quod reperire posset socios, etc.

Et equidem non fuit compertus quis [qui] se obtulerit daturum de intratu bocetorum plus quam n. Johannes de Fontana, suo et sociorum suorum nominibus, qui se obtulit daturum duo milia florenorum.

Quibus sic actis, jamdicta candela se deffectu sue nature exfocavit et cecidit, taliter quod sors cecidit in dictos Johannem de Crosa, quoad vendam vini, et super dictum de Fontana super intratu bocetorum, uti plus offerentibus.

Tandem jamdicti domini mei sindici de consilio consilliariorum superius nominatorum, insequendo consuetudines presentis civitatis diucius observatas predictis Johanni de Crosa predictam vendam vini et jamdicto de Fontana, quo supra nomine, intratum bocetorum remiserunt eisdem uti plus offerentibus de eisdem, et eosdem assignaverunt ad diem crastinam ad cavendum per eosdem admodiatarios et alia faciendum circa premissa que juridice venient facienda, et de premissis omnibus ipsi domini sindici nomine communitatis pecierunt licteras testimoniales quas eis in presencia dictorum testium ex officio meo concessi. Et advisaverunt eosdem quod deinceps accipiant in se onus exigendi etc., pro-

testantes etc., jamdicto Johanne de Crosa non consensciente sed dicente ut supra, presentibus dictis testibus.

*Veneris decima octava septembris,* in Domo communi et consilio ordinario, in quo interfuerunt : ven. de Saxo, n. Braseti, n. H. Vallet, sindici; — n. Jo. Clerici, F. Grossi, Nergaz, Crosa, Arnaudi, Fontana, Paqueti, P. de Nanto, Cortagiez, n. Jo. de Peymes, Rogeti, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium presentis civitatis tenentes et representantes.

In quo fuit expositum qualiter nonnulli transseunt eorum vinum per civitatem. An debeat solvere intratum vel non.

Johannes de Crosa se excusavit qualiter non reperit socium et qualiter non intendit aliqualiter tenere nec abbergare vendam vini, prout heri fuit appunctuatum, requirendo se liberari.

Item fuit appertum qualiter confratrie presentis [civitatis] emunt vinum pro bibendo in confratria, an debet solvere vel non.

Item fuit appertum qualiter nonnulli mercatores extranei in nundinis accipiunt cammeras et forte emunt unum bocetum vini, an debeant solvere vel ne.

Item fuit appertum si aliquis burgensis vel habitator presentis civitatis emat unum bocetum vini pro sua domo, an solvere teneatur vel non.

Item an illi qui adducunt vinum in portu et vendunt, an solvere debeant vel non.

(93) Deinde conclusum ut sequitur. Et primo quod vinum transiens tantum nichil solvat.

Item quod vinum de confratriis solvat.

Item quod omnes vendentes vinum in hac Gebennarum civitate mercatoribus extraneis vel aliis, sive in minuto seu in bosetis, solvant.

Item quod omne vinum abbergatum in hac Gebennarum civitate et vendatur ad minutum seu totum bossetum, solvat.

Item quod vinum quod adducitur in portu pro vendendo, vel alibi, nichil solvat.

Quia de Crosa cum condicione posuit super venda vini, ordinatur iterum clamari et quod plus offerenti expediantur.

*Eadem die,* hora vesperorum, ante eclesiam beati Petri Gebenn., in



presencia discretorum virorum Francisci Mallieti, Petri Levrerii, nobiles Petrus Braseti et Hugoninus Valleti, sindici et nomine communitatis, protestatiffuerunt contra Johannem de Crosa, ibidem presentem et audientem, quod ipsi deinceps non se intromictere intendunt de facto vini, etc., et quod intendunt quod solvet, etc.

*Die lune vicesima* [*xxj*] *mensis septembris,* in consilio ordinario in Domo communi congregato, in quo : venerabilis d. de Saxo, P. Braset, Vallet, sindici; — Girardinus, Pollyuti, F. Grossi, de Crosa, Paqueti, Arnaudi, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes, in quo fuit expositum qualiter dominus noster die herina interrogavit dictum Valleti qualiter procedebatur in facto exactionis gabellarum, qui Vallet respondit per modum actitatum. Sed fuit responsum quod intencio domini nostri est quod non accipiantur conventa de ipsius gabellis, sed quod deputentur quatuor aut sex probi qui exigant nomine communitatis et quod non admodiantur. Quid fiendum ?

Deinde conclusum quod ista materia deducatur cras in consilio ordinario et quod interim remonstrentur domino nostro pericula quia tantum non reperitur quam de firma concessa.

*Martis vicesima prima* [*xxij*] *mensis septembris,* in Domo communi et consilio ordinario, in quo interfuerunt et equidem fuerunt de L^ta^ subnominati : ven. Jo. de Saxo, n. P. Braseti, n. H. Valleti, sindici; — n. Sancto Michaele, n. Jo. de Peymes, G. de Crosa, F. Grossi, Jo. de Fontana, Achardi, G. de Vaudo, Cortagiez, Pollyuti, R. Arnaudi, Paqueti, Dorires, Girardinus pelliparius, n. Jo. Clerici, Nergaz, P. de Nanto, consilliarii ordinarii; — n. P. Guersi, Valterius perolerius, Mugnerii, Jo. Malagnodi, P. Chenuti, consilliarii de L^ta^.

(94) Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium et de L^ta^ presentis civitatis representantes, in quo fuit expositum qualiter fuit actitatum in facto vende vini, videlicet qualiter P. de Crosa posuit super eadem quatuor mille et iiij^c^ florenos et qualiter sibi expedita, et assignatus ad faciendum instrumentum admodiacionis, et deinde contra ipsum protestatum, etc.

Item fuit expositum parte heredis n. Glaudii de Peymes, organo n. Jo. de Peymes, qualiter fuit facta admodiacio eidem Peymes, qualiter ipse Peymes fecit multas expensas. Petit intrari et responderi.

Item fuerunt in ipso consilio exposita que sequntur : primo qualiter dominus noster intellexit quod Johannes de Crosa se obtulit daturum de venda vini quatuor mille et iiij$^{c}$ florenos; quia non habet unde nec est aptus, non vult aliqualiter quod ipse habeat onus exigendi. Item qualiter dominus noster requisiit dominos meos sindicos quod admictant Consilii in clericatura. Quo admisso, si velint habeant unum alium responderi.

Deinde conclusum, exequendo voluntatem domini nostri, quod venda vini et intratus vini iterum proclamentur et plus offerenti, more solito, expediantur.

Item super facto de Peymes, quod tradant unum rotulum in quo describantur omnia, et viso fiet responsio.

Item fuit conclusum, post multa vota et auditis excusacionibus Guillelmi de Quarro honestis, quod ipse Consilii admictatur, contemplacione domini nostri et non alias.

*Eadem die,* hora vesperorum, in claustro, in consilio ordinario in quo interfuerunt : tres sindici; — Ja. Nergaz, Ja. Paqueti, G. de Crosa, Jo. de Fonte, R. Arnaudi, F. Grossi et plures alii.

Fuerunt proclamata more solito qui quis plus dare vellet de premissis ultra vj$^{m}$ florenos, nec quis fuit compertus.

*Mercuri vicesima secunda* [*xxiij*] *septembris*, in claustro et consilio ordinario, in quo : venerabilis Saxo, Braset, Vallet; — R. Arnaudi, P. de Nanto, Nergaz, Paqueti, Cortagiez, Jo. de Fonte, n. H. de Bona, Guillelmus Valet, H. de Ponte et plures alii.

Fuerunt proclamati intratus vini et venda, more solito, candela illuminata, et cecidit sors super communitate quia nullus se aliquid dare de eisdem [obtulit].

Deinde deliberatum quod presenti die, post prandium, congregetur consilium ordinarium et de L$^{ta}$ et quod ibidem reperietur modus exigendi ad opus communitatis premissa.

*Eadem die,* in Domo communi, in consilio ordinario ibidem agregato



et de L$^{ta}$, in quo fuerunt venerabilis d. de Saxo, n. Braset, n. Vallet, sindici; — Dorires, Girardinus, Arnaudi, P. Jaqueti, Paqueti, Achardi, Fonte, F. Grossi, P. de Nanto, Jo. de Fogia, H. de Bona, A. Fabri, G. Valleti, The. Chiquant, Gatilliardi, H. Vallerii, Bocardi, Thorrenus Sancti Gervasii, Bouluz, de Plathea, Jo. Clerici.

Quiquidem consilium ordinarium tenentes, in quo fuit expositum qui essent boni ad exigendum nomine communitatis intratus (95) vini et venda vini, et quod nominentur ibidem et eligantur.

Deinde conclusum quod, si possint haberi, n. Jo. de Fonte, Hugoninus de Ponte, Girardus de Vaudo, Hugoninus Vallerii pro faciendo omnia, et potestatem habeant omnimodam exigendi et alia circa hoc neccessaria faciendi. Ita quod isti quatuor possint eligere alios quatuor pro custodiendo pontem et portas ville, etc.

Fuit facta ibidem commissio dominis meis sindicis concordandi cum dictis exactoribus de salariis eorumdem.

*Jovis xxiij* [*xxiiij*] *septembris,* in Domo communi et consilio ordinario, in quo : venerabilis d. de Saxo, n. Braset, n. Vallet; — Sancto Michaele, Dorires, Girardinus, Crosa, F. Grossi, Paqueti, Jo. de Lupnes, Arnaudi, P. de Nanto, Vaudo, H. de Ponte, H. Vallerii, Guillelmus Vallet, Roget, Pollyuti.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Johannes de Tulia notifficavit in ipso consilio quod deinceps ipse non intendit exigere gabellam carnium, quia in servicio perdit, asserendo quod sibi fuit innovatum.

Deinde sibi responsum quod ipse Jo. cepit onus exigendi spacio unius anni, quare etc.

Et in quo consilio fuerunt deputati ad exigendum intratum vini et vendam, videlicet G. de Vaudo, Hugoninus de Ponte, Petrus de Nanto et Hugoninus Vallerii.

Deinde fuit in ipso consilio per Guillelmum Ballet appertum quod si communitas velit sibi admodiare intratum et vendam vini, quod ipse offert de eisdem pro anno futuro quinque mille et quater centum florenos et quod idonee cavebit, etc.

*Die secunda octobris* [1], in Domo communi et consilio ordinario in quo : d. Jo. de Saxo, Ny. de Liga, Vallet, Braset; — G. Roget, F. Grossi, Ja. Nergaz, G. de Vaudo, Jo. de Fonte, Ny. de Nanto, Ja. Paqueti et Hugoninus de Ponte.

|| Fuit creatus burgensis Johannes Mocheti, affanator, parrochie Magdalenes, precio vij florenorum et selliocti. ||

|| Fuit creatus burgensis Sebastianus Freperii, notarius, Sancti Gervasii, precio vij florenorum et selliocti. ||

|| Fuit creatus burgensis Johannes Warendor, aurifaber, parrochie Sancti Gervasii, precio xij florenorum et banquerio. ||

|| Fuit creatus burgensis Johannes Givoz, condurerius, precio vij florenorum et selliocti. ||

(99[2]) *Die xxv septembris,* anno lxxviij, incepi scribere et meum officium reavere [3], existentibus sindicis spectabili utriusque juris doctore ac n. et h. viris d. Johanne de Saxo, Nicolino Lingoti, P. Braseti et Hugoneto Valeti.

*Die predicta Veneris,* existentibus in consilio n. et h. viris : d. Johanne de Saxo, Petro Braseti et Hugoneto Valeti, sindicis; — P. Gavid, Ste. Achardi, Glaudio Ravonelli, Humberto de Bona, Jo. de Fontana, Jo. de Lunes, R. Arnaudi, P. Cortagier, P. Jaqueti, Jo. Clerici, Girardino, B. Dorerii, Jo. Polliuti, Ja. Paqueti, P. de Nanto, consiliariis.

Super lictera recepta pro eundo ad Tres Status fuit deliberatum illam monstrari debere illustri domino nostro episcopo, qui habebit facere responsum [4].

[1] Le procès-verbal de cette séance est écrit d'une autre main que ce qui précède.

[2] Les feuillets 96 à 98 sont restés blancs.

[3] A la demande de l'évêque (voir ci-dessus, p. 88), Hugonet Conseil, déjà secrétaire de la Ville en 1477, obtint de nouveau cette charge, occupée successivement en 1478 par Guillaume Vincent et par Guillaume de Quarro.

[4] A la suite de la mort de la duchesse Yolande de Savoie (29 août 1478), les États de Savoie se réunirent à Rumilly du 26 au 30 septembre. On trouve dans le compte du trésorier Richardon cette mention : « Libravit Petro Marionis pro suis et ejus equi salario et expensis quatuor dierum integrorum



Super confessione petita per d. Machabeos capelle de novem marchis argenti, fuit ordinatum eis restitui pax et ensenserium, et de residuo fiat eis mandatum prout est solitum fieri aliis, etc.

De gabella vini fuit deliberatum illam recuperari debere nomine civitatis per quatuor probos homines, salario moderato.

Deinde iterum fuit deliberatum tradi pro v^m^ et iiij^c^ florenis ad recuperandum ad medium lucrum et medium perde gabella.

Fiat mandatum pro Francisco Grossi de centum et duobus florenis renensibus per ipsum novissime implicatis, ut in rotulo tradito, qui juravit etc.

(100) *Die Dominico xxvij septembris,* existentibus in consilio in Domo ville n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, P. Braseti, H. Valeti, sindicis; — Petro Gavid, G. Ravonelli, G. de Crosa, Jo. de Fontana, G. de Vaudo, F. Grossi, Ja. Nerga, B. Bernardi, Jo. Clerici, Jo. Polliuti, P. Jaqueti, N. de Nanto, P. Cortagier, Jo. Porterii, H. Vallerii, G. de Quarro, Ja. Paqueti, Jo. Veluti, P. de Nanto, Ste. de Putheo, G. Balleti, H. de Ponte, Ja. de Verulfis, M. Danelli, Petro Gatilliardi, Valterio Chernavelli, Petro sellerio, Johanne Pro, Johanne Chavanez, Johanne Bouloz, P. Arloz, Colleto Guerci, Symondo Boulat, Johanne Malagniodi, Roleto Arnaudi, Jo. Bossoneti, H. Fabri marescallo, A. de Velins, Jo. Tacconis, F. de Mota, Jo. Flori chapellerio, Clasquino de Castro, Symoneto dorerio, Amedeo Poterii, Robello de Cresto, Raphaele Pelerini, Glaudio Borsali, Ansermeto Bernardi, P. Berteti, Bernardo de Turre, G. de Fontana, Ja. Quibleti, G. Bessoneti, P. de Maladena, G. Borgesii, Johanne Macherruyb, Jo. Morelli, P. Porralis, Petro de Cresto, Arnoleto Valliant, Roleto patisserio, Jo. Regis, Jo. Pollituz, Roleto Bordaz, Rambosson, Allano, Martino Bellot, Jo. Pollierii, Clasquino de Castro, G. de Castrono[vo] dorerio, G. Bollieti, P. Gacheti, F. Domengii, (101) Nicodus de Rosseriis, Jo. Montagnerii, Christino Tombet, Jo. de Thononio, Jo. Duc, Petrus Johannes, H. Serralion, Georgio Pignerii, Jo. Bullifroz, Jo. de Maladenaz, Ste. de Retro, P. Lamberti, Petro Vincenti, Petro Teste, Petro de Ciriez, Nicola Escri-

quibus vacavit a Chamberiaco Gebennas, quia fuerat obmissa lictera comunitatis civitatis Gebennarum... », *Historiæ Patriæ Monumenta, Comitia.* pars I (Turin, 1879), col. 432-438.

bant, Anthonius Barberii, Johanne Mueti, Glaudio Reynaudi, Forcino Foquet, Humberto Rogeti, Petrus Grillieti, Henrico Fontaneis, Jo. Chales, Petrus Ferraterii, Johanne Poterel, Mermeto Myoucet, Petrus Galloz, Oliverio Galicez, Petro Exertonis, Mermeto Guigniet, Jo. de Gerdili, Glaudio Mugnerii, Jo. Donzelli, Glaudio Risini, Goneto chapellerio, Johanne Chanbaz, Petro Mugnerii, Johanne Bigoti, Petro Biolesii, P. de Cresto, Ste. Nerga, Henrico Gauterii, Henrico Monaton, Amedeo de Tullia, Johanne Luppi, Hugonino Jaquardi, Petro escoferio, Perreto Chenuti et pluribus aliis.

Ibidem fuit conclusum et electi de consilio quorum supra n. et h. viri Johannes de Fontana, Girardus de Vaudo, Hugoninus de Ponte et Hugo Valerii ad exigendum et recuperandum gabellam vini intrantis per hunc annum hodie incohandum dumtaxat et eciam gabellam vini vendendi in minuto, videlicet ad unum denarium pro singulo quarterono vendito in dicta civitate, sub salario iiij$^{c}$ florenorum. Ita tamen et taliter quod qualibet edomada, videlicet die Lune, debeant apportare pecunias recuperatas in manibus Petri de Pemes, Anthonii Achardi et Francisci Grossi, qui pridem fuerunt deputati dictas pecunias recipere et reponere in una archa ubi esse debeant quatuor claves, unam custodiendam per d. sindicos et reliquas per predictos qui recipient pecunias, et quod dicti d. (102) sindici eisdem debeant persolvere dictos iiij$^{c}$ florenos in Quartis Temporibus, et ita juraverunt super sacro Canone in manibus d. sindicorum et caverunt unus per alium de bono et legali computo reddendo. Et ulterius fuit promissa dicto Hugonino de Ponte una vestis ydonea secundum ejus statum, eo quia habebit facere librum, etc.[1], si videatur consilio necessario fiendum.

*Die xxviij septembris,* existentibus in consilio n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, P. Braseti et H. Valeti, sindicis ; — Ja. Nerga et Jo. Clerici, Roleto Arnaudi, F. Grossi, Jo. Veluti, Jo. de Fontana, G. de Vaudo et H. Valerii, N. de Nanto.

Ibidem fuerunt admissi et presentati per receptores gabellarum Anthonius de Castro in porta Sancti Anthonii, et Petrus Lamberti tissotus

[1] Les mots qui suivent ont été écrits après coup, avec une encre plus pâle.



in porta Ripe, ita quod qualibet die teneantur reddere computum in manibus gabellatorum, qui juraverunt super sacro Canone, etc.

*Martis xxix septembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, P. Braseti ; — P. Gavid, A. de Sancto Michaele, Ste. Achardi, H. de Bona, G. de Crosa, F. Grossi, G. de Quarro, Ja. Nerga, Jo. Polliuti, Jo. Clerici, P. de Nanto, Jo. Veluti, R. Arnaudi, Jo. de Fontana, G. de Vaudo, H. de Ponte, H. Valerii, Ja. Paqueti, N. de Nanto.

De rotulo tradito per d. thesaurarium.

De clerico conficiendo debere librum de recupera.

De clerico de Bosco, quid sibi debetur dare.

De archa, ubi erit situanda.

Ibidem fuerunt facti consiliarii Hugoninus de Ponte et Hugo Valerii.

(103) Fuit ordinatum dari debere clerico de Bosco qui scripsit unam parte[m] libri taxe, videlicet unum scutum.

Fuit ulterius ordinatum reponi archam ubi debent poni pecunie, in domo Anthonii Achardi.

De clerico ponendo ad scribendum soluta de taxa, fuit ordinatum quod Guillelmus de Carro illum librum debeat facere et scribere sub salario moderato.

De vino seu gabella vini fuit ordinatum quod maneat in statu quo nu[n]c est.

De rotulo d. thesaurarii Petri de Pemes fuit ordinatum quod videantur registra secretarii pro tunc, et si fuerit missus parte ville quod sibi satisfiat ordinacione consilii, et habeatur consilium ad sindicos et consiliarios pro tunc existentes et ad refferendum ad Veneris.

De facto bocheriorum fuit conclusum quod videatur a quolibet bocherio quantum volunt dare pro quolibet, et postea cridetur si plus reperiatur et quod stetur magis danti.

|| Fiat mandatum Johanni Clerici de centum scutis datis domino nostro episcopo de mandato consilii generalis. ||

|| Fiat ulterius mandatum eidem de xl scutis datis d. Petrimando de Vaubert, || Petro de Bosco, Johanni Mochet, Michaeli Cristini, Petro Tapelli. Fuit inhibitum ne vendant etc., sub pena contenta in franchesiis, etc.

|| Fiat mandatum Girardo de Fogia de octo florenis tradendis vigillibus pro pulsacione grossi simballi tempore suspecto et dierum Mercuri. ||

(104) *Martis vj octobris*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: d. Jo. de Saxo, P. Braseti, H. Valeti, sindicis; — G. de Crosa, Jo. de Fontana, Ja. Paqueti, N. de Nanto, G. de Vaudo, P. de Nanto, P. Cortagier, Jo. de Lunes, Bisansono Dorerii, Jo. Polliuti, G. de Quarro, consiliarii[s].

Fiat mandatum Ja. Paqueti quod solvat Petro Cortagier, pro expensis factis eundo Pedemoncium, videlicet decem florenos et quinque solidos, ut in rotulo. — *(Levatum est.)*

De Perreto Chenuti, porterio porte Sancti Leodegarii.

De Bartholomeo esperonerio, capto per d. castellanum, qui illum vult remictere.

De rotulo n. Petri de Pemes.

Jo. de Tulia iterum dicit quod provideatur de alio recuperatore super facto recupere bocheriorum, cui fuit dictum quod recuperet usque ad Martis proximum et tunc provideatur.

De Bartholomeo fuit conclusum quod d. castellanus illum reducat simili hora qua illum recepit, ad d. sindicos.

De facto Perreti Chenuti, porterii porte Sancti Leodegarii, fuit ordinatum quod nichil sibi intretur in sua talea, sed dumtaxat gaudeat de privilegiis prout ceteri porterii hucusque fuerunt usi.

Super facto n. Petri de Pemes fuit ordinatum quod commictatur visio ipsius rotuli tribus aut quatuor personis, et actenta relacione G. Rogeti, P. Magnini et Jo. Clerici, qui retulerunt ipsum fuisse missum parte ville, et relacione ipsius audita, fiat sibi mandatum de ordinatis per || consilium || visitatores ipsius rotuli.

Ulterius de facto Perreti Chenuti fuit ordinatum per majorem partem quod sibi satisfiat de ejus pena, ordinacione consilii.

Fuit commissa visio rotuli predicti G. de Crosa, Jo. Polliuti, N. de Nanto, G. de Quarro et Jo. de Lunes, quatuor ex eis aut tribus, etc., qui visitent presentibus sindicis, et quod fiat mandatum juxta relacionem per eosdem fiendam.



(105) *Mercuri vij octobris,* sero, inter diem et noctem.

Ante Domum ville, castellanus civitatis Gebenn. remisit d. sindicis Bartholomeum esperonerium custodiendum illa nocte in observacionem franchesiarum ipsius civitatis, licet ipse Bartholomeus foret per eundem castellanum captus alio die de sero, in spretum franchesiarum ipsius civitatis et juramenti ejusdem. Quiquidem d. sindici illum receperunt et remiserunt custodiendum tute vigillibus, de quibus ipsi d. sindici pecierunt licteras testimoniales, presentibus egregio ac honorabilibus viris Guillelmo de Crosa, Guillelmo de Quarro, Janino de Bornando, Jacobo de Fontana, barberiis, et Ludovico Branz, testibus.

*Martis xiij octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: d. Jo. de Saxo, P. Braseti, H. Valeti, sindicis; — P. Gavid, H. de Bona, Girardo Rogeti, Jo. de Fontana, Girardo de Vaudo, Jo. Clerici, Jo. Polliuti, N. de Nanto, R. Arnaudi, F. Grossi, P. de Nanto, G. de Quarro, H. de Ponte, Ja. Paqueti, P. Cortagier, G. de Crosa.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Monetus Cristini, de Marlio, cudurerius, pro et mediantibus videlicet x florenis, j selliocto. || — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — || Item fuit creatus burgensis Johannes Givoz, de Pers, parrochie Sancti Germani, cudurerius, videlicet pro vij florenis, j selliocto. || — *(Levatum est.)*

Ibidem fuit admissus F. de Vaudo ad recuperam vini, qui juravit super sacro Canone bonum computum reddere de exactis et de recuperandis, etc.

De servitore cujusdam domini adducere volentis certam quantitatem vini, quod solvat introgium et denarium quarteroni si vendat, si reducat vinum nichil solvat, ut ita fuit conclusum.

Fuit admissus in juratum F. Grossi modo et forma quibus supra factis per F. de Vaudo.

Idem de Francisco Macri.

(106) De fratribus Minoribus et Predicatoribus, quod eis dicatur quod domini de capitulo solvunt et sic quod debeant solvere.

De Georgio Luppignier, quod tractetur ut quidvis fieri poterit ordinacioni d. sindicorum et gabellatorum.

De confratria fienda per abbatem escoferiorum fuit conclusum quod fiat eis ut petunt ordinacioni sindicorum.

De facto Glaudii Alliodi, quod remonstrentur premissa illustri domino nostro episcopo et fiat provisio decens ut[1] fiat turbacio habitatoribus Gebennarum.

De facto seu gabella vini intrantis pro dominabus Sancte Clare, quod scribatur vinum quod pro ipsis intrabit, et in fine anni videbitur quid fiendum.

De transitu mercerie fuit ordinatum quod stetur lictere super hoc facte seu concesse de gabella.

Fuit ordinatum quod fiant lictere executorie contra illos qui debent de gabella vini, in majori forma ut fieri poterit.

Fuit ordinatum de facto de Grace de Dieu ut novissime fuit ordinatum.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Jo. Clerici de ij marchis cum dimidio argenti in una tassa, una pace et unum catinum de cupro ad incensandum, que fuerunt redita dominis de capella in deductionem ix marchorum et xxiij denariorum argenti concessorum communitati, que pax et catinus ponderant unum marchum, iiij$^{or}$ oncias et xij denarios, et ciphus residuum.

*Martis xx octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, P. Braseti, H. Valeti, sindicis; — P. Gavid, Ste. Achardi, H. de Bona, Ste. Achardi, Ja. Nerga, B. Dorerii, Jo. Clerici, Jo. Polliuti, P. Jaqueti, N. de Nanto, R. Arnaudi, P. Cortagie, Ja. Paqueti, P. de Nanto, G. de Crosa, G. de Quarro, G. de Vaudo, H. de Ponte, F. Grossi, consiliariis.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Carreti, borserius, parrochie Sancti Germani, pro et mediantibus vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

De facto d. Theobaldi Fabri, qui dicit sibi fuisse taxata quedam bona existentia extra franchesias.

De facto Ludovici de Brucellis fuit conclusum quod commictatur visio premissorum n. Petro de Pemes, G. de Bosco, F. Grossi et audi-

[1] *Lisez probablement* : ne.



toribus computorum, quod videant si petita per eos sint vera, presentibus d. sindicis, et refferre habeant, quoniam si sit error quod corrigatur etc. ad veritatem, seu alteri ex ipsis.

(107) De facto Glaudii de Pemes fuit ordinatum (fuit ordinatum) quod videatur lictera admodiacionis et illi stetur, et de gracia fienda fiat prout consilium ordinabit.

De factum lapidum fuit ordinatum quod non permictatur accipi per aliquem de ipsis lapidibus, sed custodiatur. Ulterius fuit dictum quod cridetur plus offerenti.

De facto Johannis de Tulia et magistri scolarum fuit ordinatum quod provideatur ipsi de Tulia breviter, videlicet quod appunctuatur cum bocheriis, et si non quod sibi satisfiat.

Et de magistro scolarum, de domo derupta, videlicet de furno prope suam domum, quod fuit jam ordinatum et injunctum quod reparetur; de sua taxe, fiat eidem ut ceteris in genere.

De clave remissa per Perretum Chenuti, remansit penes d. sindicos.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Vigert, dorerius, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, j selliocto. || — *(Levatum est.)*

Fuit inhibitum Johanni Roset, barberio, ne teneat butiquam nec apperiat.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus Valterius Comitis, de Confignion, parrochie Sancti Germani, cudurerius, vij florenis, j colovrina. || — *(Levatum est.)*

*Die Martis xxvij octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, P. Braseti et H. Valeti, sindici[s]; — Petro Gavid, H. de Bona, Ja. Nerga, Jo. Clerici, Jo. Polliuti, P. Jaqueti, N. de Nanto, R. Arnaudi, Ja. Paqueti, P. de Nanto, P. Cortagier, G. de Quarro, Jo. de Fontana, G. de Vaudo, G. Rogeti, F. Grossi, consiliariis.

De quodam capto in hac civitate, qui dicitur fregisse carceres domini nostri ducis, qui petitur remicti, fuit ordinatum quod d. sindici se reperiant cum dominis castellano et de consilio episcopali et eis demonstretur franchesia et instent illam observari.

De facto Johannis Porterii condam, eo quia dominus noster episcopus misit archerios ad ejus domum et officiarios episcopales, fuit ordinatum

quod observatur franchesia et quod demonstretur dominis de consilio episcopali ut ita alia vice non fiat, et rigide hec materia prosequatur.

(108) De vino quod venditur versus Monetam, apud Cornavin, fuit ordinatum quod mandantur querrere isti vendentes dictum vinum et quod eis demonstretur quod commictunt perjurium et infringunt franchesias, et quod si non supersedeant, quod providebitur, et ista exponantur consilio episcopali ipsis remonstrato.

De facto Perreti Chenuti fuit ordinatum quod pro custodia porte nichil sibi detur, et si nolit illas claves amplius custodire, quod provideatur de alio.

Et si reperiatur aliquid librasse, quod videatur et postea sibi satisfiat.

De facto Glaudii de Pemes et Johannis Ruphi fuit remissum ad post prandium coram d. sindicis qui venire debeant.

De rotulo Besansonis et Hugonis Vallerii fuit commissa visio magistris computorum, qui postea refferre habeant in consilio.

Fuit ordinatum quod cridentur ale precio iij$^{c}$ florenorum.

‖ Fiat mandatum Johanni Malens pro duobus annis preteritis, finitis in festo beati Michaelis novissime lapsi, pro salario infirmorum de impedemia, ubi reponuntur, videlicet de xxiiij florenis. ‖ — *(Levatum est.)*

*Die Veneris penultima octobris,* existentibus in consilio n. et h. viris : d. Johanne de Saxo, P. Braseti, H. Valeti, sindicis ; — H. de Bona, Ja. Nerga, Ste. Achardi, Ja. Paqueti, P. Cortagier.

Ibidem fuit conclusum quod tradantur in admodium ale ipsius civitatis admodiari et recuperari solite per ipsam communitatem.

Ibidem prenominati sindici tradunt ad firmam dictas alas dicto Petro Magistri Petri Arlo, sub firma iij$^{c}$ et v florenorum solvendorum in qualibet nundena quartam partem, et cavit per Guillelmum Rogeti, etc., ut instrumento inde per me aliunde recepto.

De dominis de capella petentibus removi taleam factam super quodam prato existenti de dicta capella, fuit ordinatum quod videatur ordinacio et statutum consilii generalis tunc factum et illi stetur.

Super facto Girardi de Vaudo fuit conclusum quod nichil sibi deducatur de taxa, sed solvat, cum supplicata sua careant veritate.

(109) De custode ponendo in possessionibus habitancium, quod d. sindici ponant unum custodem idoneum, ut eis videbitur.



*(Burgensis.)* — ‖ Ibidem fuit creatus burgensis Petrus de Vetey, pictor, parrochie Sancti Germani, pro vij florenis, j colovrina. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Ibidem fuit creatus burgensis Valterius Ruphi, parrochie de Argonex, parrochie Sancti Gervasii, cutellerius, pro vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Ibidem fuit creatus burgensis Glaudius Pilliet, de Arlo in Michallia, parrochie Sancti Gervasii, furbiator, pro vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Boquin de Molleria, parrochie de La Biollaz, habitator Sancti Gervasii, moneator et escofferius, vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*Martis iij octobris* [*novembris*], existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, P. Braseti, H. Valeti, sindicis ; — P. Gavid, H. de Bona, Ste. Achardi, G. Grossi, G. de Quarro, P. de Nanto, Ja. Paqueti, R. Arnaudi, N. de Nanto, Jo. Polliuti, Ja. Nerga, Jo. Clerici, G. Rogeti, Ste. Achardi, G. de Vaudo, Jo. de Fontana, consiliariis.

De septem teysiis petitis per Guillelmum, pavisserium, commictitur visio premissorum receptori, qui refferat.

De computo Johannis Clerici fuit conclusum quod d. sindici instent claudi sua computa, qui paratum se obtulit si debeat satisfacere, etc.

De facto d. Theobaldi Fabri, ut alias fuit dictum, quod fiat visitacio.

(110) De taxa Animarum Purgatorii, fuit conclusum quod quo cicius (?) fiat eis aliqua bona gracia ad partem.

De facto Francisci Serrasson, petente sibi satisfieri de ejus pena habita per civitatem, fuit conclusum prout de ceteris.

De facto relicte n. Glaudii de Pemes fuit ordinatum quod accipiantur erga ipsam quinque aut sex centum scuta, et de residuo quod in consilio generali premissa proponantur et stetur ordinacioni ipsius generalis consilii.

De argento mictendo Ludunum, quod scribatur parte ville Lioneto de Medicis de modo mictendi ipsas pecunias.

De facto d. thesaurarii, F. Grossi et G. de Quarro, fuit ordinatum quod fiat eis ut sint contenti.

De vino quod venditur ad minutum in Cornavin fuit ordinatum

quod provideatur rigide, tam erga consilium d. episcopi quam procuratorem.

De captis novissime latronibus fuit ordinatum quod instentur erga castellanum quod illi latrones remictantur d. sindicis.

Fuit ordinatum quod receptores gabelle vini recuperent medietatem penarum commissarum per non obtemperantes cridis inde factis.

*(Burgensis.)* — || Fuit creatus burgensis Johannes Verboy, escoferius, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j selliocto. || — *(Levatum est.)*

*Die Veneris vj novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. [h.] viris : d. Jo. de Saxo, P. Braseti, H. Valeti ; — Ja. Nerga, B. Dorerii, N. de Nanto, Jo. Veluti, Ja. Paqueti, Girardi, Rogeti.

Super supplicacione porrecta parte liberorum et relicte Humberti Ros, necati, contra Lionetum de Costergio et Johannem Rosseti, fuit conclusum quod instetur totis viribus erga castellanum quod illos detentos remicta(n)t d. sindicis et quod de premissis dicendis et protestacionibus fiant lictere testimoniales[1].

(111) Super salariis petitis per n. P. de Pemes, F. Grossi et G. de Quarro, eo quod exigunt taleam, qui petunt sibi satisfieri a modo in ante si debeant plus exigere, fuit conclusum quod sindici loquantur ipsis quantum volunt habere, et postmodum quod die Martis proxime providebitur.

*Martis x novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti et H. Valeti ; — P. Gavid, H. de Bona, Ste. Achardi, Ja. Nerga, Jo. Clerici, P. Jaqueti, N. de Nanto, P. Cortagier, Ja. Paqueti, A. Achardi, P. de Nanto, B. Dorerii, Jo. Polliuti, G. Rogeti, G. de Vaud, Jo. de Fontana, H. Valerii, G. de Quarro, Jo. Veluti.

Super rotulo dato per B. Dorerii et Hugonem Valerii fuit ordinatum quod dictus rotulus visitetur et commictatur magistris computorum, qui refferre habeant.

[1] Arch. d'État, *Procès criminels,* nº 128, 12-26 novembre 1478 : procès de Jean Rosset, de Grange, et de Lionet de Costergio, de Saconnex de là d'Arve, prévenus d'un meurtre commis à Saint-Jeoire. La procédure n'est pas complète.



Fiat mandatum Girardo de Fogia de xxij grossis cum dimidio pro Guillelmo, pavisserio, pro septem teysiis pavimenti factis tam retro domum Angellini de Velins, in porta Sancti Christofori, quam in carreria dou Bouloz. — *(Levatum est.)*

Ibidem fuit conclusum quod de salario petito per n. Petrum de Pemes, F. Grossi et G. de Quarro, fuit ordinatum quod d. sindici cum tribus aut quatuor ex consiliariis tractent cum ipsis meliori modo quo poterunt et postea refferant.

De argento nunc debito dominis de Berna, quod loquatur domino nostro quod si non possint micti pecunie, quod scribatur eisdem.

De supplicacione data per Remondum Privissini, fuit remissus ut alii ad finem solucionis talee, etc.

De vino quod venditur in Sancto Gervasio fuit ordinatum quod tradatur in manibus procuratoris fiscalis.

(112) De detentoribus in Insula fuit ordinatum quod loquatur d. castellano, petendo illos, et de premissis accipiantur lictere testimoniales.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Nicodus Gallesii, de Cartignier, pro v scutis pro omnibus. || — *(Levatum est.)*

*Die Mercuri xj novembris,* existentibus in consilio ordinario : iiij$^{or}$ sindicis ; — G. Rogeti, A. Achardi, G. de Vaudo, G. de Quarro, F. Grossi, P. de Nanto, Jo. Veluti, N. de Nanto, Jo. Polliuti.

Insequendo conclusiones jam factas, fuit ordinatum quod illi qui non sunt taxati in grosso libro taxe, quod taxentur; eciam omnes domus et res alie immobiles ecclesiasticorum et aliorum non taxate taxentur.

Ibidem fuit conclusum quod venta vini ponatur in consilio generali ad quinque solidos.

De crida fienda quod nemo intret vinum in villa ad minutum nisi mediante solucione gabelle vini vendendi in minuto.

*Die xij novembris,* in Domo ville.

D. sindici mandaverunt et jubserunt n. P. de Pemes, Anthonio Achardi et Francisco Grossi, habentibus quilibet unam clavem arche in qua reponitur pecunia ipsius civitatis, quod ipsas claves tradant ut fiat appercio ipsius arche existentis in Domo ville pro solucione fienda

Ludugni in bancha de Medicis, quiquidem illas omnes exhibuerunt, et fuit apperta ipsa archa, archentum manere debens penes F. Grossi et G. de Quarro donec foret ordinatum cui debeant tradere pro mictendo Lugdunum, presentibus n. F. de Bellagarda castellano Gebennarum, Humberto de Bona, B. Dorerii, N. de Nanto, G. de Fogia, Jo. Veluti, testibus, de quibus fuerunt jubse fieri licteras testimoniales.

(113) *Die xiij novembris.*

Rev. dominus Petrus de Chissiaco, prior Verreti, fuit adeptus possessionem officii vicariatus, qui super Canone et magno altari Sancti Petri, ad instigacionem d. sindicorum, juravit franchesias et libertates ipsius civitatis, presentibus n. Petro de Pemes, Ludovico de Pitigniaco, d. F. Vincencii et Nicodo Mallieti, testibus.

*Eadem die,* d. sindici mandant F. Grossi quod tradat iiij$^{c}$ florenos quos habet penes se de gabella mercanciarum et carnium Girardo de Fogia, receptori,pro solucione fienda in Luduno, in bancha de Medicis, etc.[1]. — *(Fuit levatum.)*

*xiiij* [*novembris*], in Domo ville, presentibus d. P. de Solerio capellano et Hugone Valerii, Lingoti, Braseti et Valeti, consindici, confitentur habuisse a F. Grossi et G. de Quarro iij$^{m}$ xxxij scuta Sabaudie et novem grossos, missos Ludugnum in bancha de Medicis.

*Die Dominico xv novembris,* post festum Sancti Martini, existentibus in consilio generali, in claustro Sancti Petri sono campane congregato, n. et h. viris : dominis Anthonio de Viliaco et Johanne de Sancto

[1] Le compte de F. Gros, souvent cité, contient la mention suivante : « Allocantur eidem Francisco subscripti quatercentum floreni parvi ponderis per eum librati pro complemento solucionis fiende sex millium ducentum septuaginta septem florenorum et quinque denariorum grossorum parvi ponderis tunc in bancha de Medicis Lugduni debitorum, solutos de mandato d. sindicorum et consilii civitatis Gebenn., ut per ipsorum licteram, datam Gebennis in eorum consilio die decima tercia novembris anno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimo octavo, manibus ipsorum sindicorum et Consilii, eorum secretarii, sigillatam . . . . iiij$^{c}$ fl. p. p. », M. D. G., t. VIII, p. 431.



Amore, canonicis Sancti Petri ; — necnon Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti et H. Valeti, sindicis ; — Nicodo de Nanto, Jo. Polliuti, P. de Nanto, P. Cortagier, Jo. Bouloz, Ste. de Putheo, H. de Bona, Jo. Gacheti, B. Dorerii, Jo. Calabris, Nicodo Mallieti, Remondo Dorsieres, Jo. Montagnier, P. Porralis, Perreto Chenuti, Jo. Macri, Geor. Porterii, P. Mermodi, Jo. de Cresto, Jo. Michallie, A. de Orseriis, A. Rages, P. Neyreti, Mermeto Paqueti, Nicodo Regis, Jo. Flory, Verdet, Jo. Griboz, Roleto patisserio, Janino de Bornando, Jo. Chambet, A. de Ponte, P. de Arlo, Ste. Garmesii, Jo. Ginodi, Ja. Paqueti, G. Ballet, Jo. Berteracti, Ste. Cordier, P. de Crouz, Jo. Cuacatz, Jo. de Gerdili, Arnoleto escoferio, G. Arnaudi, P. de Maladeria, Jo. Jordani, (114) Nicodo Vincencii, Jo. Patry, Theobaldo Chicant, Jo. Boconis, Jaquemeto Rougoz, Jo. Recamey et pluribus aliis.

In quo unanimiter fuit posita venta vini per quos supra ad quinque grossos parvi ponderis.

Ulterius fuit data quedam supplicacio parte heredis n. Glaudii de Pemes super eo quod petebat sibi recompensari perdam quam fecerat in admodiacione introgii vini, et hoc per ipsum consilium generale fuit commissum consilio ordinario, cum illis de Quinquaginta, appunctuandum et fiendum ut eisdem videbitur.

Similiter fuit ordinatum et commissum quibus supra proxime de salario dando n. P. de Pemes, F. Grossi et G. de Quarro, qui debent exigere taleam cum potestate dandi, etc.

Super eo quod dicti d. sindici retulerunt transmississe Ludugnum in bancha de Medicis ij$^{m}$ scuta et quinque centum scuta regis, debita in dicta bancha per ipsam communitatem pro principali debito, et dictum dicto n. Petro de Pemes quod pro interesse se obliget erga dictam bancham, ipsum consilium generale premissa habuit ratum et gratum, sindicos de predictis exonerando et quictos reddendo, habita confessione et obligacione a dicta bancha de Medicis de recepta.

*Die Martis xvij novembris,* existentibus in consilio ordinario et de Quinquaginta, videlicet n. et h. : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti, sindicis ; — P. Gavit, H. de Bona, B. Dorerii, Jo. Clerici, G. de Quarro, N. de Nanto, P. Cortagier, P. de Nanto, Ja. Paqueti, Jo. Veluti, H. de Ponte, A. Mistralis, P. Arlo, Jo. Gacheti, Jacobo

Rubini, Ja. Nerga, (115) Jo. Polliuti, Berterat, Nicodo Armandi, Bocardi, P. de Palude, Durando Caulier, Jo. de Chambet, Robino Fabri, Jo. Bouloz, F. Perrotini, Jo. de Cresto, Arnoleto, Jo. Chambaz, Rambosson, Jo. Bernardi, Perreto Chenuti, Clasqui[n]o, P. de Croso, magistro Petro escoferio, Petro Mondet, P. Bigunaz, G. Arnaudi, Richardo chapellerio, Reynaudo Rogoz, Jo. de Prato, Bertheto de Lunes, Glaudio Bogali, Henrico Monaton, alio Monaton, H. Bocardi, A. de Orjolet, Jo. Malagniodi, Jo. Bouloz, Jo. de Platea alias Calabris, Girardo de Bit, Angellino de Velins, Ste. de Puteo, R. Lullini, Ja. Thomasseti, F. Grossi, P. Mermodi, Arnoleto Hand, Theobaldo sellerio, Valterio Chernavelli, magistro Ste. cudurerio, P. Flory, Jo. Albi, G. Ballet, Theobaldo Renier, Ja. Minquent, P. Burgensis, G. de Vaudo, Jo. de Fontana, G. Rogeti, P. Gatilliardi, A. de Tulia, P. Bigunaz, Mermeto Paqueti, Jo. de Gerdili, Jo. Galloz, Jo. Bocardi macellario, Anzo Hugonis, Jo. Frochet, R. Marchandi, Bernadeto, P. de Becio, Glaudio Mugnerii, Jo. Pensierez, P. de Cresto, Henrico Belleboche, Jo. Mallieti, N. Tornerii, Jo. Coeni, Ste. de Latire, P. Mabosson, Guillelmo Rogeti, Jo. Roberti.

(116) *(Burgensis.)* — ‖ Ibidem fuit creatus burgensis Petrus Cochon seu Cocheti, de Leluyset, pro vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

De salario dando n. P. de Pemes, F. Grossi et Guillielmo de Quarro, eo quod faciunt recuperam.

De palligetis ponendis in rippa Arve.

De portis claudendis, videlicet de tribus, et de custodibus aliarum portarum appertarum ponendis.

De domo seu carcere fienda in Sancto Gervasio.

De bocheriis.

De salario fuit ordinatum quod illis recuperatoribus detur pro eorum pena ad causam dicte recupere, eo mediante quod exigant ferventer, videlicet ijc scuta et quod consilium strictum super premissis cum eisdem provideant.

De bocheriis, quod fiant eis promissa, secundum franchesias, et pariter quod ipsi observent per eos eciam promissa.

De facto n. Glaudii de Pemes fuit ordinatum quod videantur omnes bosseti intrati seu numerus et quod inde refferatur predicto consilio de L et sumantur informaciones, etc., et quod videatur eciam lictera et illi stetur.



De portis custodiendis fuit ordinatum quod custodiantur tres et cetere claudantur, juxta mandatum factum parte domini per castellanum.

Deinde quod fiant bastide super Rodano ut [1] possit quis intrare civitatem per aquam.

Deinde fuit ulterius ordinatum fieri supra pontem Rodani, in casali existenti de villa, unam trabaturam cum copertura, et ibi fiat unum cep ad custodiendum malefactores et capiendos in burgo Sancti Gervasii propter clausuram portarum usque ad diem.

Postmodum fuit ordinatum fieri in qualibet porta ville unam parvam cameram in qua toto anno continue sit unus custos, sumptibus desinariorum et suorum, ut tota(s) civitas totis temporibus continue custodiatur.

(117) *Die Veneris xx novembris*, existentibus in consilio n. et h. viris : N. Lingoti, P. Braseti et H. Valeti ; — H. de Bona, Ja. Paqueti, P. de Nanto, F. Grossi, G. de Quarro.

Ibidem fuerunt creati burgenses ut infra, et primo :

*(Burgensis.)* — ‖ Johannes de Platea, de Rignier, clericus, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis pro vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Item Vulliermus Ravacti, catellerius, de Lausanna, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Item Glaudius Monatoni, escofferius, parrochie Sancti Gervasii, pro et mediantibus vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Item Georgius Chapuysii, conreator, de Coles, parrochie Madalenes, vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Item Johannes Prigniet, de Ambenton, tonsor, parrochie Madalenes, pro vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Item Amedeus Champelli, de Prisingio, sutor, parrochie Madalenes, pro vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Item Johannes de Furno, de Burdignino, mercator, pro et mediantibus x florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

[1] *Lisez sans doute :* ne.

*(Burgensis.)* — ‖ Item Martinus Boverii, ollerius, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Item Petrus Gardeti, tonsor, de Clarofonte, parrochie Madalenes, vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Item Andreas Regis, dictus Bornuz, de Ambillier, pro vij florenis ‖ j selliocto ‖ , unum banquerium. ‖ — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Girardo de Fogia quod solvat Perreto Chenuti duos florenos, tam pro pena porte quam pro certis reparacionibus in eadem porta Sancti Leodegarii factis. — *(Levatum est.)*

(118) Ibidem fuit admodiatum Robino Fabri, hospiti Capitis nigre, videlicet platee Fusterie et ante Dominam Nostram ad recolligendum fimum in ipsis plateis ad et per tres annos hodie incohandos et sub firma duorum florenorum cujuslibet anni, solvendorum in qualibet nundena Pasche. Ita et taliter quod ipsas plateas teneatur nitidare, et si plus reperiatur quod sibi aufferantur ejus medio juramento, bona sua obligando.

De fimis colligendis in plateis fuit ordinatum quod vigelles seu villa accipere habeant fimum in plateis communibus extra tecta, ubicumque sit, etc.

*Martis xxiiij novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti ; — P. Gavid, H. de Bona, Jo. de Fontana, G. de Quarro, R. Arnaudi, Ja. Paqueti, Ja. Nerga, B. Dorerii, Jo. Clerici, N. de Nanto, P. Cortagier, G. Ravonelli, P. de Nanto, H. Valerii, Jo. Polliuti, P. de Crosa, H. de Ponte, F. Grossi, G. de Vaudo.

De facto N. Nicolini contra quemdam Alemanum qui dicitur dixisse eidem quedam verba, fuit conclusum quod premissa tractentur et fiant nomine ipsius Nicolini, et sic (?) cum fuerit cognitum per consilium episcopale aut alias, quod illud quod fuerit cognitum expendi, quod villa eumdem in dictis expensis fiendis occasione premissorum supportet et exoneret.

De lubiis fiendis in portis fuit conclusum quod fiant et quod dentur in thacium et quod fiant in loco magis opportuno, dictamine d. sindicorum, castellani, etc.

De supplicacione data per magistrum Egidium de Templo fuit conclusum (119) quod loquatur magistro Vandelli quod velint esse ipsi duo in communione regendo scolas, et si non velit, quod provideatur de eodem Egidio, etc.



Fiat mandatum F. Grossi et G. de Quarro quod tradant n. Petro de Pemes, videlicet quinquaginta scuta auri cugni regis Francie, pro complemento solucionis fiende in bancha de Medicis.

*(Burgensis.)* — ‖ Ibidem fuit creatus burgensis Mauricius Salaz, de Verier, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Ibidem fuit creatus burgensis Humbertus Jacodi, mugnerius, (de) parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

‖ Ibidem mandatur magistris computorum intrari n. Francisco Grossi et G. de Quarro, videlicet vj$^{m}$ ij$^{cc}$ lxxvij florenos, v grossos, solutos in bancha de Medicis manibus n. Petri de Pemes et Hugonis Valerii, ut constat quictancia a dorso obligacionis descripta, quam reddiderunt [1]. ‖ — *(Levatum est.)*

*Veneris xxvij novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris (n. et h. viris) : Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti ; — Ja. Nerga, B. Dorerii, Jo. Clerici, H. de Bona, P. de Nanto, R. Arnaudi, G. Ravonelli, F. Grossi, G. de Carro.

*(Burgensis.)* — ‖ Ibidem fuit creatus burgensis Franciscus Gallesii, de Cernes, pro ix florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — ‖ Ibidem fuit creatus burgensis Girardus Vuchardi, de Jussier, centurerius, pro videlicet vij florenis, j selliocto. ‖ — *(Levatum est.)*

‖ Fiat mandatum Girardo de Fogia de xij florenis dandis in manibus Jo. Fornerii, pro reparacione puthei Sancti Leodegarii, super Amedeo Champelli et Girardo Vuchardi, burgensibus. ‖

De facto Ludovici de Brucellis fuit ordinatum quod residuum talee per eum debite solvat per terminos infra scriptos, videlicet nunc quinque florenos et in nundena Epiphanie Domini proxime ventura alios quinque florenos, et residuum de nundena in nundenam decem florenos, usque ad complementum solucionis dicte reste talee.

[1] Voir ci-dessus, p. 102, n. 1.

(120) *Lune xxx*, existentibus in consilio n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti ; — d. F. de Veriaco, P. Gavid, Jo. de Pemes, Ste. Achardi, F. Grossi, G. de Quarro, H. de Bona, G. de Vaud, Jo. Veluti, Ja. Paqueti, P. Jaqueti, G. Ravonelli, Jo. Polliuti, Jo. Clerici, B. Dorerii, Ja. Nergaz, D. Botollierii, d. Jo. Ludovici, R. Arnaudi.

Super lictera missiva parte domini comitis Gebennesii, petente sibi solvi suas pecunias, fuit conclusum quod non fiat aliqualis responsio nisi de voluntate domini nostri episcopi, cui premissa notifficentur, et quod aliquis ex dominis sindicis vadat ad dominum episcopum.

Fiat mandatum Jacobo Paqueti quod solvat ducentum florenos quos habet de gabella in manibus Girardi de Fogia, qui postea illos tradat pro factura cabornorum, et abolentur omnia alia mandata de premissis facta. — *(Fuit levatum quo ad Paqueti dumtaxat.)*

Eciam mandatur cancellari quemdam mandatum factum de iij$^{c}$ florenis erga heredem n. Glaudii de Pemes, factum per de Carro.

Super homicidis incarceratis fuit ordinatum quod portetur processus dominis doctoribus et quod consilio eorumdem stetur.

*Die Martis prima decembris*, existentibus in consilio n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti ; — n. P. de Pemes, P. Gavid, H. de Bona, Ste. Achardi, de Crosa, Jo. de Fontana, G. de Vaudo, P. de Nanto, H. de Ponte, Ja. Paqueti, P. Cortagier, P. Jaqueti, G. de Quarro, Jo. Polliuti, Jo. Clerici, Ja. Nerga, H. Valerii, G. Rogeti, F. Grossi, B. Dorerii.

(121) || Et quia Hugonetus de Ponte, de nostro mandato, libravit pro expensis factis per n. Petrum de Pemes et Hugonem Valerii eundo Ludugnum pro portando pecunias in bancha de Medicis, mandatur F. Grossi et G. de Quarro quod intrent videlicet xxij florenos et viij grossos libratos ut supra. || — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Peronetus Royer, poterius, de Bisansono, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, j colovrina. || — *(Levatum est.)*

Ibidem fiat mandatum receptori, videlicet Girardo de Fogia, videlicet xlij florenos, v grossos, contentos in rotulo exhibito et qui mandentur eidem intrari. — *(Fuit levatum.)*



Ibidem abbati et sociis sutorum datur licencia construendi domum sive hospitale in Plano Palacii, juxta limitacionem factam per d. sindicos. — *(Levatum est ad plenum.)*

|| Ibidem n. Petrus de Pemes et H. Valerii reddiderunt instrumentum sive obligacionem in qua illi de hac villa erant obligati erga bancham de Medicis, in manibus Girardi de Fogia, quam reposuit in armario. || — *(Levatum est.)*

*Mercuri ij decembris*, existentibus in consilio n. et h. viris : iiij$^{or}$ sindicis ; — P. Gavid, Jo. Polliuti, N. de Nanto, Ja. Paqueti, F. Grossi.

Ibidem supervenit quidam n. de Bordonenchia et quidam frater occisi in Sancto Jorio, petentibus fieri justiciam de Lioneto de Costergio et Johanne Rosseti qui predictum occiderunt, existentibus in Insula, protestantibus si aliter fiant, etc.[1] Quibus d. sindici parati erant et sunt facere totalem justiciam secundum tenorem franchesiarum civitatis Gebennarum, et adhuc se offerunt eisdem tradere processus et alia expleta ipsorum detentorum consulenda per aliquem doctorem et secundum consulta facere ut justicia habeat locum, et ita fuerunt eciam protestati, etc.

(122) *Martis viij decembris*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti ; — P. Gavid, H. de Bona, Ste. Achardi, Jo. de Fontana, F. Grossi, P. de Nanto, G. de Vaudo, G. de Quarro, H. de Ponte, Ja. Paqueti, P. Cortagier, Ja. Nerga, Jo. Polliuti, G. de Crosa, G. Rogeti.

Ibidem Jacobus Cuydeti, tanquam locumtenens vicedompni, vigore licterarum a domino episcopo emanatarum, juravit franchesias et fuit admissus, etc.

Fiat mandatum F. Grossi et Guillelmo de Quarro quod tradant in manibus G. de Fogia, receptoris, videlicet v$^{c}$ et quinquaginta florenos Alamanie pro portando apud Strabor pro censa eis debita.

Et ulterius fiat mandatum eidem Girardo de Fogia quod dictos v$^{c}$ et l florenos Alamanie tradat et mictat apud Strabor, etc.

De illis qui ceperunt certos presbiteros die noturna fuit ordinatum

[1] Voir ci-dessus, p. 100, n. 1.

quod sumantur informaciones, et quod instetur erga dominum et magistrum hospicii quod provideatur et quod fiat justicia et quod observentur franchesie.

De filio Roleti Curti fuit ordinatum quod capiatur et quod deponatur ab officio sergenterie tanquam fractor franchesiarum.

De illis quibus fuerunt capte certe balle in Allio fuit ordinatum quod eisdem demonstrentur omnia jura faciencia ad eorum opus et quod copia eis ministretur et eis fiat totus favor ut fieri poterit.

De Bartholomeo Manaz fuit ordinatum quod sibi observentur sue lictere ei concesse.

Fiat mandatum Girardo de Fogia quod tradat super uno burgensi, Durando Babodi, alias Matez, videlicet sex florenos. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — || Fuit ibidem creatus burgensis Glaudius Macri, alias Verdet, pro vij florenis, j selliocto. || — *(Levatum est.)*

(123) *Die Veneris xj decembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, P. Braseti, N. Lingoti; — N. de Nanto, P. de Nanto, Jo. Veluti.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Mermetus Quarterii, filius Petri Quarterii, de Copponex, pro ix florenis, j selliocto. — *(Levatum est*[1]*. Nota si habet vel ne.)*

*Die Dominico xiij decembris,* existentibus in consilio n. et h. viris : N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti, sindicis; — A. de Greyres, A. Versonay, Jo. de Pesmes, G. de Bosco, Jo. de Fogia, Ste. Achardi, Jo. Polliuti, F. Grossi, A. Achardi, A. de Orseriis, Ja. Nerga, P. Jaqueti, N. de Nanto, Girardo de Vaudo, Ja. Paqueti, Jo. de Lunes, G. de Quarro, P. Cortagier, Jo. Veluti, P. de Pemes, Ludovico Ginodi, P. Gavid et G. Rogeti.

Super lictera missa parte illustrissimi domini nostri ducis hodie recepta, in qua petit sibi restitui sua jocalia[2], fuit ordinatum quod scribatur eidem graciose neccessitates ville narando, que monstretur illus-

[1] Les mots « Non levetur », écrits en premier lieu, ont été biffés.
[2] Voir déjà ci-dessus, p. 14, n. 1.



tri domino nostro episcopo si ita sibi placet, et quod requiratur eidem d. episcopo quod pariter rescribat in favorem ville, etc.

*Martis xiiij* [*xv*] *decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti, sindicis; — P. Gavid, H. de Bona, Ste. Achardi, G. Rogeti, Jo. de Fontana, G. de Vaudo, F. Grossi, P. de Nanto, H. de Ponte, Ja. Paqueti, (124) P. Cortagier, N. de Nanto, Jo. Polliuti, B. Dorerii, Ja. Nerga, G. de Quarro, G. de Quarro.

Fuit conclusum quod lictera mictatur (lictera) illustrissimo domino nostro duci.

De v$^{c}$ et l florenis renensibus mictendis in Alamaniam pro censu, fuit conclusum quod tradantur Stacchino, qui illos portet Bernam, et fiat mandatum F. Grossi et Carro. — *(Levatum est.)*

De Robelleto fuit conclusum quod fiat sibi mandatum de uno scuto dirigendo Girardo de Fogia. — *(Levatum est.)*

De domibus fiendis de novo pro impedimia fuit conclusum quod stetur jam factis.

De vigilibus fuit ordinatum quod reducantur octo vigilles ad xij prout prius, et si illi de Sancto Gervasio velint habere, sit eorum sumptibus.

Fuit ordinatum quod diffreetur quidam qui apportavit licteram parte illustrissimi domini nostri ducis de suis expensis factis in hospicio ad signum Leonis rubei.

De mandato fiendo Bisansono Dorerii fuit ordinatum quod videatur registrum secretarii pro tunc existentis, et si fiat mencio de dictis decem octo scutis, quod fiat sibi mandatum, et si non fiat mencio, quod si constet quod illos tradiderit, quod eciam fiat sibi mandatum.

Fiat guytum quilibet ad suum turnum.

Fiat mandatum receptori pro vestibus fiendis vigillibus more solito. — *(Levatum est.)*

*Die Veneris xvij* [*xviij*] *decembris,* existentibus in consilio n. et h. viris : N. Lingoti, P. Braseti, Valeti; — Ja. Paqueti, P. de Nanto, G. de Vaudo, Jo. de Fontana, H. de Ponte, B. Dorerii.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Petrus Magistri Petri,

alias Arlo, cudurerius, junior, parrochie Madalenes, pro iiij scutis, j selliocto. || — *(Levatum est.)*

(125) *(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Petrus Escofferii, alias Bullifrez, barbitonsor, parrochie Marie Nove, vij florenis, j selliocto. || — *(Levatum est.)*

Ibidem Dominico Savignier fuit data licencia de fiendo burgènsem usque ad Martis post festum Nativitatis.

Ibidem fuit presentata lictera Trium Statuum, mandata per consilium Chamberiaci residentem [1].

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Anthonius Vuarembert, mercator, parrochie Madalenes, de Querio, iiij$^{or}$ scutis. || — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — || Creatus burgensis Thomas Fogasse, absens, et supradictus Anthonius, procuratorio nomine ipsius, promictit et de ratifficari facere per totas nundenas, pro iiij$^{or}$ scutis [2]. || — *(Levatum est.)*

*Martis xxj [xxij] decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti, sindicis; — P. Gavid, H. de Bona, Ste. Achardi, G. de Crosa, G. de Quarro, G. Rogeti, F. Grossi, Ja. Nerga, P. Jaqueti, N. de Nanto, R. Arnaudi, P. Cortagier, Jo. de Fontana, B. Dorerii, H. de Ponte, G. de Vaudo, Ja. Paqueti, P. de Nanto, consiliariis.

Petro Chuiren, tonsori, fuit inhibitum ne gaudeat franchesiis civitatis.

Fuit commissa visio operariorum de cabornis factis G. de Fogia et Ja. Paqueti, vocatis sindicis, et postea juxta eorum relacionem fiat mandatum.

De facto ipsius capentatoris dicentis quod perdidit in cabornis ad tres florenos et ix grossos, fuit conclusum quod juret, et inde operarii videant et ad eorum ordinacionem stetur.

[1] Sur une réunion des Etats de Savoie à Chambéry, le 6 janvier 1479, « pro electione gubernii ducatus Sabaudie », à laquelle furent convoqués l'évêque et la ville de Genève, voir *Historiæ patriæ Monumenta, Comitia,* pars I, col. 438, n. 2.

[2] Ici le secrétaire avait ajouté ces mots : « et ipsi ambo unum banquerium ». Il les a tracés et a écrit en marge : « Nichil ».



(126) De facto sive supplicacione Theobaldi de Sancto Jorio fuit ordinatum quod non debeat gaudere de franchesiis et libertatibus, sed quod fiat burgensis.

De inhibicione facta per d. Johannem Regis d. sindicis fuit ordinatum quod loquatur de premissis d. episcopo, et que remonstrentur, et quod omnino res sic non remaneat, sed observentur franchesie quomodocumque sit.

Ibidem fiat mandatum Bisansono Dorerii de xviij scutis datis d. priori Lemencii, eo mediante quod reddat omnes policias et quictancias quas habet. — *(Fuit levatum.)*

De exactoribus et recuperatoribus ad recuperandum taleam fuit ordinatum quod si F. Grossi et G. de Quarro non velint acceptare, quod provideatur de aliis.

ANNO LXXIX

*Martis xxix decembris,* anno lxxix, existentibus in consilio ordinario n. et h.viris : d. Jo. de Saxo, P. Braseti, N. Lingoti, H. Valeti, sindicis; — H. de Bona, Ste. Achardi, G. Rogeti, Jo. de Fontana, P. de Nanto, Ja. Paqueti, Ja. Nerga, P. Cortagier, G. de Vaudo, H. de Ponte, G. de Quarro, F. Grossi.

De gabella vini magistri scolarum fuit ordinatum quod solvat juxta ordinatum et quod nichil sibi detur.

De scamnis factis et clausuris in carreriis fuit ordinatum quod visitentur et quod deruantur res de facto facte et super communi.

De custodibus ponendis in cabornis portarum fuit ordinatum quod reperiantur aliqui qui ibi maneant toto anno absque coustu.

De platea super ponte Rodanni fuit ordinatum quod edifficetur.

Fiat mandatum Jacobo capentatori, qui fecit cabornas, de xxxiij florenis pro omnibus, ita quod illas reddat finitas. — *(Levatum est.)*

(127) *Martis v januarii,* existentibus in consilio n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti, sindicis; — H. de Bona, G. de Vaudo, Jo. de Fontana, F. Grossi, H. de Ponte, G. de Quarro, P. de Nanto, Ja. Paqueti, N. de Nanto, Jo. Polliuti, Jo. Clerici, B. Dorerii, Ja. Nerga, G. Rogeti, H. Valerii.

Fiat mandatum Benedicto Mallieti de xj florenis, vj grossis, vij denariis cum obolo, ut in rotulo, recepto prius ab eodem juramento. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Jacobo Quibleti, carpentatori, de v florenis, ix denariis, recepto juramento, ut in rotulo. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum relicte Glaudii de Pemes de hiis que reperietur fuisse solutum de admodiacione vini.

De cathenis fuit commissum Ja. Paqueti quod visitet per villam si sint cathene et claves serarum.

De facto Glaudii de Pemes videantur recepte et librate, et postea refferatur consilio de Quinquaginta.

Fiat crida quod non vendantur carnes in villa per extraneos ultra formam franchesiarum.

Fiat mandatum receptori de v florenis pro ij$^{m}$ tegularum pro cabornis Johanni de Platea. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum vigillibus de xij florenis pro auquetonis super uno burgensi per eos reperiendo. — *(Levatum est.)*

*Martis xiij [xij] januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, H. Valeti, sindicis; — H. de Bona, Ste. Achardi, Jo. de Fontana, Ja. Nerga, B. Dorieres, Jo. Clerici, P. Jaqueti, Ja. Paqueti, P. Cortagier, (128) H. de Ponte, G. de Vaudo, F. Grossi, G. de Quarro, P. de Nanto, G. Rogeti, Jo. Polliuti, n. P. de Pemes.

Fuit conclusum quod fiat recupera et quod illi qui non fuerunt taxati taxentur.

Deinde de facto carpentatorum et latomorum qui visitaverunt domus deruptas, quod illi cui sunt dicte domus solvant et eis satisfaciant et non villa.

Deinde quod vadia existencia penes alam ville, quod vendantur.

De facto Johannis de Tulia fuit ordinatum quod reddat bonum computum et quod provideatur de alio qui exigat gabellam.

Ibidem n. Ligonus Lingoti obtulit se paratum accipere pecunias gabelle et reddere tantum in bonis florenis Alamanie et dare unum florenum pro centenario.

De domibus ecclesiasticorum fuit ordinatum quod loquatur domino.



Precipitur Jo.Clerici quod tradat jocalia que habet in pignore F. Grossi.

Deinde quod detur P. Cortagier unum florenum pro lictera domini Camere de platea ville et fiat mandatum de Fogia.

*Die Veneris xv januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti; — H. de Bona, F. Grossi, B. Bernardi, R. Arnaudi, A. Achardi, Ja. Paqueti, G. de Quaro, P. de Nanto, P. Cortagier.

Fiat mandatum exactoribus leve de duobus bonetis datis domino sigilliffero et ejus fratri pro cera et pena sigillandi domus solvere nolencium taleam, qui fuerunt per d. sindicum Hugonetum Valeti.

De computis Johannis Clerici, Petri Jaqueti et Jo. Ginodi fuit conclusum quod cogantur ad redendum computum cum reliquorum restitucione, et si non recuperaverint nec fecerint diligenciam, quod sit super ipsis.

Et de libratis per Johannem Clerici, quod constet, alioquin habeatur recursus ad sindicos novissime lapsos, et quod notifficetur ipsis sindicis quod veniant hodie, alias habeatur ut supra recursus ad eosdem.

(129) De magistro scolarum, quod provideatur de alio magistro ydoneo, si possit reperiri, et quod nichil sibi detur, etc.

De Lioneto de Costergio fuit ordinatum quod vadatur ad jornatam et instetur rigide contra eos ut fiat justicia.

Ulterius fuit conclusum tradi fratri Petro Mermodi gabellam carnium, qui debeat fidejubere et reddere computum qualibet edomada et scribere recepta in suo libro et pariter in libro cujuslibet bocherii.

*Die Dominico xvij januarii,* existentibus in consilio extraordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti; — H. de Bona, Ja. Nerga, G. de Quarro, P. Jaqueti, Ja. Paqueti, R. Arnaudi, Ste. Achardi, F. Grossi, N. de Nanto.

Ibidem fuit vocatum totum consilium et in eo conclusum quod provideatur quod si casus eveniret necessitatis, quod desinerii advertant de provisione gladiorum et quod quilibet sciat ubi ire in armis aut in portis aut in personam domini.

Desinerii : R. Arnaudi, Ja. Paqueti, R. Lullini, P. de Cresto, P. de

Pallude, P. Mugnerii, Val. Chernavelli, P. Mermodi, Jo. Flory, R. Rogueti, de Boulos, G. Locheti.

Ibidem per dictos d. sindicos supradictis desineriis fuit dictum et preceptum parte domini ut supra.

(130) *Martis xix januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti; — n. P. de Pemes, H. de Bona, Ste. Achardi, Jo. Nerga, B. Bernardi, Jo. Clerici, P. Jaqueti, N. de Nanto, P. Cortagier, Ja. Paqueti, G. de Carro, Jo. Veluti, P. de Nanto, Jo. de Fontana, F. Grossi, H. de Ponte, G. de Vaudo, A. Achardi.

Fuit conclusum quod d. doctori, ambassiatori de Berna et Friburgo, portetur quolibet pastu due cymesie et nunc dumtaxat duas malvatici et ypocratis.

Deinde fuit conclusum de bocheriis quod si aliquid promiserint, quod observent, et notifficentur quod nolunt plus servire precio etc., et ita retulerunt bocherii.

Fiat mandatum receptori de xxiij florenis, viij grossis, pro facibus sepulture illustris d. Michaelis Lingoti. — *(Levatum est.)*

De domo empto per confratriam sancti Crispini fuit ordinatum quod solvant gabellam.

De incarceratis, fiat justicia et instetur modo ut supra.

Ibidem fuit ordinatum quod deputentur exactores tallee cum n. P. de Pemes, deputato per illustrem dominum, F. Grossi et G. de Carro, quiquidem F. Grossi et de Carro promiserunt et juraverunt bene et sancte exigere, cum reliquorum restitucione etc., hinc ad festum beati Michaelis proxime venturum.

Et hiis fuit ordinatum fieri mandatum Girardo de Fogia quod solvat n. P. de Pemes de recupera per eum facta a festo Sancti Michaelis novissime lapso usque ad proxime venturum festum Sancti Michaelis, videlicet de centum scutis, etc. — *(Levatum est.)*

Ulterius ut supra fiat mandatum F. Grossi de lx scutis ut supra.

Idem fiat mandatum Guillelmo de Carro de lx florenis.

Et solvendis cuilibet videlicet medietatem in festo Pasche et aliam medietatem in fine anni (?), etc.

(131) Fuit ordinatum quod Jo. Clerici reddat et restituat id quod ex resta recupere penes se habet, etc.



*Die xxij januarii,* existentibus in consilio : n. d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, sindicis; — Ja. Paqueti, B. Bernardi, N. de Nanto.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Petrus Ribet, de Leluyset, agricultor, pro omnibus pro ix florenis, omnibus. || — *(Levatum est.)*

*Martis xxvj januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti; — n. P. de Pemes, Ja. Nerga, B. Bernardi, Jo. Clerici, P. Jaqueti, N. de Nanto, R. Arnaudi, P. Cortagier, Ja. Paqueti, Jo. Veluti, P. de Nanto, H. de Bona, G. de Crosa, Jo. Fontana, G. de Vaudo, F. Grossi, G. de Carro, H. de Ponte, consiliariis.

Ibidem mandatur Johanni Clerici quod tradat Girardo de Fogia, videlicet tres fermalictos et unam taxam argenti habitos in pignore pro talea, etc. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Monetus Chuyc, de Veygier, pro vij florenis, j selliocto. || — *(Levatum est.)*

De facto dicti Verdet, quod nichil sibi detur donec lapso festo beati Michaelis et quo interim servire habeat et hoc facto sibi satisfiat de ejus pena.

De facti Rosseti [et] de Costergio et incarceratorum fuit conclusum quod omnimode instetur quod justicia fiat de omnibus cum protestacionibus opportunis.

Fiat mandatum F. Grossi quod tradat in bancha de Medicis, videlicet quinquaginta scuta regis sibi debita pro resta magne summe. — *(Levatum est.)*

(132) De facto et computo Petri Jaqueti fuit conclusum quod exigat omnia arreragia, exceptis de Alemanis, alioquin quod faciet bonum et postmodum sibi satisfiet de ejus pena et quod pecunias quas habet reddat.

*Die xxix januarii,* existentibus in consilio : iiij$^{or}$ sindicis; — n. P. de Pemes, H. de Bona, G. de Crosa, Ja. Nerga, B. Bernardi, N. de Nanto, P. Cortagier, R. Arnaudi, Jo. Veluti, P. Cortagier, F. Grossi, G. de Carro.

Fiat mandatum Girardo de Fogia de ordinario de xxv florenis, ij grossis.

Claves arche ubi reponuntur pecunie talee fuerunt remisse una n. P. de Pemes, alia F. Grossi, alia alteri ex sindicis et reliqua in archa thesauri ville existenti in Sancto Petro.

Fiat mandatum F. Grossi et G. de Carro quod tradant G. Rogeti, de pecuniis talee et gabelle, videlicet xij$^{c}$ florenos.

Fuit conclusum quod super differencia existenti inter Jo. Clerici et Petrum de Cresto ad causam exactionis certe quantitatis talee, quod evocentur ambo et quod defferatur juramentum Petro de Cresto.

Ibidem Johannes de Torna, effectus noviter serviens generalis, in manibus d. sindicorum juravit franchesias.

*Martis iij [ij] februarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti, sindicis; — H. de Bona, F. Grossi, Ja. Nerga, N. de Nanto, G. de Quarro, Ja. Paqueti, (133) P. Cortagier, G. de Vaudo, H. de Ponte, G. Ravonel, G. de Crosa.

De taxa Totarum Animarum fuit ordinatum quod non solvant taxam quia cadit super villa.

De facto Stephani Achardi, qui petit desigillari suum operatorium, fuit ordinatum quod remictitur ad dominos recuperatores qui habent totalem potestatem.

De facto Gabeti, detenti pro gabella vini, fuit ordinatum quod stetur composicioni per eum facte ad v florenos, et quod instetur quod castellanus eum abire permictat, etc.

De illo qui nixus fuit ingredi vigilles fuit ordinatum quod loquatur d. castellano et quod postea, habita responsione ejusdem d. castellani, si sit neccesse quod capiatur.

Fiat mandatum d. F. Vincencii de tempore quo ejus frater serviit in secretaria ville; pariter de Carro; pariter michi[1].

*iiij februarii,* existentibus in consilio de Quinquaginta : d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti; — castellano, Jo. de Lestelley, P. de Pemes, A. de Greyres, F. Grossi, G. de Carro, P. Gatilliardi, Jo. Pollerii, Jo. Albi, P. Gacheti, P. de Becio, P. Mugnerii, P. de Cresto,

[1] Sur les trois secrétaires de l'année 1478, voir ci-dessus, p. 70, 76 et 90.



Bullifroz, G. Locheti, P. Chenuti, Jo. de Crosa, Jo. de Platea, Jo. Girardi alias Munerii (?), Jo. Lumbardi, P. de Genesta, G. Balleti, Jo. Bouloz, Jo. Bocardi, P. Levrerii, Jo. Paqueti, Robino Fabri, N. de Nanto, Nicolao Escofferii, d. Tissoti curato de Monthou, H. de Bona, Angellino de Velins, Ginodi, (134) Guillelmo Vigicort, Petro Savoye, Jo. Fontana.

Ibidem qui supra juraverunt bene, juste et sancte eligere sindicos die crastina, ut est assuetum fieri.

*Veneris v februarii,* existentibus in consilio : iiij$^{or}$ sindicis; — n. Jo. de Lestelley, H. de Bona, Jo. de Fontana, G. de Carro, Jo. Veluti, Janino de Mara, Girardo Gervasii, Oliverio Chapuisii, P. Gatilliardi, Lu. de Brucellis, Jo. de Fontana Gervasio, Monetus Prodon, Jo. Pollierii, Jo. Ternerii, de Fogia, P. de Cresto, Jo. Bossonet, Jo. Albi, Arnolet, Nicolaus Yverbant, Jo. Tintoriis, Jo. Malagniodi, Jo. de Crosa, Ste. de Putheo, G. Locheti, Jo. Lombardi, A. Fabri, P. de Palude, P. de Genesta, Jo. Regis, V. Chernavelli, Lu. Ginodi, Allano Plot, Jo. Gachet, Ste. de Latire, H. Valerii, P. Gachet, Perrotino, magistro Henrico, Jo. Rochon, A. Mercerii, H. Espagne, Jo. de Pemes, Jo. Bouloz, G. Bocardi, G. Porterii, N. Danelli, P. Magnini, H. Fontanes, S. de Rippa, Gerdilii, B. Chivanderii, Jo. Lupi, Henrico Fabri, A. de Velins, P. Flori, Jo. Christini, de Tulia, Jo. Roberti, P. Jaqueti, P. Nanto, P. Cortagier, F. Grossi, G. Vaudo, N. Nanto, B. Bernardi, Lionardi, Ja. Nerga, Paqueti, H. Ponte.

Ibidem fuit facta electio sindicorum per brivetos.

(135) *Die vij februarii,* existentibus in consilio generali, in claustro Sancti Petri Gebenn., n. et h. viris : iiij$^{or}$ sindicis; — Jo. Albi, Jo. Bueti, G. Cavucini, F. Grossi, R. Arnaudi, Jo. de Crosa, H. Fontaneis, Jo. Roberti, P. Magnini, Jo. Veluti, Jo. Paqueti, P. Cortagier, Jo. Margollieti, G. Porterii, G. Rogeti, P. Levrerii, R. Dorsieres, Jo. Gachet, Jo. de Mara, Jo. Calabris, Martino Danelli, Serasson, G. Ballet, P. Gatillardi, P. Prepositi, Jo. Buliffroz, Ste. Columbi, Perreto Chenuti, Arnoleto, A. Rages, P. Exertonis, P. Biolesii, Jo. Ternerii, H. Valerii, Valterio Chernavelli, Masseto pellipario, Monatono, Ste. de Furno, Jo. Chambaz, Jo. Bocardi, Jo. Proz, G. de Cruse, d. F. Vincenti,

G. Viennesii, H. de Bona, Jo. de Lunes, Ste. Pecolat, G. Mabosson, A. de Tulia et pluribus aliis.

In quo fuit confirmata lictera facta per sindicos et eorum consiliarios abbati et sociis escofferiorum.

In quo pariter fuerunt electi sindici n. A. de Greyres, P. de Pemes, G. Rogeti et A. de Sancto Michaele.

*x februarii,* existentibus in consilio generali, in claustro Sancti Petri sono campane, n. et h. viris : d. Jo. de Saxo, P. Braseti et H. Valeti, sindicis ; — Johanne Blancheti, A. Fabri, H. de Bona, n. P. de Pemes, F. Vincenti, B. Vincencii, Jo. de Fogia, P. Cortagier, P. de Nanto, G. Ballet, Ja. Paqueti, R. Arnaudi, Jo. Bocardi, Jo. Bouloz, R. Lullini, Jo. Gachet, Ja. Rugoz, Monatono, Ste. Columbi, Janino de Bornando, Jo. Buliffroz, G. de Carro, G. de Fogia, G. Boverii, P. Levrerii, Martino Danelli, M. de Cresto, H. Fontaneis, Ja. Rore, G. de Crosa, Vouterio Chernavelli, N. de Nanto, P. Gatilliardi, B. Vincenti, Jo. Polliuti, H. Fabri, Bar. Chivanderii, Jo. Montagnierii, H. Beatrisii, P. Blonay, Jo. Malagniodi et pluribus aliis.

Ibidem per quos supra fuerunt electi unanimiter sindici, videlicet n. Jo. de Pemes, G. Rogeti, A. Achardi et Petrum de Nanto seniorem.

Qui postea in Domo ville juraverunt in manibus d. sindicorum, videlicet dicti Jo. de Pemes, G. Rogeti et P. de Nanto [1].

---

(137) || Petrus Gardeti, tonsor, de Clarafonte, parrochie Madalenes, vij florenis, j selliocto. ||

|| Andreas Regis, de Ambillier, pro vij florenis, — || j selliocto, j colovrina, || — unum banquerium. ||

[1] Le folio 136 est resté blanc. Sur le feuillet suivant, le secrétaire a écrit pour son usage particulier les notes qui suivent.



|| xij$^{c}$ xix inclusis. ||

Fiat mandatum de xij$^{c}$ florenis receptoribus.

Petrus Reybet, de Leluiset, parrochie Viriaci, ix florenis.

Expedivi de die xxix septembris citra, in tribus vicibus, Guillielmo de Quarro triginta mandata de solucione tallee, xxx.

Item, xxiij.

Item magis, x.

Item, v.

Item, vij.

Item, duabus vicibus, viij.

Item magis, ix.

Item, xij.

Expedivi unum burgensem Fogia.

Item, xiiij.

Item, xvj.

Item, vj.

|| Martinus Boverii, ollerius, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j selliocto. ||

|| Johannes de Furno, de Burdignin, mercator, pro v scutis, j selliocto. ||

vij marchi, iiij onciæ, xj denarii.

|| Amedeus Champelli, de Prisingio, sutor, parrochie Madalenes, vij florenis, j selliocto. ||

|| Johannes Prigniet, de Ambenton, tonsor, parrochie Madalenes, vij florenis, j selliocto. ||

|| Georgius Chapuysii, greator, de Coles, parrochie Madalenes, vij florenis, j selliocto. ||

|| Glaudius Monatoni, escoferius, parrochie Gervasii, vij florenis, j selliocto. ||

*xiij octobris*.

Fiat mandatum Jo. Clerici de ij marchis cum dimidio argenti in una tassa, in una pace et unum parvum catinum de cupro ad insensandum in eclesia, que fuerunt reddita dominis de capella in deductionem novem marchorum, xxiij denariorum argenti concessorum communitati, que pax et catinus ponderant unum marchum, iiij$^{or}$ uncias, xij denarios, et taxa argentea ponderat residuum usque ad duos marchos cum dimidio, quam reddit F. Grossi, et confitetur habuisse.

---

VOL. IX.

(1) Liber appunctuamentorum factorum in consilio communis insignis civitatis Gebennarum, ceptus de anno M$^{o}$ iiij$^{c}$ octuagesimo, quo creati et constituti fuerunt sindici ipsius civitatis egregii Henricus Emerici alias d'Espagny, Johannes Poliuti, Franciscus Grossi et Guillelmus de Crosa, et Hugoninus Consilii, secretarius.

Et primo *die Martis viij februarii*, fuerunt electi consiliarii nobiles et egregii Anthonius de Sancto Michaele, Petrus Magnini, Andreas Regis, Guillelmus de Quarro, Bartholomeus de Monte alias Bernardi, Petrus Levrerii, Hugonetus Valeti, spectabilis d. Johannes de Saxo, utriusque juris doctor, qui juraverunt etc., P. Braseti, et ulterius quatuor sindici anni novissime lapsi, videlicet Girardus Rogeti, Anthonius Achardi et Petrus de Nanto, ac n. Petrus de Versonay et Nicolinus Lingoti necnon Boniffacius de Sancto Michaele, etc.

*Die Veneris xj februarii*, existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi et G. de Crosa, sindicis ; — N. Lingoti, P. de Nanto, H. Valeti, A. Regis, G. de Quarro, P. Magnini et B. Bernardi, P. Braseti, P. Versonay, consiliariis.

Super eo quod fratres Beate Marie de Heremitis pecierunt eis levari et in scriptis dari licenciam pridem per antecessores nostros eis datam construendi ecclesiam in heremitagio prope pontem, fuit ordinatum quod eis dicatur quod semper volunt stare illi primo consensu eis dato et quod pro nunc non indigerent illius levacione.

*Die Martis xv februarii*, existentibus in consilio n. et h. viris, sindicis : H. Emerici, J. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa ; — A. de Sancto Michaele, A. Regis, G. de Carro, B. Bernardi, P. de Nanto, P. Magnini, P. Braseti, B. de Sancto Michaele, d. Jo. de Saxo, P. Levrerii.

(2) In quo fuit ordinatum scribi una lictera missiva domino nostro episcopo in favorem Jacobi Chenevalis ad causam custodie l'Ile.

Ibidem fuit ordinatum quod Ludovicus Ginodi vadat per villam ad burgenses quod faciant aliqua bona fieri Johanni Chambonis.

De jocalibus fuit ordinatum quod reponantur in secreto Sancti Petri Gebenn. et quod recipiantur lictere testimoniales [1].

Fuit ordinatum quod Girardus de Fogia et Petrus Levrerii vadant et portent dicta jocalia dominis comiti et comitisse Gebennesii.

Ordinatur statuta facta noviter observari debere.

*(Burgensis.)* — Ibidem creatus fuit burgensis Glaudius Cohendet, sutor, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*Die Mercuri xvj februarii,* || presentibus dominis curato Madelenes, F. de Saconay et sigilliffero; — H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi et G. de Crosa, sindici, associati d. Jo. de Saxo, G. Rogeti, P. Braseti et G. de Carro, in Sancto Petro, in presoneria prope secretum ipsius ecclesie, dicti d. sindici et consiliarii reposuerunt et tradiderunt dictis d. canonicis jocalia illustrissimi domini nostri ducis in duobus cofris tute custodienda, de qua tradicione et reposicione prefati d. sindici pecierunt licteras testimoniales. Presentibus R. Coste, Jacobo Savoex et Roberto de Cresto, vigillibus. || — *(Lictere testimoniales. — Remissa in secreto capituli, ideo cancellatur.)*

[1] Il s'agit des bijoux prêtés aux Genevois par la duchesse Yolande de Savoie et la comtesse de Genevois, en mars 1477, et remis en gage aux Suisses; voir ci-dessus, p. 14, n. 1. Dans cette note, nous avions admis avec MM. de Stürler et G. Tobler, que ces bijoux avaient été transportés d'Uri à Berne en janvier 1480. Mais en comparant la relation de Schilling, *Berner-Chronik,* t. II, p. 135 et 170, avec la lettre de Berne à Genève, du 13 février 1478 (ci-dessus, p. 75), on est amené à croire que ce transport eut lieu dès l'année 1478. Il résulte d'une lettre de Berne à Fribourg, du 14 janvier 1480 (Arch. de Berne, *Missives allemandes,* D., fol. 327 v°), que les Genevois remboursèrent à ce moment la dette contractée en leur faveur à Strasbourg par Berne et Fribourg (ci-dessus, p. 52, n. 1). L'argent fut porté à Strasbourg par le conseiller bernois Henri Matter. C'est probablement au retour de ce dernier à Berne et alors que les bijoux allaient être restitués aux Genevois, que l'inventaire de ces bijoux fut inséré, le 28 janvier 1480, dans le registre du conseil de Berne (Arch. de Berne, *Manuaux du Conseil,* vol. 28, 15 et 28 janvier 1480. — Renseignements communiqués par M. H. Türler, archiviste d'Etat à Berne).



*Die Jovis xvij februarii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. de Grossi, G. de Crosa, sindicis; — Ja. de Verulfis, P. de Pallude, dicto de Bonatier, V. Chernavelli, P. de Cresto, || Ludovico dou Poutex, || Jo. Calabris, N. Tornerii, Jo. Gachet, P. Mermodi, A. Hugonis, disineriis, G. de Boulo, Pernodo.

Ibidem eo quia non sunt nisi viij vigilles, quod fiant xij. Ita fuit ordinatum.

Ulterius fuit ordinatum quod ipsi vigilles faciant vigil a die viij de nocte usque ad mediam noctem, et postea de media nocte usque ad diem alii duodecim vigilles, qui capiantur super tota una disena ut evictetur tantus labor, et de die in quatuor portis ponantur duo homines.

*(Nota!)* — *Die Jovis decima septima mensis februarii,* anno supra scripto, jocalia suprascripta ducalia, de mandato speciali illustris domini nostri ac ex deliberacione consilii ordinarii civitatis, remissa fuerunt pro tuta custodia et preservacione, et donec secure remicti possint illustrissimo domino duci Sabaudie etc., in secreto capituli ecclesie Gebenn. per modernos sindicos, assistentibus eisdem domino Johanne de Saxo, Girardo Rogeti, P. Braseti, G. de Quarro, et remissa fuerunt dominis Francisco de Charanzonay et Dominico de Croseto, sigilliffero, et Johanni de Sancto Amore, canonicis. — Consilii.

(3) *Die Veneris xviij februarii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Quarro, sindicis; — N. Lingoti, P. Braseti, P. Magnini, A. Regis, d. Jo. de Saxo, G. de Quarro, B. Bernardi, consiliariis.

Fiat mandatum Girardo de Fogia de sex florenis contentis in rotulo pro viagio quo ivit apud Annessiacum, portando jocalia. — *(Levatum est.)*

Ibidem Girardus de Fogia fecit relacionem qualiter reddidit jocalia d. comiti Gebenesii, qui reddidit licteram obligatoriam.

Deinde quod scribatur in favorem Jacobi Chenevalis domino Camere, ad causam Insule.

Ulterius fuit ordinatum quod admodientur arcosse plus offerenti.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Amedeus Magnaz, de Vallieres, filiaster Chenevalis, sutoris, ita et taliter quod servire habeat

in vigilli seu gueyto in ponte Aeris, pro dicta borgesia, et nichil aliud solvere habet nisi ut supra, vij florenis pro omnibus. — *(Levatum est.)*

Retulit eciam G. de Fogia quod remansit penes d. comitem Gebennesii una lictera de vj onciis auri et quod volunt xxv scuta pro expensis.

*Martis xxij februarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, G. Rogeti, H. Valeti, G. de Quarro, A. Regis, P. Levrerii, P. de Nanto, P. Magnini, Bar. Bernardi, P. Versonay, consiliariis.

Ibidem fuit relatum qualiter jocalia illustrissimi domini nostri ducis fuerunt reposita in secreto dominorum de capitulo in Sancto Petro, presentibus superius nominatis.

*(Vigil.)* — Ibidem fuit creatus vigil Johannes de Petra alias Balaz, carpentator, qui juravit etc.

De recupera fuit ordinatum quod qui alias debeant recuperare rigide.

De quodam muro existente retro domum Johannis Marchandi fuit ordinatum quod visitetur et quod reparetur meliori modo et tuciori ut poterit.

(4) De certis nobilibus hic existentibus se tenentibus in castro de Jeuz, quod d. sindici se reperiant cum dominis de consilio episcopali et quod videatur modus tenendus pro meliori quod debeant recedere ab hoc loco.

De lictera existente adhuc penes dominum comitem et expensis, quod habeatur lictera, et de pecuniis expensis, quod tractetur meliori modo quo poterit.

*Die Veneris xxv februarii,* existentibus in consilio ordinario, ubi affuerunt Quinquaginta, n. et h. viris : Johanne Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — d. Jo. de Saxo, N. Lingoti, G. de Carro, G. Rogeti, P. de Nanto, P. Magnini, A. Regis, P. de Versonay, B. Bernardi, G. de Castro, A. Fabri, P. de Malodumo, Janino de Mara, Marqueto Thoniaux, Jo. Maliardi, Ste. de Furno, Clemencio Rore, P. Gacheti, Janino Anassel, Clasquino de Castro, Johanne de Bouloz, Perreto Chenuti, Johanne Bocardi, Ja. Roguez, H. Valeti, N. de Nanto, P. Exertonis, Ste. Pecolati.

Supervenerunt ven. domini vicarius et administrator Habondancie,



parte illustris domini nostri episcopi, qui apportaverunt ejus licteram missivam que fuit coram suprascriptis lecta [1].

*Martis, ultima februarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, G. Rogeti, P. de Nanto, N. Lingoti, B. de Sancto Michaele, (5) d. Jo. de Saxo, P. Magnini, B. Bernardi, A. Regis, G. de Quarro, P. Levrerii, H. Valeti, Petro Braseti, consiliariis.

*(Vigil.)* — Ibidem fuit creatus vigil Petrus Mariglerii, fornerius, qui promisit et juravit in forma.

De platea seu prato arenariarum dato abbati et sociis sutorum, qui non faciunt que promiserunt, fuit ordinatum quod videantur eorum lictere et quod applicetur ille locus iterum ad commune, actento quod non faciunt que debent [2].

De illo incarcerato et detento latrone in Insula fuit ordinatum quod consulatur processus et quod sumatur alia informacio contra eumdem.

De piscatoribus et revenditoribus piscium et cridis novissime factis fuit ordinatum quod instetur erga d. castellanum quod observentur cride et ordinaciones.

De mulaterio detendo [3], fuit ordinatum quod sit bannitus per quatuor annos.

*Veneris iij marcii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — P. de Nanto, P. Magnini, H. Valeti, B. de Sancto Michaele, A. Regis, B. Bernardi, G. de Quarro, P. Braseti.

De latrone detento fuit ordinatum quod consuletur processus et bene visitetur.

Fuit creatus commissarius extentarum hujus civitatis h. vir Petrus

[1] Le 20 février, l'évêque de Genève assiste à une séance du conseil de Berne, tenue en son honneur : « Und was das von mins herrn von Jänf wegen, der gon Jherusalem wollt », Arch. de Berne, *Manuaux du Conseil,* vol. 28, 20 février 1480 (texte commun. par M. H. Türler, archiviste d'Etat à Berne). Sur ce voyage, voir encore ci-après, à la date du 4 avril 1480.

[2] Sur le petit hôpital des pestiférés fondé par les cordonniers, voir ci-dessus, p. 109, et Chaponnière et Sordet, *Des hôpitaux de Genève,* dans M. D. G., t. III, p. 283, n. 3.

[3] *Lisez :* detento.

Braseti, cum potestate etc., in ampla forma et modis assuetis, et promisit complere dictas recogniciones hinc ad festum Penthecostes proxime venturum, cui fuit traditus rotulus per G. de Fogia in pergameno.

Fuit commissum egregiis Johanni Polliuti et Guillelmo de Crosa quod, vocatus G. de Fogia, faciant inventarium jurium et licterarum hujus civitatis ad plenum et in bona forma.

(6) *Die Martis vij marcii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi et Guillielmo de Crosa, sindicis ; — d. Jo. de Saxo, P. de Nanto, N. Lingoti, P. Magnini, Ja. Nerga, B. de Sancto Michaele, H. Valeti, B. Bernardi, A. Regis, N. de Nanto, G. de Quarro, P. Levrerii, P. Braseti, G. Rogeti, consiliariis.

De medico qui dicitur sodomita et pariter de deflorata fuit ordinatum quod instetur erga dominum castellanum quod remictatur d. sindicis ille Thomas medicus pro justicia ministranda, et accipiantur lictere testimoniales si non velit illum remictere, et quod d. castellanus faciat quod habeat illam que fuit causa defloracionis ejusdem ut eciam justicia ministretur.

De franchis qui recusant facere vigil sicuti advenerii(s) et ceteri fuit ordinatum quod non obstantibus quibuscumque franch[es]iis et libertatibus eis concessis, quod faciant vigil et quod cogantur rigide ad faciendum.

De Jacobo Catellano fuit ordinatum quod stetur ordinacioni alias facte, actamen contemplacione d. vicarii si possit quod ei detur aliquid.

De arcossiis fuit commissum Guillielmo de Crosa et Petro de Nanto quod reponi faciant illas in loco Arve ad repellendum aquam.

De porta Baudet fuit ordinatum quod apperiatur de die et statim nocte incipiente quod claudatur.

*Die Veneris x marcii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis ; — N. Lingoti, P. de Nanto, Ja. Nerga, P. Magnini, d. Jo. de Saxo, N. de Nanto, B. Bernardi, A. Regis, P. Levrerii, G. de Carro, consiliariis.

(7) Ibidem Franciscus Rigardi exhibuit licteras domini Camere, petit se admicti ad juramentum vicedompnatus, qui juravit franchesias in manibus d. sindicorum, presentibus P. de Nanto, A. Regis, P. Magnini, etc. — *(Levatum est.)*



Ibidem d. sindici requisierunt d. castellano presenti quod eis remicteret magistrum Thomam, qui dicitur sodomita, ut de eo justicia ministrari possit, alioquin protestantur adversus eumdem.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Surdi, ferraterius, de Pedemoncio, parrochie Madalenes, pro et mediantibus : v scuta et j collovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Bocherii, de Bolloniez supra Mare, sutor, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j collovrina. — *(Levatum est.)*

‖ Fuit admissus ad suffertam borgesie Thomas Noveret, appothecarius. ‖

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Thomas Noverot, appothecarius, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, 1 collovrina. — *(Levatum est.)*

De computo Girardi de Fogia fuit ordinatum quod erragia de quibus computat a toto tempore preterito usque ad diem presentem, quod colligantur simul et tradantur alicui ad recuperandum et exigendum, demptis erragiis censuum de quibus habeat computare in recepta, et de cetero faciant diligenciam exaptam de exigendo ut constet de diligencia, etc.

De quictancia petita per relictam n. Glaudii de Pemes, habita responsione Ja. Nergaz, B. de Monte, tunc sindicis, P. de Nanto, N. de Nanto, de Carro, Braseti, de Fogia, fuit ordinatum quod non fiat quictancia sed exigatur resta ab heredibus.

*Lune xiij marcii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Carro, sindicis ; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, G. Rogeti, Ja Nerga, P. Magnini, P. Braseti, H. Valeti, P. Versonay, N. de Nanto, G. de Fogia, G. de Quarro.

Ibidem visis licteris inferius insertis per quos supra, contemplacione domini fuit ordinatum quod eo quod non fuit remissus eisdem sindicis dictus magister Thomas per d. castellanum, licet illum pluribus vicibus pecierunt sibi remicti, quod non fiat aliqua alia mencio nec scribatur d. duci nec alicui alteri, actento eciam quod d. vicarius consencit et acquievit remissioni ejusdem magistri Thome et quod non fuit eisdem remissus, sed habeant premissa omnia ignorare.

Ibidem fuit data potestas Guillielmo de Carro quod exigat a quibusdam qui volunt reddere nonnulla de gabellis, propter excutorium, quod exigat et consencat eorum absolucionem nomine civitatis.

(8) A nostre chier, bien amé et feal Aymé de Griere, vidompne et chastellen de Geneve.

Le duc de Savoye [1].

Chier et bien amé, nous avons sceu la detencion de nostre sirorgien, mestre Thomas, riere vous. Toteffoys pour aulcunes neccessité sorvenues en nostre persone, des quelles par sy devant à l'eyde Dieu nous az guery, est expediant comment qui soit le avoyr; par ainsy vous mandons et prions que tout incontinent le nous amenés en la compagnie de Guillielme de Montmayeur, lequel az ceste cause vous envoyons. Et pour ce que la cause de sa detencion nous est incogneue, volons que apportés les informacions et prossès formé contre ly, affin que s'il az meffectz y soit pugnis. Si notiffierés à ceux pour qui est detenux que n'entendons pas de le sobtenir si az meffait. Au surplus, pour ce qu'il az esté prins dedans Geneve et que ceux de la ville pourroy[e]nt dire que la pugnicion leur appertient, ne summes deliberés que leur juridicion soit infringée, ains leurs libertés et franchises conserver. Nous vous advertissons de rechiefz, pour la neccessité qui nous occourt, le nous amenés jour et nuyt en la compagnie dudit de Montmayuor, lequel touchant se croyrés comme nous mesme. Et à Dieu soiés. Escript à Chambery, le xj jour de mars.

PHILIBERT.

Tortellet.

*Martis xiiij marcii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Carro, sindicis; — G. Rogeti, P. de Nanto, N. Lingoti, P. Magnini, H. Valeti, P. Versonay, B. de Sancto Michaele, N. de Nanto, B. Bernardi, G. de Carro, P. Braseti, consiliariis.

[1] Cette lettre a été imprimée par M. L. Gautier, à la suite de son mémoire sur *la Médecine à Genève,* dans M. D. G., t. XXX, p. 557.



*(Burgensis.)* — Ibidem magister Petrus de Grangia, saltor et servitor domini, fuit creatus burgensis pro et mediantibus x florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

De facto n. [1] de Amanciaco, petente revideri ejus taxam, fuit ordinatum quod accipiatur ab eodem quod poterit; de revisione autem taxe maneat ut jacet et de residuo dimictatur per certum tempus.

De facto de adveneriis fuit ordinatum quod fiat burgensis si non edoceat quod fuerit alias burgensis ejus pater.

*(Promissio.)* — Bertetus de Lunes promictit solvere dehinc ad xv mensis maii proxime venturi, videlicet xvj florenos pro domo Stephani Pecolati pro talea.

*(Prolongacio compromissi.)* — Compromissum Andree Regis et Bartholomei Bernardi per arbitros fuit prolongatum per unum mensem incohandum die finiendi primi termini.

(9) *Veneris xvj* [*xvij*] *marcii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — N. Lingoti, P. de Nanto, H. Valeti, Ja. Nerga, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, G. de Carro, B. Bernardi, consiliariis; — G. de Bosco, Jo. Clerici, A. Lionardi, A. Fabri, G. Cavucini, Ja. Paqueti, Anzo Hugonini, Jo. Maliardi, G. Ballet, A. Mistralis, Jo. Bracooz, A. Berruti, Ste. de Puteo, Jo. Gacheti, Jo. Maliardi, P. Prepositi, Jo. Novelli, G. de Castro, Ja. de Verulfis, P. Braseti.

Ibidem fuit conclusum per quos supra quod insequendo licteram missivam illustrissimi d. ducis, quod ejus jocalia sibi mictantur apud Chamberiacum, et fuerunt electi ad illa conducenda videlicet ven. d. Guillelmus de Greyres, n. Henricus Emerici et Anthonius de Sancto Michaele, ita et taliter quod apportent instrumentum obligatorium et confessionem sive quictanciam et quod faciant in premissis ut noverint de meliori.

De illis qui dicuntur franchi et exempti a custodia civitatis fuit ordinatum quod nemines teneantur franchi sed omnes equales, et quod compellantur ad faciendum vigil quicumque et cujuscumque status sint, quibuscumque non obstantibus, nemine exempto.

[1] Le prénom est resté en blanc.

Tenor lictere missive prefati d. ducis seu copia ejusdem subinsertur, qui talis est :

(10) Le duc de Savoye.

Treschiers et bien amez, nous vous prions et mandons que les joyaulx et bagues que feu ma tresredoubtée dame que Dieu absoivle vous prestast pour payer les Allemans, suyvant la teneur de vostre obligance, le plus toust nous faictes appourter en ceste ville de Chambery ; lors avant que en faisés autre expedicion, vous en serra faicte telle descharge que bien seré seurs et contans. Et à Dieu, treschiers et bien amez, qui vous ait en sa sainte garde. Escript à Chambery, le xiij jour de mars.

PHILIBERT.

Tortellet.

Datum pro copia extracta a proprio originali per me notarium et secretarium ipsius civitatis,

Consilii.

*Die xix marcii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, F. Grossi, G. de Quarro, sindicis; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, G. de Carro, Ja. Nerga, B. Bernardi, N. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, P. Versonay.

Ibidem per quos supra fuit data omnimoda potestas n. Henrico Emerici et Anthonio de Sancto Michaele, qui debent ire ad illustrissimum d. ducem pro portando jocalia, cum prefato illustrissimo d. duci concordandi, appunctuandi, obligandi circa ipsa jocalia et maxime super perlea perdita, et alia faciendi que noverint pro meliori, et qui supra eosdem H. Emerici et A. de Sancto Michaele promictunt indempnes et illesos servare de premissis.

‖ Fiat mandatum G. de Fogia quod tradat n. H. Emerici et A. de Sancto Michaele videlicet xxiiij florenos pro eundo portandum jocalia illustrissimi d. nostri ducis Chamberiaci. ‖ — *(Mandatum non valet.)*

(11) *Martis xxj marcii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — P. de Nanto, P. Magnini, N. de Nanto, B. de Monte, A. Regis, N. Lingoti, H. Valeti, G. de Carro, Ja. Nerga, P. Braseti, P. Versonay, G. Rogeti, consiliariis.



Fuit ordinatum quod fiant due cathene ante domum Johannis Brassardi et Johannis Clerici, prope fontem Templi, et datur commissio premissa faciendi G. de Crosa et P. Braseti.

De paligotis prope scolam, per quos intratur, fuit ordinatum quod fiant barre de ferro ut non possit intrari.

De facto Guillelmi de Bosco petentis sibi satisfieri de ejus pena pro labore computorum civitatis fuit ordinatum quod sibi allocatur, et peta(ta)tur quantum vult habere de ejus pena et cum eo tractetur aliquo bono modo.

Mandatur magistris computorum civitatis quod intrent F. Grossi omne id et quicquid solvit et de quibus habet quictancias, et eciam certas expensas quas posuit in ejus librata, de quibus juravit. — *(Levatum est.)*

De muro edifficato per Symondum de Rippa ut dicitur super communi fuit ordinatum quod visitetur et si sit super communi quod disruatur.

Et quia Girardus de Fogia libravit Jacobo de Bidermon x florenos, ut constat policia, ideo mandatur sibi intrari per magistros computorum. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxiiij marcii,* existentibus in consilio n. et h. viris : Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, N. Lingoti, P. de Nanto, P. Magnini, B. Bernardi, G. de Carro, P. Levrerii.

*(Mandatum.)* — Fuit ordinatum fieri mandatum relicte n. Glaudii de Pemes de ij$^{m}$ iiij$^{c}$ xviij florenis et vj denariis, inclusis omnibus solucionibus, et hoc in deductionem majoris summe per eam debite, constante instrumento per me recepto.

(12) De de[te]nto in Insula, videlicet appelato Nicodes, fuit ordinatum quod consulatur processus et fiat quod justicia suadebit.

De Ludovico de Brucellis fuit ordinatum quod solvat que debet pro terminis preteritis ; de residuo stetur prime ordinacioni super hoc facte.

De una porta et certis fenestris existentibus in domo domini Ranversii in meniis ville, quod preparentur et claudatur ut per ea non possit intrari, de jubsu tamen d. vicarii et non aliter.

De muro edifficato novo super communi per Symondum de Rippa fuit ordinatum quod ducantur antiqui super loco si sit super communi vel ne.

N. Nicolinus Lingoti habet breviarium seu [p]salterium de villa pro tradendo fratribus de Heremita, quem promictit reddere hinc ad octabas Pasche.

*Martis xxviij marcii*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, G. de Quarro, P. de Nanto, Ja. Nerga, P. Magnini, P. Versonay, B. de Sancto Michaele, B. Bernardi, N. de Nanto, Janino de Mara, Marqueto Thoniaux, A. Regis, P. Levrerii, Sy. de Rippa, consiliariis.

Ibidem supervenit venerabilis d. Guillelmus de Greyres, H. Emerici et A. de Sancto Michaele, qui fecerunt relacionem quomodo reddiderunt jocalia illustrissimo domino duci et apportaverunt instrumentum obligatorii cum confessione a dorso, quas reddiderunt in manibus G. de Fogia.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum n. H. Emerici seu F. Grossi et G. de Carro de lv florenis, xj grossis, vj denariis, pro expensis factis portando per quos supra jocalia dicto illustrissimo domino nostro, eciam pro locagio equorum. — *(Levatum est.)*

*(Mandatum.)* — Fuit ordinatum dari egregio Guillielmo de Bosco pro pena visionis omnium computorum ipsius civitatis per ipsum visitatorum a toto tempore preterito usque ad diem presentem, videlicet viginta scuta, etc.[1]; additi fuerunt eidem decem floreni dati ut inferius continetur. — *(Fuit levatum.)*

(13) De parvo puero detento fuit ordinatum quod petatur sibi remicti per dominum castellanum.

De consilio generali fuit ordinatum quod teneatur consilium de Quinquaginta ubi notifficentur gesta per quos supra ambassiatores.

De antiquo detento fuit ordinatum quod secundum ejusdem demerita, quod fiat justicia.

*(Mandatum.)* — || Fiat mandatum G. de Fogia quod solvat Stephano Vuy videlicet tres florenos pro pena per eum habita portando quasdam licteras missivas Bernam de mandato ville. — *(Levatum est.)*

[1] Les mots qui suivent ont été écrits après coup, avec la même encre que les mots : Fuit levatum. Voir ci-après, p. 142.



*Martis iiij aprilis*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, A. Regis, B. Bernardi, P. Levrerii, H. Valeti, G. de Quarro, N. de Nanto.

*(Mandatum.)* — Fuit ordinatum dari fratri Petro Chambonis, predicatori, videlicet decem florenos parvi ponderis pro uno habitu, et fuit mandatum G. de Fogia de ipsis decem florenis. — *(Levatum est.)*

Fuit ordinatum quod fiat processio generalis et convocentur confratrie et parvi liberi pro honore illustrissimi domini nostri episcopi, ut Deus eum conducat [1].

Ibidem super differenciis existentibus inter Petrum Levrerii et Bisansonum Dorerii promiserunt stare ordinacioni supranominatorum, qui promiserunt stare, et qui ordinaverunt quod de cetero inter ipsos sit et esse debeat bona pax et quod unus remictat vindictam et injuriam alteri et alter alteri, tam super injuria quam interesse alicujus eorumdem, quam pronunciacionem habuerunt ratam et gratam.

*Veneris vij aprilis*, existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — P. de Nanto, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, B. de Monte, A. Regis, G. de Carro.

(14) De vadiis levatis Johanni Calabris, eo quod deffecit in preceptione vigillis, fuit ordinatum quod sibi restituantur, eo mediante quod solvat sex grossos.

*Die Martis xj aprilis*, existentibus in consilio ordinario[2] n. et h. viris : Jo. Polliuti, Francisco Grossi et G. de Crosa, sindicis; — G. Rogeti, N. Lingoti, H. Valeti, G. de Carro, A. Regis, N. de Nanto, P. Versonay, N. de Nanto, Ja. Nerga, B. Bernardi, P. Levrerii.

De juvene detento in Insula pro peccato sodomie fuit ordinatum quod demonstretur ejus persona doctoribus et fiat justicia.

Fuit ordinatum quod non sint hic aliqui exempti, licet sint franchi,

[1] C'est à propos du voyage en Terre-Sainte, entrepris par l'évêque Jean-Louis (ci-dessus, p. 127, n. 1), que le Conseil prit la mesure dont il est question ici. Voir encore ci-après, à la date du 16 mai 1480.

[2] Le secrétaire a ajouté ici ces mots : Recepit P. Nanto pro me.

qui non faciant vigil et alia prout ceteri, saltim durante absencia d. episcopi.

Fuit ordinatum quod reficiatur scola clericorum ubi erat alias situata et fuit data commissio illam reficiendi H. Valeti, N. de Nanto et Petro de Nanto seniori et Jacobo Paqueti.

De muro Simondi de Ripa fuit ordinatum quod visitetur.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Theobaldus de Sancto Jorio, mercator, parrochie Marie Nove, vij florenis, j colovrina.

*Die Veneris xiiij aprilis,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — N. Lingoti, P. Versonay, P. Magnini, A. Regis, B. Bernardi.

(15) *(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Severinus Dauchime, de Contey, servitor domini, et ejus contemplacione ac domini vicarii, gratis.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Reymondus Meynaz, mercator et appothecarius, qui juravit, et eciam Bernardus Meynaz, ejus frater, parrochie Sancti Gervasii, ipsi ambo pro omnibus, x florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Idem de Bernardo Meynaz, fratre dicti Reymondi, qui juravit, pro x florenis. — *(Levatum est.)*

*Martis xviij aprilis,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; —A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, G. Rogeti, P. Braseti, H. Valeti, G. de Carro, P. Levrerii, A. Regis, B. Bernardi, Ja. Nerga, Bo. de Sancto Michaele, P. Versonay, P. de Nanto, consiliariis.

Fiat mandatum Johanni de Poste de xxij grossis cum denario pro loquagio unius equi per me ducti Chamberiacum pro obtinendis licteris.

De facto d. Johannis de Saxo, petentis sibi remicti de talea, fuit ordinatum quod solvat quomodocumque sit ejus taleam.

De licteris impetratis Chamberiaci per me fuit ordinatum quod non publicentur adhuc, donec sint reparate [1].

[1] En date de Chambéry, le 15 avril 1480, le duc Philibert avait confirmé le sauf-conduit accordé par ses prédécesseurs aux marchands fréquentant les foires de Genève, Arch. d'Etat, P. H., nº 659. Voir déjà ci-dessus, p. 21, n. 2.



Fiat mandatum michi de quatuor florenis et octo grossis, ut in rotulo, et signet P. de Nanto. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum G. de Fogia de xxvij florenis, vij grossis, vj denariis, contentis in rotulo. Ulterius super alio rotulo fiat mandatum de xix florenis, vij grossis cum denario. — *(Levata sunt ambo.)*

De mandatis d. cancellarii fuit ordinatum quod visitentur, exhibitisque cepit A. de Sancto Michaele et habet; eciam de licteris Jacobi Catelani, quod visitentur.

Arbitri B. Bernardi et A. Regis prolongant compromissum per xv dies in statu quo est, eciam de consensu parcium.

(16) *Veneris xxj aprilis,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — N. Lingoti, P. Braseti, H. Valeti, P. de Nanto, N. de Nanto, Ja. Nerga, B. Bernardi, G. de Carro, P. Levrerii.

Ibidem d. sindici jubserunt fieri Johanni de Tulia quictanciam generalem de exactis et recuperatis per eum ad causam gabelle, tempore quo illam tenuit, et de qua sindici ipsi ipsam solvunt et quictant. — *(Levatum est.)*

De lictera testimoniali petita et concessa fratribus de Heremitagio fuit ordinatum quod eis concedatur per me, ut superius recepi in alio registro.

De ponderibus levatis per d. procuratorem fiscalem fuit ordinatum quod d. procuratori remonstrentur franch[es]ie et quod secundum franchesias fiat.

Dubia in computo Jo. Clerici apposita fuerunt declarata, ut constat in eisdem dubiis manu P. Braseti penes eum existentibus, ad quem habeatur relacio.

Item attestantur Bisansonus Dorerii, Ja. Nerga, sindici tunc, et F. Grossi, receptor, quod intrentur descripti in computo dicti Jo. Clerici manu G. de Crosa. Fuerunt apposita de eorum precepto in refectorio fratrum Predicatorum.

*Die Martis xxv aprilis,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti et F. Grossi, G. de Crosa; — A. de Sancto

Michaele, N. Lingoti, P. Braseti, A. Regis, P. de Nanto, N. de Nanto, G. de Carro, Ja. Nergaz, G. Fabri, B. de Sancto Michaele.

(17) || Fiat mandatum Petro Marepoz, carpentatori, pro quatuor trabaturis factis una in turri Sancti Anthonii et tribus in turri retro domum illustrissimi d. ducis existente, de iij florenis, iiij solidis. || — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum [1] lathomo, seu Valterio Chernavelli pro una porta per eum facta in belvardo porte Sancti Anthonii, inclusa muracione alterius porte et alterius muri ab alia parte existentis fracti, [de] iiij florenis.

Fiat mandatum Girardo de Fogia quod solvat Ludovico Ginodi videlicet duos florenos parvi ponderis, qui sibi dantur pro ejus pena habita in solicitacione victualium fratris Petri Chambonis, inclusis certis expensis per eum factis. — *(Levatum est.)*

Fuit factus consiliarius Guillelmus Fabri, qui juravit in forma.

Ibidem prefati d. sindici locant seu tradunt Johanni Clerici, presenti, domum [2] barbitonsoris domini Breyssie, pro uno anno, sub firma xxx florenorum solvendorum in manibus recuperatoris, hodie incohando et simili die anno revoluto finiendo. — *(Levatum est.)*

*Martis ij maii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — N. Lingoti, G. Fabri, P. Magnini, G. de Carro, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, N. de Nanto, Ja. Nerga, A. Regis, P. Versonay, consiliariis.

*(Locacio.)* — Ibidem Guillelmus Boniffacii tradit, cedit et locat d. sindicis predictis domum suam sitam in carreria de Villanova, prope domum Paqueti et Lingoti, cum suis confinibus, tenendam, possidendam et intrandam donec et quousque eisdem sindicis fuerit satisfactum de talea cohequata super dicta domo, et constituit dictos sindicos ejus procuratores ad locandum, etc. Actum in Domo ville, presentibus quibus supra.

De causa cepta per sindicos contra relictam Glaudii de Pemes fuit ordinatum quod supersedeatur per octo dies in causa ipsa.

[1] Le nom est resté en blanc.
[2] Le nom est resté en blanc.



De pignoribus levatis ob non remocionem fimorum, quod vigilles accipiant a quolibet duos quartos pro hac vice.

(18) De muro edifficato per Simondum de Rippa fuit ordinatum quod deruatur.

*Martis ix maii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. Achardi, P. de Nanto, N. Lingoti, Ja. Nerga, P. Magnini, G. Fabri, G. de Carro, G. Rogeti, J. Magnini, B. de Sancto Michaele.

In causa d. sindicorum et n. Peronete, relicte Glaudii de Pemes, ipsi d. sindici et dicta n. Peroneta promiserunt stare summarie ordinacioni quorum supra consiliariorum super contentis et petitis per prefatos sindicos eidem Peronete.

|| Fiat lictera quod dantur Glaudio de Sieges octo floreni quos debet pro resta talee, in recompensacionem pene et laboris per eum habitorum in recupera a toto tempore preterito usque ad diem presentem. || — *(Levatum est.)*

Johannes Veluti et egregius Johannes Polliuti, nomine et se fortem faciens pro Petro Johanne Bruni, super eorum causa promiserunt stare ordinacioni consilii, etc.

*Die Jovis xj maii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — P. de Nanto, P. Magnini, N. Lingoti, P. Braseti, B. de Sancto Michaele, N. de Nanto, Ja. Nerga, A. Regis, G. de Carro.

(19) Ibidem de consilio quorum supra et de majori parte fuit ordinatum dari illustrissimo domino notro duci tria dolia vini albi, ibidem empta per ejus botollierium pro persona domini, et quod mictatur unus qui ipsa dolia dicto domino presentet, etc.

De gueyto, propter illos de Pontevitreo, fuit ordinatum quod fiat vigil more solito.

*Die Veneris xij maii,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis : — P. Magnini, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, R. Arnaudi, Ja. Verulfis, A. Mistralis, Janino de Bornando, P. de Palude sutore, H. Valeti, R. Lullini, Ste. de

Furno, Jo. Chalex, Jo. Clabris, P. Levrerii, Jo. Veluti, P. de Cresto, Jo. Malagniodi, Perreto Chenuti, Monachi [1], Guillelmo Ballet, P. de Arlo, P. Gatilliardi, Clasquino, H. Fontaneis, P. de Nanto, G. Veluti, filius Gervasii, P. Braseti, B. Bernardi, N. Lingoti, P. Cortagier, P. Mermodi, N. de Nanto, M. Danelli, G. Rogeti.

Ibidem per quos supra fuit conclusum dari illustrissimo domino nostro duci tria dolia vini albi de Soumon et quod mictatur unus homo cum dicto vino, qui presentet.

De argento debito per liberos quondam Glaudii de Pemes, ad causam admodiacionis vini, fuit conclusum quod sibi detur medietas argenti per eos debiti [2] et residuum solvat.

De lictera missiva parte illustrissimi domini nostri ducis de quodam servitore dominorum de Montecanuto, appellato Bialeti, quod nullomodo permictatur venire in dicta civitate, et de premissis loquatur d. vicario qui habeat facere responsum.

(20) Lusoribus vero nunc beati Johannis Batiste, quod eis detur unus burgensis per eos reperiendus usque ad valorem septem florenorum, ita tamen quod ludere debeant infra civitatem.

*Die Martis xvj maii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. Achardi, A. de Sancto Michaele, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, G. Fabri, B. Bernardi, N. de Nanto, G. de Carro, N. Lingoti.

Ibidem fuerunt recepte et lecte lictere misse parte illustris domini nostri episcopi dominis sindicis [3], eciam parte n. Petri de Pemes, et omnes reposite per G. de Fogia in armatorio.

[1] Le prénom est resté en blanc.

[2] Les mots qui suivent ont été écrits après coup.

[3] L'évêque Jean-Louis se trouvait alors à Venise où il attendait le départ d'un vaisseau de pèlerins pour la Terre-Sainte (ci-dessus, p. 135, n. 1). Il écrivit, de cette ville, aux syndics et bourgeois de Genève trois billets autographes, qui sont conservés aux Archives d'Etat, P. H., nº 694, et imprimés dans Galiffe, *Matériaux pour l'histoire de Genève*, t. I, p. 321-322. Aucun de ces billets n'a été daté par l'évêque, mais le secrétaire du Conseil a noté au dos des deux premiers la date de la réception par les syndics : 13 avril et 15 mai 1480. Quant au troisième, écrit : « en gallée », et dans lequel l'évêque parle du voyage qu'il va faire, il est évident qu'il a été écrit au moment où le vaisseau qui portait les pèlerins se préparait à appareiller.



De facto relicte n. Glaudii de Pemes fuit ordinatum quod adhuc loquatur in alio consilio ubi sit major numerus quam supra.

De pontonerio pontis Aeris, qui petit pontenagium salis ultra solitum, fuit ordinatum quod evocetur ille pedagiator coram d. vicario et illis de consilio.

*Die Veneris xix maii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : F. Grossi et G. de Crosa, sindicis; — G. de Carro, A. Regis, P. Versonay, N. de Nanto.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuerunt creati burgenses videlicet Anthonius de Fago, cudurerius, parrochie Madalenes, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Jacobinus, filius Bertollini Grassoti, de Montecalerio, appothecarius, parrochie Germani, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Spatule, parrochie Veygiaci, lathomus, vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

(21) *Martis xxiij maii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti et F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, B. Bernardi, G. Fabri, Ja. Nerga, N. de Nanto, A. Regis, G. de Quarro, P. Versonay, N. Lingoti, A. Achardi, P. de Nanto, P. Braseti.

*(Disinerius.)* — Ibidem fuit creatus disinerius porte Castri, loco Johannis Flory, Johannes Chalex, qui juravit in forma.

C'est par suite d'une lecture erronée que, dans le tome second des *Registres du Conseil* (p. 467, n. 2), nous avons attribué ce billet à l'année 1476 en le rapportant à un voyage que l'évêque fit à cette époque en France. Sur le séjour de l'évêque Jean-Louis à Venise, le départ des pèlerins et leur traversée jusqu'à Corfou, on consultera le récit de voyage du dominicain zuricois Félix Schmid *(Fratris Felicis Fabri Evagatorium in Terræ Sanctæ, Arabiæ et Egypti peregrinationem*, éd. C. D. Hassler, t. I, Stuttgart, 1843, p. 31-39). Ce récit nous apprend que l'évêque de Genève et quelques autres pèlerins, effrayés de la nouvelle du siège de Rhodes par le sultan Mahomet le Grand et des dangers que les galères turques faisaient courir aux pèlerins, se séparèrent de leurs compagnons de route à Corfou et retournèrent à Venise. L'évêque ne paraît être rentré à Genève qu'au commencement de septembre; voir ci-après.

De occupantibus et edifficantibus super communi fuit ordinatum quod d. sindici cum eorum consilio vadant super loco et notifficent d. castellano qui disruere faciat per totam diem crastinam.

De facto n. Glaudii de Pemes suprascriptum consilium ordinavit, organo A. Regis, quod relicta habeat et debeat (et debeat) solvere medietatem omnium in quibus tenetur communitati, solvendam in manibus receptorum, que omnia suprascripta prefati sindici et dicta relicta grata habuerunt et firmaverunt eorum mediis juramentis, ita quod intretur sibi que videbuntur intranda per Braseti et de Carro.

*Die Veneris xxv (xxvj) maii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi; — P. Braseti, N. Lingoti, A. Achardi, G. de Carro, P. Levrerii, P. Versonay, P. de Nanto.

|| Fiat mandatum Girardo de Fogia quod solvat Rolando Boni, carpentatori, sibi debitos pro reparacione pontis Longemale, ut in rotulo, videlicet xxiij solidos. || — *(Levatum est.)*

*Martis penultima maii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Quarro [1], sindicis; — (22) A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, H. Valeti, G. de Quarro, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, G. Fabri, Ja. Nerga, N. de Nanto, B. Bernardi, A. Regis, A. Achardi, P. de Nanto, P. Braseti, Versonay.

Mandatur auditoribus computorum quod detrahant de computis G. de Fogia vij florenos cum una colovrina Petri Lisardi, tissoti, bina vice burgensis constituti [2].

Fiat mandatum ulterius G. de Bosco de decem florenis ultra alios quadraginta sibi datos pro visione computorum civitatis.

*Die Martis vj junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, G. de Carro, F. Grossi, A. de Sancto Michaele, G. Rogeti, A. Achardi, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, N. de Nanto, A. Regis, N. de Nanto, N. Lingoti, H. Valeti, P. Levrerii.

[1] *Lisez :* G. de Crosa.
[2] *Voir* R. C., t. I., p. 198 (31 mai 1457).



De Francisco Macri habente claves pontis Aeris, qui non est idoneus, fuit ordinatum quod monstretur d. vicario quod non est ydoneus et quod sibi removeantur claves ipsius pontis et provideatur de alio, etc.

De vino quod venditur ad quinque et sex quartos fuit ordinatum quod provideatur quod non vendatur nisi unius grossi et rubeus quinque quartos.

Ibidem n. Henricus Emerici presentavit v centum florenos datos per n. Johannem de Pemes Totis Animabus, procuratoribus earumdem qui renuerunt recipere donec reperiatur ubi implicentur.

(23) *Martis xiij junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — N. Lingoti, P. Braseti, A. Achardi, P. de Nanto, P. Magnini, P. Versonay, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, N. de Nanto, A. Regis, G. de Quarro, G. Rogeti, H. Valeti, G. de Bosco.

De porta Baudet fuit ordinatum quod loquatur d. vicario quod apperiatur ipsa porta et quod custodiatur sumptibus vicinorum, saltem tempore messium.

De cathenis que tenduntur de nocte fuit ordinatum quod si veniret scandallum, sicuti de igne, quod detendantur.

De computis Johannis Clerici fuit ordinatum quod infra xv dies virifficet omnes suas libratas saltim magnas de parvis quod juret; ulterius fuit ordinatum quod faciat bona omnia mandata expedita per eum.

Fuit ordinatum quod A. Achardi, tempore quo fuit sindicus, de ejus salario et eciam burgensibus, quod habeat dumtaxat medietatem salarii sui eo quia non vacavit nisi medietatem anni.

Fiat mandatum A. Achardi de xxviij florenis, ij solidis, contentis in ejus rotulo exhibito et visitato per Braseti.

*Martis xx junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, B. de Sancto Michaele, P. de Nanto, Ja. Nerga, N. de Nanto, P. Braseti, P. Versonay, A. Achardi, G. de Quarro, P. Magnini.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Coponis, de Belleys, bocherius, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Petrus Heremite, saltor, de Sisilia, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

De rotulo dato per relictam de Pemes super erragiis vini dominorum de capitulo et certorum aliorum ac cathenarum fuit ordinatum quod citet Girardum de Fogia qui promisit solvere pro eis, et de aliis exigat, de cathenis quod visitentur et intrentur ipsis visis.

(99 [1]) *(Quictancia.)* — De facto seu salario Anthonii Achardi fuit ordinatum quod remictatur ad Martis proximam ubi intersint illi qui fuerunt Martis in alia conclusione.

Ibidem n. Nicolinus Lingoti confitetur habuisse v^c florenos pridem per eum mutuatos communitati Gebennarum, ut instrumento recepto per me, de quibus ipsam communitatem quictat, et jubet cancellari instrumentum pro sua rata, etc.

*Die Veneris xxiij junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, sindicis; — H. Valeti, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, A. Regis, N. de Nanto.

*(Burgensis.)* — Ibidem Aymo Mercerii, bocherius, de Chamberiaco, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Navetaz, borrellerius, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*Martis xxvij junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, G. Rogeti, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, N. de Nanto, P. Braseti, G. de Carro, Andrea Regis, H. Valeti, P. Versonay.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum vigillibus de octo florenis qui sibi dantur pro pulsacione grossi cinballi, more solito, pro anno presenti, etc. — *(Levatum est.)*

[1] Ce feuillet a été intercalé par erreur dans une autre partie du registre; nous le rétablissons à sa place.



De d. doctoribus et aliis qui dicunt se exemptos, quod d. sindici cum vigillibus vadant et pignorent omnes vigil facere nolentes donec faciant.

De computis Johannis Clerici fuit ordinatum quod concludantur hodie super ipsis per commissos.

(24) Fuit ordinatum deduci de firma Robelleti de Cresto duo florenos, qui sibi dantur in recompensacionem pene per eum habite, et eciam quod non cridat vinum. — *(Levatum est.)*

*Veneris ultima junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — N. Lingoti, P. Braseti, G. Rogeti, A. Achardi, P. de Nanto, Ja. Nerga, A. Regis, G. de Quarro.

Super quibusdam computis Petri Braseti, qui asserit recuperasse certas pecunias de recupera, fuit commissa visio G. de Fogia et Guillielmo de Quarro, et refferant Martis proxima.

*Martis iiij jullii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, H. Valeti, A. Achardi, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, N. de Nanto, A. Regis, G. de Carro.

*(Mandatum.)* — Mandatur receptori quod intret Amedeo Magnaz seu solvat eidem vij florenos super ejus borgesia pro pena per eum habita pro custodia pontis Aeris. — *(Levatum est.)*

De feno barrato in prato domini Sancti Victoris pro talea fuit ordinatum quod non debarretur sed solvat.

Ibidem de mandato verbali d. vicarii michi facto et quorum supra fuit ordinatum quod fiant et ponantur pondera per aliqua loca civitatis, ut omnes possint ponderare carnes ut videre possint si sint defraudati.

(25) *Veneris vij jullii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — N. Lingoti, P. Magnini, Ja. Nerga, de Quarro.

Fuit ordinatum quod nullum vinum album vendatur plus de uno grosso.

*Martis xj jullii :* H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, G. Rogeti, P. de Nanto, H. Valeti, P. Magnini, B. de Monte, A. Regis, G. de Quarro, N. Lingoti, P. Versonay, H. Valeti, P. Braseti, Ja. Nerga.

De ponderibus apponendis per carraffos ville fuit ordinatum quod fiant pondera ubi ementes carnes possint ponde[ra]re.

‖ Fuit ordinatum reffici mandatum Henrici Emerici de... ‖

De salario petito per Anthonium Achardi ad causam sindicatus, visa supplicacione per eum oblata, audita relacione H. Emerici et N. Lingoti refferencium pro eodem vacasse tempore quo non vacavit ad exercicium dicti sindicatus, majori deliberacione freti, fuit ordinatum sibi solvi sua stipendia solita non obstante ordinacione pridem facta in contrarium. — *(Levatum est.)*

*Martis xviij julii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Carro [G. de Crosa]; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, P. Braseti, G. Rogeti, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, H. Valeti, G. de Carro, P. Levrerii.

De computis Francisci Macri, per ipsum redditis, fuit ordinatum sibi intrari seu dari tam pro ejus salario quam pena per ipsum habita, a toto tempore preterito usque ad diem presentem, videlicet xxvij florenos pro pena recupere gabelle salis et eciam aliarum penarum per ipsum.

(26) *(Confessio.)* — Super quo computo dicti Francisci Macri concluso per auditores computorum, dictus Franciscus Macri pro omnibus remansit debens communitati, et omnibus inclusis et deductis ac intratis, videlicet quadraginta florenos, duos solidos et ix denarios, quos in presencia quorum supra solvere promictit hinc ad proximum festum Sancti Martini yemalis, cum dampnis etc., submictens etc.; actum ut supra.

Ibidem fuit declaratum quod auditores computorum hujus civitatis possunt et debent reparare computa quecumque sint et in illis addere aut diminuere ut noverint, et licuit P. Braseti et H. Valeti facere et reparare maxime correctionem factam in librata d. Johannis de Saxo fuisse factam bene et juste, actento quod reparacio facta a dorso est scripta manu egregii de Bosco.

*(Mandatum.)* — Mandatur F. Grossi et Guillielmo de Quarro, receptoribus, quod solvant seu intrent Petro Braseti super talea habenda Garnerii Lamberti, videlicet viginti florenos, tres solidos, decem denarios et obolum, sibi debitos per communitatem, ut constat ejus computo per Lestelley de anno millesimo iiij$^{c}$ lxiiij signato. — *(Levatum est.)*



*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Michael de Solerio, de Clusis, pro et mediantibus x scutis pro omnibus. — *(Levatum est.)*

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum G. de Fogia quod solvat Benedicto Mallieti ix florenos, vij grossos et octo denarios sibi debitos causis in rotulo descriptis. — *(Levatum est.)*

*Martis xxv jullii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, F. Grossi, G. de Crosa, Jo. Polliuti; — A. de Sancto Michaele, P. Braseti, P. de Nanto, Ja. Nerga, G. de Quarro, P. Magnini, A. Regis, N. Lingoti, H. Valeti.

Ibidem fuit conclusum quod fiant barre in portis hujus civitatis maxime appertis, quod fiant cum loqueto, in qualibet unam.

De custodibus dictarum portarum fuit ordinatum quod ponantur custodes more solito, ita et taliter quod sindici habeant eosdem custodes visitare, et si non sint ydonei quod admoveantur et ponatur unus sumptibus illius qui habet facere vigil.

Super supplicacione porrecta parte d. Boniffacii Fabri quod tollatur barra apposita in stabulo ad causam hospitalis pontis Rodani, fuit ordinatum quod solvat.

(27) *Martis prima augusti,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — G. Rogeti, H. Valeti, N. de Nanto, P. de Nanto, Ja. Nerga, A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, P. Magnini, B. de Monte, P. Braseti, G. de Quarro.

Ibidem fuit conclusum quod d. Johannes de Saxo citetur ad cras coram d. vicario.

*Veneris iiij augusti,* existentibus in consilio ordinario : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi; —P. de Nanto, B. de Monte, A. Regis, G. de Quarro.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Michael Duasii, mercator, de Montecalerio, parrochie Madalenes, pro x florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*Martis viij augusti,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Quarro [G. de Crosa], sindicis; — A. de Sancto Michaele, G. Rogeti, P. de Nanto, P. Magnini, N. de Nanto, B. de Monte, P. Versonay, P. Levrerii, G. de Quarro, H. Valeti, N. Lingoti, Ja. Nerga, A. Regis, P. Braseti.

(28) Ibidem fuit inhibitum Johanni de Gerdili ne flagellet in ejus domo juxta domum Glaudii Falqueti bladum seu alia.

De Lioneto de Costergio, detento, fuit ordinatum quod repetatur et ejus processus visitetur et consulatur, et fiat secundum scripta et consulta, habita prius revocacione inhibicionis.

De Arva fuit ordinatum quod reparetur aliquo bono modo.

De illis qui vadunt Ludunum fuit ordinatum quod fiat crida quod venientes de loco suspecto non intrent civitatem de xv diebus.

Hugoninus Bocardi et Glaudius Bonuz, nominibus suo et Anthonii et Guigonis, ejus fratrum, necnon Johannis et Petri, ejus cognatorum, super differenciis per eos habitis ad causam cujusdam muri existentis inter domum ipsius Glaudii et quandam plateam retro sitam, quam Bocardi asserit esse suam, et stilicidium tecti et possessiones sub illo stilicidio existentes, promictunt stare ordinacioni d. sindicorum.

*Martis vel Mercuri*[1] *xvj augusti,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — G. Rogeti, A. de Sancto Michaele, P. de Nanto, P. Magnini, N. Lingoti, N. de Nanto, G. de Quarro.

De computis F. Grossi et Guillelmi de Quarro ad causam recupere, ipsi Franciscus et Guillelmus se offerunt paratos tociens quociens bonum computum reddere etc., ordinato de suis salariis.

De muris civitatis qui sunt prope disruendi, quod visitentur qui reparare debent, aut civitas vel illi cui sunt domus.

De portis fratrum Minorum, quod visitentur.

[1] Ces deux mots ont été ajoutés sur la ligne. Le 16 août 1480 tombait sur un mercredi.



De computis Johannis Clerici fuit ordinatum quod si commissi nolint facere relacionem, quod commitatur de Bosco qui reffere et concludere habeat.

(29) *Die Lune xxj augusti,* existentibus in consilio extraordinario : Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — P. Magnini, P. de Nanto.

Ibidem supervenerunt tres Alemani de societate euntium ad serenissimum regem [1], qui apportaverunt licteras credencie et exposuerunt tria, videlicet quod mirabantur eo quod barre tenduntur in partibus, secundo quod non miserunt victualia Gayum ubi sunt capitaneus et socii, tercio quod diffidunt illi de Gebennis de nobis, que omnia fuerunt exposita consilio domini et eis responsum organo d. castellani.

*Martis xxij mensis augusti,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, P. Magnini, B. de Monte, G. de Quarro, P. Versonay, G. Rogeti, P. Nanto.

De barra tollenda super prato Sancti Victoris fuit ordinatum nichil.

De hospitalerio Palacii fuit ordinatum quod reddat computum.

De monetis fuit ordinatum quod facimus ut vicini nostri.

De crida facta ut nulli de loco suspecto veniant ad civitatem fuit ordinatum quod non habeant locum.

Ibidem n. F. Grossi et G. de Quarro sunt parati reddere computum.

*Veneris xxv augusti :* Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — Ja. Nerga, P. Magnini, P. Braseti, G. de Carro, B. de Monte, A. Regis.

Fuit conclusum quod mictatur capitaneo et ceteris sociis de Soloroz in prandio quatuor quoquacias et in cena totidem.

*Martis xxix augusti,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, G. Rogeti, P. Magnini, P. de Nanto, Ja. Nerga, (30) B. de Monte, A. Regis, de Quarro.

[1] Ces troupes faisaient sans doute partie de la levée consentie par les cantons suisses en faveur du roi de France, E. A., t. III. 1, p. 76 *b* (29 juillet) et p. 78 *b* (9 août). Voir aussi ci-après, à la date du 25 août et du 5 sept. 1480.

De computis F. Grossi et G. de Quarro fuit commissa visio d. sindicis junctis N. Lingoti et A. Regis.

S'ensuy la difference que est entre Bartholomier Bernard et Roland Boyssier :

Et premièrement ordinon que Rolain soy entenuz de feres le fenestre qui son dessus la place dudit Bartholomier.

Item plus que ledit Bartholomier doige poyr[1] audit Roland part la moytiez du mur qui pren pour six teyse, xviij ff.

‖ Et non pas pour devoir, ij ff. ‖

Item ordinons que ledit Bartholomier soiez tenuz de donnez de grace speciale, ij ff.

Item ordinons qui degent poyer ledites partiez, c'est assavoyr pour leur dispense pour chescon d'eux, vj s. — *(Magistri qui ordinaverunt : Johannes de Platea, Petrus Johannes, Roletus Bordaz.)*

Fuit ordinatum quod Braseti reddat computa que habet de civitate, videlicet de Johanne Clerici.

De Costergio fuit ordinatum quod cras vadatur ad Insulam.

*Martis v septembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris (n. et h. viris) : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, P. Braseti, Ja. Nerga, N. de Nanto, B. de Monte, A. Regis, G. de Quarro, G. Rogeti, H. Valeti.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Cristino Brando, heyraldo, pro quinque diebus quibus vacavit eundo Seyssellum associatum capitaneum de Lucerna cum sua comitiva euntium ad servicium serenissimi regis Francorum. — *(Levatum est.)*

De computis, quod hodie post prandium, hora xij, se reperiant hic pro illa visitando.

De supplicacione Johannis Bertheti fuit ordinatum quod nichil innovetur ordinacionibus pridem factis.

(31) De adventu illustrissimi domini fuit ordinatum quod loquatur Viennesii[2], qui vadit ad eum, quod loquatur n. Petro de Pesmes de

[1] *Lisez :* poyer (payer).

[2] Claude Viennois était secrétaire de Jean-Louis de Savoie, qui faisait sa rentrée à Genève après le voyage dont il a été parlé ci-dessus, p. 140, n. 2.



modo tenendo in ejus adventu et si vestes rubei debeant sibi ire ad obviam et quomodo.

*(Burgensis.)* — Ibidem Johannes de Buffeto, barbitonsor, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*Martis xij septembris,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — N. Lingoti, A. Sancto Michaele, P. Magnini, Ja. Nerga, A. Regis, P. de Nanto, N. de Nanto, G. de Quarro, P. Levrerii, H. Valeti, B. de Sancto Michaele, G. Rogeti.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Petrus Realis, cudurerius, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum G. de Fogia de xxviij florenis, viij solidis et iij denariis, contentis in rotulo exhibito.

Super supplicacione data parte H. Valeti et Ja. Paqueti fuit ordinatum quod desinerie due mencionate in supplicacione solvere debeant contenta in eadem.

Fuit ulterius conclusum quod fiat reverencia illustri domino et quod loquatur sibi quomodo jocalia fuerunt reddita illustrissimo domino nostro duci.

De belvardo existente in platea Molaris fuit ordinatum quod levetur et reponatur custodiendum tute in ala.

Fiat mandatum super rotulo ordinario exhibito de xxij florenis, vij solidis, ij quartis.

*Martis xix septembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — (32) A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, P. de Nanto, P. Magnini, Ja. Nerga, B. de Sancto Michaele, A. Regis, de Quarro, P. Levrerii, P. Versonay, G. Rogeti, P. Braseti.

Ibidem fuit loquutum de salariis n. F. Grossi et G. de Quarro ut alibi scribitur.

De recupera iterum fienda fuit ordinatum ut supra.

Ibidem de fuit [1] Johannis Clerici fuit ordinatum quod habeat duplum visionis facte per Braseti et infra xv dies habeat verifficare, alioquin procedetur ad conclusionem.

*Martis xxvj septembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Quarro [G. de Crosa]; — G. Rogeti, N. Lingoti, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, N. de Nanto, P. Levrerii, G. de Quarro, A. Regis.

|| Fiat mandatum de intretis F. Grossi et Guillelmo de Quarro, ut plenius constat rotulo per eos exhibito et visitato per auditores computorum, de summa in universo videlicet xxvj$^{m}$ cxl florenorum, vij grossorum, vj denariorum, oboli. || — *(Levatum est.)*

|| Fiat mandatum F. Grossi, Guillielmo de Quarro quod solvant G. de Fogia, receptori, xl florenos, viij solidos, in quibus communitas sibi tenetur, seu pro succurrendis certis neccessitatibus civitatis, cum in presenciarum non habeat pecunias, de quibus habebit computare. || — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum F. Grossi et Guillelmo de Carro de iij$^{c}$ lxij florenis, x grossis, vj denariis, contentis in rotulo seu papiro etc., audita responsione H. Emerici, N. de Liga et A. Regis, commissariorum ad hoc deputatorum, recepto juramento, etc.

Fiat mandatum G. de Fogia quod solvat Michaeli, vigilli, videlicet quinque florenos sibi datos pro pena habita et habenda in custodia clavium trium portarum. — *(Levatum est.)*

De argento existente in ploto propter croysiatam fuit deliberatum loqui fratri de modo tenendo ut non deperdatur.

*(Burgensis.)* — Ibidem Petrus Biolesii, carpentator, de Vendovres, parrochie Madalenes, fuit creatus burgensis pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

(33) *Die Dominico prima octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis ; — P. de Pemes, A. de Sancto Michaele, P. Braseti, G. Rogeti, Guillelmo Fabri, Ja. Nerga, N. de Nanto, B. de Sancto Michaele, A. Regis, P. Levrerii, G. de Quarro.

[1] *Lisez* : facto.



Ibidem dictus n. Petrus de Pemes, parte domini, proposuit quod fiat vigil more solito et quod non intendit quod nemines sint exempti, nec doctores nec alii ; fuit ordinatum quod fiat bonum vigil et quod omnes faciant vigil, nemine exempto.

Fuit ulterius ordinatum quod non vendatur vinum novum ultra quinque denarios quarteronus.

*Martis iiij* [*iij*] *octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis ; — A. de Sancto Michaele, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, N. de Nanto, A. Regis, P. Levrerii, G. de Quarro, P. Versonay.

Fiat mandatum G. de Fogia quod solvat vigillibus quatuor florenos qui eis dantur pro pena et labore habitis, etc.

Fuit ordinatum quod cridetur vinum ad quinque denarios.

De computis Johannis Clerici fuit ordinatum quod removeantur omnia computa Petro Braseti, quia non vult facere aliquam conclusionem, et comitatur alteri et fiat finis.

De clave arche dominorum de Rodes fuit ordinatum quod de modo tenendo loquatur dominis de consilio episcopali.

(34) De salariis F. Grossi et G. de Quarro, organo n. P. de Pemes, dicentis de mandato domini quod F. Grossi habeat a toto tempore preterito usque nunc ij$^{c}$ scuta et de Quarro centum scuta et non ultra. — *(Fuit levatum mandatum.)*

*Martis x octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, Girardo Rogeti, Petro Braseti, P. de Nanto, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, Andrea Regis, G. de Quarro, H. Valeti.

*(Responsio.)* — Ibidem dicti Petrus Braseti et Hugonetus Valeti, commissarii deputati in computis Johannis Clerici, refferunt, omnibus visis et visitatis et intratis omnibus intrandis, plus recepisse quam librasse de viij$^{c}$ lxv florenis, vij grossis et vj denariis, et sic debet viij$^{c}$ lxv florenos, vij grossos, vj denarios.

De Petro Ruphi detento in episcopatu, quod instentur pro eodem.

De Revaclerii et Ciclata fuit ordinatum quod fiat justicia.

De erragiis fuit ordinatum quod tradantur alicui ad exigenda.

De muro Symondi de Rippa fuit ordinatum quod portentur franchesie d. vicario et se deffendatur.

De salariis F. Grossi et G. de Quarro fuit ordinatum eis dari ut superius proxime fuit apparatum organo d. magistri hospicii.

*Veneris xiij octobris*, existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa ; — P. de Nanto, P. Magnini, H. Valeti, B. Bernardi, G. Fabri, G. de Quarro, P. Levrerii, G. Rogeti, P. Braseti.

(35) Fuit conclusum super processu H. Revaclerii quod ulterius consulatur per alium doctorem cum d. A. Sostionis.

*Martis xvij octobris*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis ; — A. de Sancto Michaele, H. Valeti, P. de Nanto, P. Magnini, Ja. Nerga, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, G. Rogeti, P. Braseti.

De facto Jacobi Catelani fuit ordinatum, contemplacione d. vicarii intercedentis pro eo, quod loquatur et appunctuetur cum Jo. Maliardi de equo petito, etc.

De supplicacione data per Revaclerii fuit ordinatum quod consulatur processus per doctores, et si debeat admicti ad deffensiones vel ne.

De computis Ja. Paqueti ad causam gabelle fuit facta relacio per Braseti [et] Valeti, auditores computorum, quod plus recepit quam libravit de ij florenis, x solidis, vj denariis, et sic restat debens : ij florenos, xj denarios.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum quod intrantur Jacobo Paqueti duo floreni, x solidi et vj denarii, pro certis expensis factis per eum nomine communitatis contra Johannem Clerici : ij floreni, x solidi, vj denarii.

*Martis xxiiij octobris*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, G. de Crosa, F. Grossi ; — A. de Sancto Michaele, G. Rogeti, P. de Nanto, Ja. Nerga, P. Versonay, B. de Sancto Michaele, A. Regis, P. Braseti, P. Magnini, H. Valeti.

(36) *(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Anthonius Lyonardi, notarius, parrochie Sancti Germani, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*



Fuit ordinatum dari Glaudio Macri duos florenos super ejus borgesia.

Fuit ordinatum admicti debere articulos H. Revaclerii.

Ibidem auditores computorum retulerunt conclusionem computi G. de Fogia anni lxxviij et lxxix ut in quodam folio papiri penes Braseti existente [1].

*Martis ultima octobris*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis ; — G. Rogeti, A. de Sancto Michaele, H. Valeti, P. de Nanto, Ja. Nerga, B. de Sancto Michaele, N. de Nanto, A. Regis, P. Levrerii, G. de Quarro, P. Braseti.

De muro Symondi de Rippa fuit ordinatum quod loquatur d. vicario quod disruere velit, alioquin protestetur et accipiantur lictere testimoniales.

De recuperatore eligendo fuit conclusum quod ponatur unus de Quarro aut unus alius et suprascripta exponantur in consilio generali et nominetur eciam G. de Fogia.

*Die Martis vij novembris :* H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa ; — A. de Sancto Michaele, P. Magnini, A. Regis, G. de Quarro, P. de Nanto, Ja. Nerga, Bo. de Sancto Michaele, N. de Nanto, P. Braseti.

(37) Fiat mandatum Girardo de Fogia quod solvat Girardo de Vaudo quinque florenos et tres solidos pro reparacione carrerie Sancti Gervasii versus Corrateriam, ut in rotulo. — *(Levatum est.)*

Fiat ulterius mandatum Johanni Mallens de xij florenis pro salario anni novissime lapsi hospitalis Palacii [2]. — *(Levatum est.)*

Fuit ordinatum loqui in consilio generali de erreragiis et cui debent commicti recuperanda.

*(Burgensis.)* — || Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Girardi, mercator, parrochie Sancti Gervasii, x florenis, j colovrina. || — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Johannes Bernardi, tinturerius, parrochie Madalenes, fuit creatus burgensis pro viij florenis, omnibus. — *(Levatum est.)*

[1] Ces comptes ne se trouvent pas aux Arch. d'Etat.

[2] Sur les origines de l'hôpital des pestiférés, dont il sera fréquemment question dans le présent registre, voir J.-J. Chaponnière et L. Sordet, *Des hôpitaux de Genève avant la Réformation,* dans M. D. G., t. III, p. 276 et suiv.

*(Burgensis.)* — Item Johannes Voysins, de Divione, mercerius, parrochie Madalenes, fuit creatus burgensis pro viij florenis, omnibus. — *(Levatum est.)*

*Mercuri viij novembris,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — A. de Sancto Michaele, P. Braseti, Andrea Regis, P. de Nanto, Ja. Nerga, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, P. Versonay, H. Valeti, P. Magnini, G. Fabri.

De muro Symondi de Rippa fuit ordinatum quod P. Braseti tractet cum eodem, et si velit dare decem scuta pro reparacione scole, quod accipiantur.

De illis qui recusant facere vigil fuit ordinatum quod expresse compellantur per levacionem bonorum ad solvendum.

(38) *Die Dominico xij novembris,* existentibus in claustro Sancti Petri, in consilio generali, etc. : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; — necnon n. Petro de Pemes, d. officiali, d. Anthonio de Villiaco et d. Andrea de Croseto, canonicis; — necnon G. Rogeti, Johanne Royer, G. de Fogia, A. Regis, Ste. de Putheo, H. Biatrisii, P. Gacheti, Jo. Rycamey, B. Bernardi, Jo. Roberti, G. de Quarro, P. Levrerii, P. Braseti, P. de Nanto, P. Magnini, P. Cortagier, Janino de Bornando, Ja. Nerga, Johanne Pro, Ja. Chenevalis, Masseto Legay, R. Dorseriis, P. Versonay, Petro de Grangia, Ja. Pallien, F. Mugnerii, G. Viennesii, P. Lorencii, G. Rogeti, Ja. Paqueti, Moneto Le Saunier et pluribus aliis.

Ibidem per quos supra fuit posita venta vini ad sex grossos cum dimidio.

Ibidem fuit data potestas d. sindicis et eorum consilio ordinario providendi de recuperatore seu recuperatoribus quorumcumque erreragiorum tocius civitatis eciam taxe et aliorum, etc., et cum eis appunctuandi de eorum salariis.

*Martis xiiij novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; —



G. Rogeti, P. Braseti, P. Magnini, A. Regis, Ja. Nerga, G. de Quarro, P. de Nanto.

In incarceratis, videlicet de domina de Briaz et Revaclerio, quod quomodocumque sit fiat justicia, non obstantibus quibuscumque, et loquatur dominis de consilio episcopali.

De vino transeunte per franchesias fuit ordinatum quod de transitu simplici nichil solvatur.

Fiat mandato Petro Marepoz, carpentatori, de xxxv solidis contentis in rotulo. — *(Levatum est.)*

(39) De vino novo fuit ordinatum quod cridetur quod non vendatur vinum de pays ultra sex denarios, et vinum de Somon et de Semina ultra x denarios, et vinum de Choutagnia ultra xij denarios.

De recuperatoribus reste talee fuit ordinatum quod melius facienti quod detur recupera.

In computis F. Grossi et G. de Quarro fuit ordinatum quod imponatur finis et imponatur seu inseratur lictera testimonialis de eorum salariis.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Nicodus de Monte, cudurerius, parrochie Sancte Crucis, pro vij florenis, j sellioto. — *(Levatum est.)*

*Die Veneris xvij novembris,* coram H. Emerici, F. Grossi et G. de Crosa.

Fuit creatus burgensis Petrus de Conaz, parrochie de Onyon, affanator, pro vij florenis, j sellioto. Glaudius, ejus filius, affanator, parrochie Madalenes, promictit solvere.

*Martis xxj novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa ; — N. Lingoti, G. Rogeti, P. de Nanto, P. Magnini, Ja. Nergaz, A. Regis, G. de Quarro, P. Braseti.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes Bochet, de Fordeplanoz in Burgondia, soquerius, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

De supplicacione porrecta per Laurencium Clement fuit ordinatum quod nichil potest super eadem provideri.

De alia Jo. Chanavelli fuit ordinatum quod illam reficiat et melius declaret.

Ibidem fuerunt deputati exactores talee G. de Fogia et G. de Quarro, ad quintum denarium, ita et taliter quod infra annum habeant totum recuperare eorum sumptibus propriis super dicto quinto denario, aut facere exactam diligenciam et monstrare, prout ita promiserunt et juraverunt, aut reddere eosdem condempnatos aut quod fecerint cessionem bonorum.

(40) *Martis xxviij novembris*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Carro [G. de Crosa], sindicis; — N. Lingoti, P. de Nanto, P. Magnini, N. de Nanto, A. Regis, H. Valeti.

De computis F. Grossi et G. de Quarro fuit ordinatum quod ponatur finis hodie, veniat Braseti vel ne, ipso vocato.

De vigilli fuit ordinatum quod fiat modo solito et advertantur secrete disinerii quod sint sub eorum custodia.

De uxore dicti Perroz fuit ordinatum quod capiatur.

*Die Veneris prima decembris,* existentibus in consilio n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Franciscus de Bardo, de Ballesone, sutor, parrochie Madalenes, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Symondus Bugniet, experonerius, parrochie Marie Madalenes, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Thomas Banosii, de Aquiano, parrochie Marie Madalenes, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Bartholomeus Joly, de Marva, cudurerius, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est. — Crosa recepit.)*

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannetus Carra, de Cheyseriez, escoferius, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*



(41) *Martis v decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, A. Regis, P. de Nanto, N. de Nanto, P. Magnini, Ja. Nerga, G. Rogeti, P. Levrerii, G. de Quarro, P. Braseti.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Leo Farodi, de Castro Caroli, clericus, contemplacione d. judicis excessum, gratis.

Ibidem prefati d. sindici pecierunt sibi remicti per d. castellanum dominam de Briaz, si illam habeat in sui potestate, sin autem protestatur etc. Quibus d. castellanus respondit quod ipse illam non habet penes se et quod ipse non posuit custodes in castro Insule nec parvum Jo. Nandini nec Ja. Chenevalis, sed illos posuit et creavit illustris dominus noster episcopus, et non fuisse nec esse causa, etc.

Ibidem Theobaldus Martelleti et Reynaudus Champelli, super differenciis habitis inter n. Glaudium de Bardonenchia et Andream Regis, alias Bornioz, in domo quondam Grisodi, pronunciaverunt quod dictus Andreas Regis possit et sibi sit licitum facere fenestram retro jam inceptam, ita et taliter quod debeat ipsam facere ferrare et quod non prejudicet eidem nobili de Bardonenchia, ad modum fenestre inferius, et ita ordinaverunt assignato ad hodie premissa visuro dicto de Bardonenchia, relatu de Torna servientis.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Glaudius Violet, de Rignier, sutor, parrochie Madalenes, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum G. de Fogia de xliij florenis, vj solidis, vij denariis cum obolo, contentis in rotulo exhibito et per P. Braseti et quos supra visitato.

In computis n. Francisci et Guillelmi de Quarro per quos supra et maxime per P. Braseti fuit conclusum in ipsis computis ut in memoriali seu folio papiri manu P. Braseti scripto, incipiente : Recepte computi, etc., et finiente : Et sic xj s.

Fiat mandatum A. Achardi de xxv florenis, pro ejus salario sindicatus anni novissime lapsi.

*(Locacio furni.)* — Ibidem per quos supra maxime per d. sindicos fuit admodiatus furnus ville Francisco Mugnerii, convigilli, spacio trium annorum inchoandorum die festi Penthecostes proxime venturi, sub salario cujuslibet anni xxvj florenorum solvendorum secundum bo-

nos usus, etc., et quod teneatur cavere unum mensem ante aut solvere; promictentes, etc.

(42) *(Burgensis.)* — Ibidem Mermetus Guilliocti, de Vers, mercator, fuit creatus burgensis pro x florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Jacobus de Nemoribus, de Langino, carpentator, parrochie Madalenes, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*Martis xij decembris*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — Ja. Nerga, H. Valeti, A. de Sancto Michaele, P. de Nanto, A. Regis, P. Levrerii, P. Magnini, G. Rogeti, N. de Nanto, G. de Quarro.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Girardo de Fogia quod solvat Durando Babodi videlicet sex florenos qui sibi dantur pro ejus pena. — *(Levatum est.)*

Ibidem per quos supra Johanni Novelli fuit dictum quod reparare habeat per eum edifficata juxta et prope fontem Sancti Leodegarii, facta in prejudicium dicti fontis, alioquin protestatur contra eumdem, qui se obtulit paratum reparare et facere quod fons predictus non destruetur in toto neque in parte.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes de Palude, de Chalex, cudurerius, parrochie Sancti Germani, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

Ibidem fuit conclusum super rotulis d. cancellarii quod remictetur ad Martis.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Amedeus Revagnierii, de Nausereto, sutor, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Francisco Grossi de iij$^{c}$ vij florenis, vij grossis, xj denariis, sibi debitis pro resta suorum salariorum ad causam recupere talee, directivio G. de Fogia et G. de Quarro, receptoribus. — *(Levatum est.)*

*Martis xix decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, sindicis; —



A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, P. Magnini, N. de Nanto, A. Regis, G. de Quarro, P. Levrerii, Ja. Nerga, P. de Nanto, G. Fabri, P. Magnini.

(43) Fuit ordinatum quod relevetur mandatum unum de xl florenis, viij solidis, jam levatum, directivium F. Grossi et G. de Quarro pro tradendis G. Fogia.

Fuit ordinatum quod exactores talee differantur molestare pro talea domus Totarum Animarum, ascendente ad xxx florenos, usque aliud habuerint in mandatis.

Ibidem mandatur deduci de firma Roberti de Cresto duo florenos de crida, pro anno presenti dumtaxat. — *(Levatum est.)*

Ibidem Petrus Rosserii, assertus procurator fiscalis ducalis, super detencione A. Regis exhibuit quasdam licteras dominicales quas exequi voluit contra dictos d. sindicos, qui d. sindici contra eumdem fuerunt protestati quomodo non debet nec potest exequi in presenti civitate sine licteris placitoriis, protestando de dampnis interesse cum franch[es]ie aliud disponant, quibus derogare non intendunt.

*Die Martis xxvij* [*xxvj*] *decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h.: H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi; — N. Lingoti, P. Braseti, P. de Nanto, A. Regis, B. de Sancto Michaele, P. Magnini, N. de Nanto, Ja. Nerga, G. de Quarro.

De facto seu talea Ludovici de Brucellis fuit ordinatum quod nichil fiat aliud nisi ut jam fuit factum.

Fuit conclusum quod mictatur unus ydoneus ad dominum nostrum episcopum, de consilio tamen d. vicarii, super negociis et factis Aymonis Regis detenti in domo episcopali.

## M$^{o}$ IIIJ$^{c}$ LXXX PRIMO.

*Die Martis ij januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — A. de Sancto Michaele, N. Lingoti, A. Regis, P. Magnini, P. de Nanto, Ja. Nerga, G. de Quarro, B. Sancto Michaele, N. de Nanto, P. Braseti.

(44) De facto Jacobi Nerga petentis sibi satisfieri de ejus pena ad

causam taxe fuit conclusum quod actento quod non sunt bene informati, quod remicti(ti)tur ad unam aliam diem.

Ibidem fuit conclusum dari egregio P. Braseti, pro ejus pena habita tam in visitacione computorum Jo. Clerici, G. de Fogia, quam [in] custodia clavium artillieriarum civitatis, videlicet viginti quinque florenos, ita et taliter quod custodire habeat dictas claves et capere penam faciendi construere scalam et exigere ab illis qui dare voluerunt. — *(Levatum est.)*

Ibidem fuit ordinatum michi deduci in talea mea mis Consilii omne id et quicquid debeo, pro pena per me habita in mandatis per me factis durante talea, quam conclusionem recepit P. de Nanto. — *(Levatum est. — Signavit P. Nanto.)*

De scalis fuit ordinatum quod visitentur per villam que deficiunt.

De coreis sutorum fuit ordinatum quod loquatur d. vicario.

Fiat mandatum xij vigillibus de xxxij florenis pro eorum vestibus eis datis more solito. — *(Levatum est.)*

*Martis ix januarii,* existentibus in consilio ordinario : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi et G. de Crosa; — N. Lingoti, H. Valeti, P. de Nanto, Ja. Nerga, P. Magnini, B. de Sancto Michaele, N. de Nanto, A. Regis, B. de Monte, G. de Quarro, P. Braseti; — N. de Solerio, A. de Platea, Ja. de Mara, Jo. Albi, G. Venerii, G. Balleti, P. Jaqueti, Glaudio Arnodi, filio G. Gervasii, Anzone Arnaudi, H. Fontanes, Jo. de Platea, N. Lingoti.

(45) *(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Jacobus Sadoz, de Mornay, parrochie Sancti Germani, rutisserius, pro vij florenis, j sellioto. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Anthonius de Urteriis, chausaterius, parrochie Sancti Gervasii, pro v scutis, et unam salladam. — *(Levatum est.)*

Ibidem super licteris d. ducis ad causam Aymonis Regis fuit ordinatum quod si d. Stephanus, qui ivit Chamberiacum pro hoc facto, habeat onus mictendi ad dominum nostrum episcopum, quod non mictatur alius, et si non habeat onus quod mictatur unus ad ipsum qui vadat postea ad d. episcopum, quibus suprascriptis fuit significatum quod se habeant custodire donec fuerit provisum.



Ibidem fuit conclusum quod fiat crida quod nemo audeat ire per civitatem die noctuque deguisatus, nec gerat visagerias nec falsos nasos, sub pena, nec quod fiat arvaria per dictam civitatem.

Deinde quod cridetur quod non emantur alique denariate sicuti corea etc., foris civitatem.

Deinde fuit ordinatum quod visitentur scale et crocheti et fiant necessarie super aliquibus burgensibus reperiendis per desnerios.

*Martis xvj januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — N. Lingoti, P. Magnini, Ja. Nerga, N. de Nanto, A. Regis, B. de Sancto Michaele, P. de Nanto, G. de Carro, P. Braseti.

De resta talee Glaudii Viennesii fuit ordinatum quod compellatur rigide ad solvendum taxam.

De facto Ludovici de Brusellis citra derogacionem ordinacionum jam factarum ad causam sue taxe, qui supra sunt contenti, quod possit et valeat ire et redire ut voluerit secure, sine impedimento quocumque, et hoc tempore durante quo dicti d. sindici erunt in officio.

(46) *Martis xxiij januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — N. Lingoti, A. Regis, Ja. Nerga, N. de Nanto, G. de Carro, H. Valeti, P. Versonay.

Ibidem fuit ordinatum quod fiant scale et dentur in tachium.

De domino Allii fuit ordinatum quod dicatur d. castellano quod sibi deffendat civitatem.

De Ludovico de Brucellis fuit ordinatum quod videatur, auditis taxatoribus.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Dominicus Savignier, de Biolea, tonsor, parrochie Madalenes, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*Martis penultima januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa; — N. Lingoti, P. Braseti, P. Magnini, P. de Nanto, Ja. Nerga, N. de Nanto, B. de Monte, G. de Carro, A. Regis, H. Valeti.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Girardo de Fogia quod solvat Jacobo Grubleti, carpentatori, videlicet xxvij florenos, in quibus dicta civitas sibi tenetur pro reparacione pontis latrenarum Corraterie noviter edificati. — *(Levatum est.)*

*(Mandatum.)* — Mandantur intrari G. de Fogia xxvij florenos, iij solidos, viij denarios, contenti in rotulo ultimo ordinario exhibito et visitato.

Fuit ordinatum quod cras convocentur unus bonus numerus ex melioribus civitatis et aligendos [1] sindicos fiendos, et non fiat per brevetos sed scribantur eorum dicta.

De voto misse sancti Sebastiani fuit ordinatum quod d. sindici vadant crastina die ad capitulum d. canonicorum et ibidem appunctuent ut missa dicatur modo solito si possit, etc.

De rotulo exhibito per Hugonem Valerii, qui petit sua salaria, fuit commissum d. sindico Grossi, N. Lingoti et H. Valeti, qui cum eodem appunctuare habeant et refferant si possit cum eo tractare ad tres grossos in die.

(47) De iiij$^{xx}$ florenis positis in computo G. de Quarro pro certis bonis sue matris, quod si solvat quod fiat sibi lictera per dominum et civitatem more solito et non fiat mencio in computis predictis.

*Die Dominico quarta februarii,* existentibus in consilio generali in claustro Sancti Petri Gebennarum, sono campane, more solito, existentibus in eodem n. et h. viris : Jo. Polliuti, Francisco Grossi, H. Emerici et G. de Crosa, sindicis; — necnon Petro Braseti, G. de Carro, N. Lingoti, A. Regis, Matheo Scarron, P. de Nanto, Petro Magnini, P. Versonay, N. de Nanto, Mich[ael]e Lingoti, Girardo Rogeti, Petro Mermodi, Ansermeto de Platea, Jacobo Pallien, Johanne Albi, Hugonino de Bolo, Vauterio Chernavelli, Jo. Malagniodi, Jacobo Nerga, P. de Cresto, Jo. de Palude, Hugoneto Boconis, Moneto Prodons, Glaudio Arnaudi, Jo. Calabris, F. Pecolati, H. Frechet, G. Gervasii, Janino de Mara, Jo. Rogoz, Marqueto Thoniaux, Stephano de Puteo, Jo. Novelli, A. Lionardi, Jo. Clerici, Ja. Paqueti.

Ibidem fuerunt electi et creati sindici n. et h. : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis et G. Fabri, qui juraverunt, etc.

[1] *Lisez :* ad eligendos.



(49) Appunctuamenta facta in consilio communis insignis civitatis Gebennarum, cepta de anno Domini M$^{o}$ iiij$^{c}$ octuagesimo primo, quo creati et constituti fuerunt sindici nobiles et egregii Nicolinus Lingoti, Petrus Magnini, Andreas Regis et Guillelmus Fabri, Hugonino Consilii secretario et G. de Fogia receptore.

*Et primo die Martis sexta mensis februarii,* fuerunt electi consiliarii n. et egregii Girardus Rogeti, Johannes Polliuti, Franciscus Grossi, Guillelmus de Crosa, Jacobus Nerga, N. de Nanto, Petrus de Nanto, Petrus Braseti, H. Emerici, H. Valeti, Roleto Arnaudi, Glaudio Ravonelli, Bartholomeo Bernardi, Petro Versonay, Petrimando Gavid, Jo. Veluti.

Ibidem presentibus quibus supra egregius de Crosa remisit claves quas habebat d. sindicis supranominatis, videlicet portarum Nove et Tartasie.

*Die Veneris ix februarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h.: N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri; — H. Emerici, F. Grossi, G. de Crosa, P. Braseti, P. de Nanto, N. de Nanto, Jo. Veluti.

Ibidem egregius Petrus Braseti reddidit claves arche Sancti Petri, que est de civitate, quas tradidit d. sindicis modernis.

*Martis xiij februarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri; — H. Emerici, F. Grossi, Jo. Polliuti, G. de Crosa, G. Ravonelli, P. de Nanto, B. de Monte, Ja. Nerga, Johanne Veluti, Ny. de Nanto.

Dato in consilio casu Hugonini Consilii si residere debeat pro scriba communi ville, fuit conclusum per supradictos consules quod sit, nemine discrepante [1].

(50) *Martis xx februarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillelmo Fabri, sindicis; —

[1] Cet article est écrit d'une autre main dans le registre.

G. de Crosa, F. Grossi, Ja. Nerga, B. de Monte, P. de Nanto, R. Arnaudi, P. Versonay, Jo. Polliuti, G. Rogeti, P. Braseti, Jo. Veluti, H. Valeti.

De facto seu rotulo domini Estienne fuit ordinatum et conclusum quod nichil habeat a civitate, ut jam fuit ordinatum.

De detencione Girardi de Fogia fuit ordinatum quod d. sindici instent erga dominum vicarium de ejus relaxacione, saltim mediante caucione.

Fuit ordinatum quod instetur quod Jo. de Leone et certi ejus hospites ruphiani, quod capiantur.

Ibidem fuit[1] confirmati et iterum electi auditores computorum civitatis, videlicet n. P. Braseti, Franciscus Grossi et Hugonetus Valeti.

*Mercuri xxj februarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, A. Regis, G. Fabri; — Jo. Polliuti, P. Braseti, R. Arnaudi, Girardo Rogeti.

Ibidem fuit loquutum si crida debeat fieri quod octiosi vacuare habeant civitatem vel si sit pro meliori quod notifficetur hospitibus quod retrahere non habeant ; fuit ordinatum quod stetur consilio domini.

*Martis xxvij februarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillelmo Fabri, sindicis; — H. Emerici, Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, P. Braseti, H. Valeti, P. de Nanto, G. Rogeti, (51) Ja. Nerga, B. de Monte, R. Arnaudi, N. de Nanto, Jo. Veluti.

Ibidem n. Henricus Emerici tradidit et exbursavit Johanni Roberti et Jaquemeto Rogoz, veluti procuratoribus Totarum Animarum, videlicet centum florenos parvi ponderis legatos per n. Ja. de Pemes, et depost illos centum florenos tradidit custodiendos h. Guillelmo Fabri, qui illos solvere convenit et restituere tociens quociens, presentibus d. sindicis.

De cridis fiendis fuit ordinatum quod fiant, actamen sine officiariis et armis, et non ponatur pena indignacionis domini.

[1] *Lisez* : fuerunt.



De muro Symondi de Ripa fuit ordinatum quod si velit tradere decem scuta ordinata quod accipiantur, alioquin deruatur murus.

De supplicacione G. de Vaudo fuit ordinatum quod solvat ejus taleam non innovando suis mandatis.

De facto d. cancellarii fuit ordinatum quod stetur ordinacionibus jam factis super hoc.

De scola fuit ordinatum quod fiat, obtenta licencia a domino, et datur commissio h. viris G. de Crosa, F. Grossi, P. Braseti, H. Valeti, presentibus, etc.

De vigillibus fuit ordinatum quod non diminuatur numerus.

*Die Veneris ij marcii :* N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, Jo. Veluti, Ja. Nerga.

*(Burgensis.)* — Ibidem Guillelmus Comitis, de Sieges, mercator, parrochie Madalenes, fuit creatus burgensis pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Et promisit pro Petro Comitis, ejus fratre, solvere et eumdem facere venire jurare burgensem pro vij florenis, j colovrina. — *(Est inferius.)*

*Martis vj marcii,* existentibus in consilio n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillelmo Fabri, F. Grossi, G. de Crosa, P. de Nanto, Ja. Nerga, N. de Nanto, Jo. Veluti, H. Valeti.

(52) De marcellariis fuit ordinatum quod eligatur unus bonus numerus de melioribus et ceteri resequentur et penitus removeantur consilio d. vicarii.

De revenditoribus piscium fuit ordinatum quod deputentur duo qui habeant custodiam ut revenditrices et alii non emant donec burgenses sint provisi.

De scamno quod vult edifficare relicta Anthonii Fabri fuit ordinatum quod non permictatur eidem fieri illud.

De frumento vendendo fuit ordinatum quod permictatur pro nunc emere volentes, dummodo non sit excessus, et antequam vendatur fuit ordinatum quod ponatur bannereta more et in loco solito.

*Lune xiij [xij] marcii.*

*(Burgensis.)* — N. Jacobus Jaquinodi, capitaneus domini in castro Insule, fuit admissus in burgensem per iiij$^{or}$ sindicos, qui juravit, et hoc gratis.

*Martis xiij marcii* [1], d. sindici et eorum consiliarii fuerunt in Insula pro Aymone Regis examinando et sic non potuerunt esse in Domo ville.

*Die Martis xx marcii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — Johanne Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, Ja. Nerga, N. de Nanto, P. de Nanto, P. Braseti.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum G. de Fogia et G. de Carro [2] quod solva[n]t Ste. de Furno pro x sestariis rubei [3] dati domino, videlicet pro quolibet sestario triginta grossos. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum G. de Fogia quod solvat Jaquemeto Rogoz videlicet decem florenos parvi ponderis causa pene et laboris per eum habitis pro civitate.

De scamnis Arlo et Berterati, remictuntur G. de Fogia et de Quarro, receptoribus.

De mandatis vigillum, quod stetur mandatis jam factis.

De d. Stephano, presbitero domini, fuit ordinatum quod stetur ordinacionibus jam factis et detur supplicacio domini.

De Symondo de Ripa fuit ordinatum quod terminetur sibi murus et faciat que promisit.

De somellerio petente sibi dari taleam fuit ordinatum quod hic non est bonus numerus consiliariorum. Et ita dicatur domino.

De pondere farine admodiando P. Filancet remictitur ad aliam diem.

Fiat mandatum G. de Fogia quod solvat castellano Galliardi videlicet unum florenum pro pena per eum habita veniendo ad hanc civitatem pro exequucione fienda domine de Briaz, quam non fecit.

[1] Cette note a été intercalée au bas du verso du folio 51.
[2] Ce nom a été ajouté au-dessus de la ligne.
[3] Le secrétaire avait d'abord écrit : pro ix sestariis cum dimidio vini rubei.



De pavisserio petente, ut jam alias peciit, ejus rotulum fuit ordinatum quod vocentur illi quos tangit et solvant si non solverint.

Fuit ordinatum quod porta Baudet apperia[tur].

(53) *Martis xxvij marcii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillelmo Fabri, sindicis; — Jo. Polliuti, Ja. Nerga, F. Grossi, P. de Nanto, P. Versonay, G. de Crosa.

Ibidem fuit ordinatum quod provideatur de duodecim vigillibus sufficientibus et ydoneis, qui habeant custodire et facere vigil de nocte, videlicet sex ante mediam noctem et alii sex a media nocte usque ad diem.

Deinde quod in portis ville ponatur unus ydoneus, videlicet in qualibet porta, qui continue manere et stare habeat sumptibus civitatis, et non fiat aliud vigil.

De domo Jossini de Sancto Michaele fuit ordinatum quod locetur precio sex florenorum in anno si plus reperiri non possit.

*Die penultima marcii,* coram n. Nicolino Lingoti et A. Regis, consindicis.

*(Juramentum.)* — N. Aymo de Greyres, locumtenens magnifici d. vicedompni, presentavit n. Percivalum de Eschalone pro locumtenente et castellano hujus civitatis, qui Percivalus juravit franchesias in manibus quorum supra, more solito, presentibus G. de Crosa, Glaudio Romagneti, A. Vinseriis, Ludovico Brand.

*Die Martis iij aprilis,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri; — Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, P. de Nanto, Ja. Nerga, N. de Nanto.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis n. Percivallus de Exchallone, vicedompnus hujus civitatis, qui juravit franchesias, gratis.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Girardo de Fogia et G. de Quarro quod solva[n]t Michaeli Lingoti, pro xxiiij facibus et vij quarteronis cum dimidio ypocratis datis domino nostro episcopo, videlicet xxij florenos, vj grossos. — *(Levatum est.)*

(54) De turribus preparandis fuit data commissio Girardo de Fogia quod visitet et faciat neccessaria.

De supplicacione data quod visitetur domus domini Ranversii per [sindicos] fuit advisatum quod erit pro meliori quod d. procurator faciat visitacionem et non d. sindici, eo quia est clerico.

De vigilli fuit ordinatum quod accipiantur duodecim vigilles qui continue habeant servire civitati et non alteri, et quod septem ex ipsis continue serviant in portis civitatis, et reliqui seu alii sicut inter se voluerint pariter habeant facere vigil de nocte, et quod stipendientur per civitatem.

De scamnis ante alam jam ceptis fuit ordinatum quod illud quod est factum maneat, in residu dealbetur, et conficiantur || claves || cruces [ut] non fiat immondicia.

*Die Martis x aprilis,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: Nicolino Lingoti, A. Regis, Guillelmo Fabri; — Ja. Nerga, H. Valeti, P. de Nanto, de Crosa, N. de Nanto, Jo. Polliuti.

Ibidem Bartholomeus Filanceti fuit constitutus custos duarum portarum, videlicet pontis Rodanni et Corraterie, per unum annum hodie incohandum, sub salario xij florenorum et unius camere in hospitali prope dictum pontem [1].

Reymondus fuit constitutus vigil hujus civitatis necnon custos porte Sancti Leodegarii, sub salario xij florenorum, ita quod non sit astrictus nisi in vigilli custodia de nocte et custodia dicte porte; de ceteris videlicet soneria et sepmaneria eximitur.

Johannes de Ulmo alias Ricamey fuit constitutus vigil.

Roletus de Vaudo constitutus eciam vigil.

*(Burgensis.)* — Mermetus Furjodi, de Boegio, escoferius, fuit constitutus burgensis, vigil et custos porte Sancti Anthonii, sub salario xij florenorum, et pro borgesia vij florenos, j sellioctum. Eximitur a soneria et sepmaneria, vij florenos, j sellioctum. — *(Levatum est.)*

*Veneris xiij aprilis,* existentibus in consilio n. et h. viris : N. Lingoti, A. Regis, G. Fabri; — G. de Quarro, P. Levrerii.

Ibidem Mermetus Foyserii, cudurerius, et Johannes (et Johannes) Grangie fuerunt constituti custodes et champerii, etc.

[1] Comp. J.-J. Chaponnière et L. Sordet, ouvr. cité, dans M. D. G., t. III, p. 224.



(55) *Martis xvij aprilis,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillelmo Fabri, sindicis; — Jo. Polliuti, F. Grossi, G. de Crosa, Ja. Nerga, Bo. Sancto Michaele, P. Braseti, H. Valeti, R. Arnaudi, P. Levrerii, P. de Nanto, N. de Nanto, G. de Quarro, G. Rogeti.

*(Commissio.)* — Ibidem Girardus de Vaudo exhibuit unum calicem cum patina novum in presencia quorum supra necnon Johannis Roberti et Jaquemeti Rogoz, procuratorum Totarum Animarum, et d. Ludovici Ciclati, rectoris capelle hospitalis pontis Rodani, quem recepit et confessus fuit habuisse ad opus dicte capelle, ita quod cavere teneatur etc., et de quo prefati prefatum Girardum de Vaudo quictant, etc.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Jacobo Quibleti, pro scamnis factis in ala et ut in rotulo, de x florenis, viiij denariis.

De platea pertinente civitate, site supra pontem Rodani, fuit ordinatum quod remonstretur domino quomodo pertinet civitati et quod civitas vult edifficare dictum chosale.

De vigillibus fuit ordinatum quod d. sindici provideant et fiat vigil forcius istis diebus.

De scola fuit ordinatum quod Girardus de Fogia, sibi assistentibus P. Braseti et P. de Nanto, recuperet et in librata ponat.

Ibidem fuit ordinatum quod due desinerie compellantur ad solvendum H. Valeti et Jacobo Paqueti videlicet belluare platee Molaris quod fieri fecerunt eorum sumptibus propriis.

De scamnis noviter factis in ala et de ponte fiendo in Longamala fuit ordinatum quod commictatur visitacio.

De cridis bladi fuit ordinatum quod proclamentur more scripto.

*Die || Veneris || Sabbati xxj aprilis.* Dominus castellanus de sero remisit d. sindicis Georgium Porterii, detentum in domo episcopali per archerios domini ultra formam franchesiarum; ideo in observacionem earumdem d. castellanus parte domini illum remisit dictis sindicis illa nocte custodiendum in Domo ville, et in crastinum illum remictant, de quibus prefati d. sindici pecierunt licteras testimoniales concedendas. Actum in Domo ville, presentibus soudano, Glaudio Romagneti, Durando Babodi.

(56) *Die Martis xxiiij aprilis*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillelmo Fabri, sindicis; — F. Grossi, Jo. Polliuti, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, P. de Nanto, Ja. Nerga, P. Braseti.

De Francisco Macri petente sibi satisfieri de pena clavis pontis Aeris fuit ordinatum quod nichil habeat quia fuit inclusum in xxvij florenis sibi datis.

De chosali pontis Rodani fuit ordinatum quod villa edifficet et non alienetur alteri.

De somellerio capiente personas de nocte per civitatem, sicuti Georgium Porterii, quod provideatur erga dominum quod amplius non fiant talia insulta et non permictatur quia cadit in enervacionem franchesiarum.

Fuit ordinatum dari fratri predicatori Palacii videlicet decem florenos pro ejus pena predicandi. — *(Levatum est.)*

*Die Martis prima maii*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri, sindicis; — F. Grossi, G. de Crosa, Ja. Nerga, N. de Nanto, Bo. de Sancto Michaele, P. de Nanto, P. Levrerii, G. de Carro, Jo. Polliuti.

Fiat mandatum G. de Fogia quod solvat N. Lingoti videlicet decem florenos pro reparacione pontis Sancti Gervasii versus Cornavinum.

De bocheriis fuit ordinatum quod die crastina evocentur coram persona domini, in ejus audiencia, et fiat tunc provisio bona ut omnes possent habere carnes, etc.

De frumento et grineriis fuit ordinatum eciam cras loquatur in dicto consilio domini et fiat bona provisio ut non extrahatur a civitate.

De Arva fuit ordinatum quod obvietur ne aqua disruat.

(57) *Die Martis viij maii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri, sindicis; — F. Grossi, Ja. Nerga, N. de Nanto, P. de Nanto, P. Levrerii, G. de Crosa, G. de Quarro, P. Versonay, H. Valeti.

Super fimo Molaris traditur Hugoneto Valeti prout Symondus de Ripa tenebat, subque precio et firma per eum tentis, ad et per unum annum.



Fuit ulterius ordinatum quod edifficetur casale prope Rodanum et domum Aymonis de Versonay ad opus communis hujus civitatis, participato consilio cum magistro hospicii.

Fuit ordinatum quod visitentur orrea hujus civitatis.

Fuit ordinatum quod P. Levrerii obtineat commissionem a domino contra macelarios, que videatur.

Fuit ordinatum quod apperiatur porta Baudeti dummodo tute custodiatur.

*Die Martis xv maii*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis, G. Fabri; — F. Grossi, G. de Crosa, Glaudio Ravonelli, Ja. Nerga, P. de Nanto, G. de Carro, P. Versonay, P. Levrerii.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Girardus Bussard, affanator, parrochie Sancti Germani, pro vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*(Vigil.)* — Item idem Girardus fuit creatus et admissus vigil dicte civitatis, qui juravit etc., et ejus borgesia deducetur super dicto vigil.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Petrus de Nemoribus, de Confignion, parrochie Sancte Crucis, borserius, pro vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*(Custos.)* — Idem Petrus de Nemoribus fuit constitutus custos porte Sancti Anthonii sub salario duodecim florenorum parvi ponderis solvendorum etc., hodie incohando.

(58) De Johanne Guillardi petente se eximi a gabella vini eo quod est commensalis in domo Aymoneti Guillardi, fuit ordinatum quod solvat.

Fiat crida quod quilibet vadat ad Arvam.

Fiat et obtineatur cras commissio contra macellarios Petro Levrerii.

De latrinis Longuemale fuit ordinatum quod tradatur ad edifficandum illi qui melius faciet.

*Die Martis xxij maii*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — Francisco Grossi, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, N. de Nanto, G. de Quarro, P. de Nanto, P. Levrerii.

De itenere novo fiendo versus Arvam pro eundo ad Prenam [grevam ?] fuit ordinatum quod pachietur cum illis quibus sunt possessiones.

*Die Martis xxix maii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri, sindicis; — F. Grossi, G. de Crosa, (G. de Crosa,) Ja. Nerga, B. de Monte, P. de Nanto, B. de Sancto Michaele.

Fuit ordinatum quod d. castellanus non se intromictat de cetero de venditoribus bladorum nec fiant composiciones per eum.

Item quod restituat Eynacio Perreti iiij florenos, qui composuit eo quia emerat siliginem.

De bocheriis fuit ordinatum quod provideatur erga dominum quod habeantur carnes.

De ulnis et mensuris levatis per castellanum Pinesii, quod non permictatur fieri per eum, sed remonstretur domino quod civitas non sit follata.

Fiat crida quod non accipiatur nemus existens in Arva et reparetur.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Petrus Comitis, parrochie de Dortand, mercator, pro vij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Item fuit eciam creatus burgensis Guillelmus Comitis, frater dicti Petri, ejusdem loci, pro vij florenis, j colovrina ambo [1]. — *(Levatum est.)*

(59) *Die Martis v junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — F. Grossi, G. de Crosa, Ja. Nerga, B. de Sancto Michaele, P. Levrerii, N. de Nanto, P. de Nanto, G. Ravonelli, G. de Quarro.

Fiat mandatum Johanni Biatrisii et Petro de Cruce, carpentatoribus, de xl florenis pro reparacione pontis seu latrinarum Longuemale eis ad tachium traditarum.

De Glaudio Ravonelli et Ja. Nerga petentibus eis satisfieri de eorum pena fuit ordinatum quod Ja. Nerga solvat que debet, et de eorum salario quod consilium generale debeat ordinare et videatur eorum commissio.

De facto Johannis Clerici, quod die crastina finis apponatur.

In Arva eciam fiat reparacio.

De licteris ad causam nundenarum hujus civitatis fuit ordinatum quod iterum fiant alie [2].

[1] Cette dernière prestation concerne les deux frères reçus simultanément. Comp. ci-dessus, p. 167.

[2] Voir ci-dessus, p. 136, n. 1.



*Martis xij junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, G. Fabri, A. Regis, P. Magnini, sindicis; — F. Grossi, G. Rogeti, Ja. Nerga, G. de Carro, P. de Nanto, R. Arnaudi, P. Levrerii, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Johannes de Fernay, mercator, contemplacione magistri hospicii, videlicet n. Petri de Pemes, ad... gratis, j colovrina.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Girardo de Fogia quod solvat Benedicto Mallieti videlicet viij florenos, ix grossos, viij denarios, causa contenta in rotulo. — *(Levatum est.)*

Fuit ordinatum quod edifficetur casale supra pontem Rodani ad opus civitatis.

Quod (p)reparetur pons Sancti Gervasii versus Cornavinum.

Item Arva eciam reparetur pro presenti melius ut poterit.

De pascuis illorum Sancti Gervasii, qui non permictunt pasqueare bestias illorum de civitate.

De facto Johannis Clerici, quod nunc finis apponatur.

(60) *Martis xix junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis ; — F. Grossi, G. de Crosa, H. Valeti, Ja. Nerga, N. de Nanto, R. Arnaudi, P. de Nanto.

Ibidem d. sindici et Johannes Clerici promiserunt stare ordinacioni tocius consilii seu majoris partis super quibuscumque eorum differenciis ad causam reste exactionis talee, libratarum, mandatorum et aliorum (et) computorum dicti Johannis Clerici.

Ibidem Franciscus [1] vigil, modernus fornerius furni ville, protestatus fuit et dicit quod incepit terminum suum die Mercuri novissime lapsa xiij junii, licet dictus terminus debebat incipere in festo Pentecostes.

De mandato facto per dominum nostrum Girardo de Fogia quod solvat d. Stephano fuit ordinatum quod non admictatur tale mandatum.

De Bartholomeo Dannelli fuit ordinatum quod solvat ejus taxam sibi taxatam.

[1] Le nom est resté en blanc.

*Die Martis xxvj junii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — G. de Crosa, Ja. Nerga, B. de Sancto Michaele, R. Arnaudi, P. de Nanto, P. Levrerii, G. de Quarro, H. Valeti.

Ibidem fuit confirmata et data crida Roberto de Cresto hujus civitatis, per tres annos die festi sancti Johannis Baptiste novissime lapsi incohatos et simili die finiendos, annis tribus prius revolutis, sub firma xiiij florenorum quolibet anno.

Et ulterius fiat mandatum eidem Roberto de Cresto quod deducitur eidem anno quolibet de firma, durantibus dictis tribus annis, duo florenos causantibus ejus bonis serviciis. — *(Levatum est.)*

Fuit ordinatum quod fiant cride ad causam epidime [1], deinde quod illi cui sunt domus in civitate non locent seu tradant eorum domus mulieribus de mala vita sub magna pena.

(61) Deinde de vigilli fiendo de sero per hanc civitatem, quod civitas faciat suum vigil more solito, et si dominus velit facere fieri per suas gentes quod faciant prout voluerit non derogando vigilli civitatis.

*Die Martis iij jullii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — G. de Crosa, Ja. Nerga, N. de Nanto, G. de Quarro, R. Arnaudi, P. de Nanto, P. Versonay.

Fuit ordinatum de facto d. Stephani, helemosinarii, quod fiat supplicacio domino nostro quod mandatum fuit obrepticie obtentum et quod civitas non tenetur.

Fuit ordinatum ulterius quod perolerii non veniant ad domum Moreti in prejudicium rei publice.

De Braternia petente sibi restitui ejus vestem fuit ordinatum quod solvat.

De bocherio seu servitore Girardi de Vaudo fuit ordinatum quod sumatur informacio, et si juret esse de pecuniis liberorum fuit ordinatum quod permictatur gaudere.

[1] Il s'agit sans doute de la peste, qui désola fréquemment Genève à cette époque. Voir à ce sujet : L. Gautier, *la Médecine à Genève jusqu'à la fin du XVIII^e siècle,* dans M. D. G., t. XXX, p. 103 et suiv.



*Die Martis x jullii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : A. Regis, P. Magnini, Guillielmo Fabri; — Ja. Nerga, B. de Sancto Michaele, Roleto Arnaudi, G. de Quarro, G. de Crosa, H. Valeti, P. Braseti, N. de Nanto.

Fuit facta relacio computorum G. de Fogia a toto tempore preterito usque ad annum presentem, videlicet per h. viros Petrum Braseti et Hugonetum Valeti, receptores, ut in computo per eos signato et eis reddito.

Fuit ordinatum quod detur in tachium Arva melius facienti voce cride.

Fuit eciam conclusum quod detur in tachium scola et domus ville supra pontem Rodani.

De erragiis civitatis fuit ordinatum quod tradantur Girardo de Fogia.

(62) *Die Martis xvij jullii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri, sindicis; — H. Emerici, F. Grossi, G. de Crosa, Ja. Nerga, B. de Monte, R. Arnaudi, G. de Carro, H. Valeti, P. Levrerii.

*(Burgensis.)* — Ibidem Roletus Danelleti, de Dardignier, affanator, fuit creatus burgensis pro et mediantibus vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Jacobo Quibleti et Petro Garnerii, carpentatoribus, de sex florenis parvi ponderis, pro baris per eos factis in portis hujus civitatis. — *(Levatum est.)*

De quodam fratre Carmelita gerente unum ensem fuit ordinatum per d. castellanum et quos supra sibi reverti ejus ensem.

*Die Dominico xxij jullii :* N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis; — H. Emerici, G. de Carro, B. de Sancto Michaele, B. de Monte, Ja. Nerga; — Ja. Verulfis, Jo. Veluti, H. de Bolo, V. Chernavelli, R. Lullini, Anzone Hugonis, Jo. Chales, Ste. de Tiria, P. Gacheti, Allano, P. Mermodi, P. Charbonerii et pluribus aliis, desineriis.

Ibidem per quos supra consindicos fuit dictum dictis desineriis quod provideant in vigilli de die et de nocte, videlicet de nocte quod domini domus teneantur facere vigil in propria persona et non per alium.

Et de die quod deputentur idonei custodes et sufficientes salario civitatis.

Fuit deliberatum et ordinatum dari d. castellano pro ejus nu[p]ciis contemplacione domini Rupis, videlicet... [1].

(63) *Die Martis xxv* [*xxiiij*] *jullii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, A. Regis, G. Fabri, P. Magnini, sindicis; — H. Emerici, F. Grossi, G. de Crosa, P. Braseti, B. de Sancto Michaele, P. Versonay, Ja. Nerga, B. de Monte, G. de Carro, R. Arnaudi, P. Levrerii, G. Rogeti, H. Valeti, G. Ravonelli, Jo. Veluti.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Stephanus Franqueti, cudurerius, de Meynier, parrochie Madalenes, pro vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

Idem fuit deputatus custos porte Fratrum Minorum pro viginti uno grossis in mense, ita quod deducere habeat super ejus borgesia videlicet novem grossos in quolibet mense.

Super computis Johannis Clerici fuit ordinatum primo per quos supra et de eorum communi assensu quod tercentum floreni, de quibus disceptatur, dati seu traditi per Versonay, quod sibi intrentur.

De triginta scutis per eum datis d. Petro de Viriaco super pontem Rodani, quod sibi non intrentur actento quod non constat de aliquo mandato.

De pecuniis libratis et datis tam vigillibus quam servientibus in exigendo taleam, quod exhibeat papirum libratarum et deinde sibi credatur ejus juramento.

De mercansiis conductis seu transitu mercanciarum fuit ordinatum quod solvat juxta ordinata in consilio episcopali, ab illa ordinacione citra insequendo ordinaciones, etc.

De mandatis fuit ordinatum quod mandata per eum expedita et de quibus partes asserent cum juramento solvisse, eidem faciat bona.

Cuiquidem ordinacioni idem Johannes Clerici non consensit nisi quantum pro ipso facit, et quantum contra, provocat et appellat ad personam domini nostri episcopi.

De peroleriis fuit ordinatum quod conferatur cum consilio episcopali et quod permictatur manere dummodo revertere[n]t infra domum et non in carreria.

[1] La phrase est inachevée.



Fuit ordinatum dari Hugonino Valerii pro suis jornatis videlicet pro quolibet die de quatuor solidis.

(64) *Die Martis ultima jullii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — G. Rogeti, H. Valeti, F. Grossi, G. de Crosa, N. de Nanto, R. Arnaudi, G. de Quarro, P. Levrerii, Ja. Nerga, P. Braseti.

Fiat mandatum quatuor vigillibus appositis ultra alios, pro tribus mensibus novissime lapsis quibus servierunt, de octo florenis, et hoc ultra ordinarium. — *(Levatum est.)*

De Jacobo Machillier fuit ordinatum quod consulatur ejus processus erga peritos et secundum consulta fiat.

De Jo. Oellieti, ut supra.

*(Mandatum.)* — Olim fornerio furnus Domus ville fuit sibi datus unus mensis debitus per eum ad causam dicti furni.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Girardo de Fogia de xxxix florenis, iij solidis et tres denariis, ut in rotulo ordinario lecto, qui juravit.

*Die Lune sexta augusti,* existentibus in consilio n. et h. viris : P. Magnini, Andrea Regis, Guillielmo Fabri, sindicis; — H. Emerici, H. Valeti, G. Rogeti, P. Braseti, Ja. Nerga, B. de Sancto Michaele, B. de Monte, G. de Carro, Jo. Veluti.

Super detencione n. Nicolini Lingoti demandentur observari franchesie.

Super bornellis fuit conclusum quod detur aliquid magistro pro ejus expensis et cum eodem tractetur.

Ibidem fuerunt deputati consiliarii societatis Sancti Petri, videlicet quatuor sindici, inferius : H. Emerici, H. Valeti, Guillelmus Rogeti et Johannes de Lompnes, et superius : P. Braseti, G. de Carro, P. Levrerii, n. Aymo de Greyres seu Petrus de Nanto.

(65) *Martis vij augusti,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — H. Emerici, F. Grossi, G. de Crosa, P. Braseti, R. Arnaudi, G. de Carro, N. de Nanto, B. de Sancto Michaele, P. Levrerii, P. de Nanto, Ja. Nerga, G. Rogeti, H. Valeti.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Jacobus Quarterii, de Maglant, perolerius, parrochie Sancte Crucis, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

Super detencione N. Lingoti fuit ordinatum quod remonstretur domino et prosequatur causa contra procuratorem nomine dicte communitatis et suis propriis sumptibus, ad observacionem franchesiarum, et nullo modo permictatur.

De scola fuit ordinatum quod fiat modo et forma jamdictis.

De illis qui pignorant gentes de nocte fuit ordinatum quod sibi remonstretur quod amplius non facia[n]t.

De ponte Sancti Gervasii fuit ordinatum quod (p)reparetur aliquo bono modo ut currus Alamanie transire possint.

De vigilli fiendo de nocte fuit ordinatum quod si domini domus sint excusati bona excusacione, quod mandare possint loco sui sufficientes.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Andreas Jordani, parrochie Sancti Andree juxta Salanchiam, perolerius, parrochie Sancte Crucis, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*Martis xiiij augusti,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — F. Grossi, Ja. Nerga, N. de Nanto, P. de Nanto, R. Arnaudi, G. de Carro, G. Rogeti, G. de Crosa.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Andreas Lengres parrochie Sancti Leodegarii, tissotus, (parrochie Sancti Leodegarii,) pro vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Mermeto Borsat de xl florenis parvi ponderis sibi debitis pro fichiis seu vallibus ponendis in Arva, etc.

Fuit ordinatum dari custodibus portarum Sancti Anthonii et Leodegarii, cuilibet tantum sicuti custodi porte Ripe, videlicet viginti unum grossos cuilibet.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Petrus Ruphi, fornerius, de Sartouz, parrochie Madalenes, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

De frumento, quod apperiantur grinerii et quod obtineatur erga dominum quod durante uno tempore quicumque apportantes victualia in die mercati sint liberi.



De peroleriis fuit ordinatum ut jam fuerat ordinatum.

(66) *Die Martis xxj augusti,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri; — F. Grossi, Ja. Nerga, N. de Nanto, P. de Nanto, G. de Carro.

Fiat mandatum vigillibus de octo florenis pro pulsacione cimballi, more solito.

*Die Martis xxviij augusti,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — Francisco Grossi, N. de Nanto, G. de Carro, P. de Nanto.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Benedictus Pollat, serralionus, de Thorens, parrochie Sancti Leodegarii, pro vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

Ibidem Jacobus Fabri, ponderator frumenti supra pontem Rodani, juravit in manibus d. sindicorum, more solito.

Ibidem n. P. de Pemes, magister hospicii domini, retulit quod dominus precipiebat cancellari de talea dictam chapelleriam receptricem puerorum quoniam dominus dictam taleam sibi dabat.

*Martis iiij septembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — (67) F. Grossi, H. Valeti, P. de Nanto, G. de Carro.

Fuit creatus desinerius, loco Remondi Lullini, n. Jo. de Fontana, qui juravit in forma.

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Anthonius Landres, parrochie Sancti Leodegarii, corderius, mandamenti Alte Ville, vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*Die quinta septembris,* existentibus in consilio n. et h. viris : n. P. de Pemes, Percivallo de Eschallone, F. Grossi thesaurario, Henrico Emerici, Glaudio Ravonelli, Jacobo Nerga, Nicodo de Nanto, Roleto Arnaudi, Petro de Nanto, Hugoneto Valeti, Petro Levrerii, G. Viennesii.

Fuit per quos supra ordinatum dari d. Petrimando de Vuaubert, in recompensacionem pene et laboris per eum habitorum pro negociis civitatis diversis vicibus, eciam quia placet ita fieri domino nostro epis-

copo, videlicet omne id et quidquid tenetur civitati ad causam talee sue domus que fuit illorum de Rotulo, etc.

*Die Lune x septembris,* existentibus in consilio n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — G. de Crosa, G. de Carro, P. Blonay, P. de Nanto, Petro Arlo, Roleto Arnaudi, P. de Cresto, P. Gacheti, P. de Palude, Jo. Bocardi, Ro. bonaterio, Ste. de Tiria, Johanne Challes, Theobaldo Martelleti, G. de Fogia, Petro Garnerii, Johanne Tissoti.

(68) Ibidem per quos supra fuit ordinatum quod non obstantibus inhibicionibus factis per Versonay ne edifficetur in domo communi ville supra pontem et appodietur sue, quod d. sindici associati certis desineriis vadant et faciant operari operatores civitatis et eos deffendant ab operibus facti ipsius Versonay, et de residuo recursum habeatur ad dictum dominum nostrum et manuteneatur possessio seu commune civitatis, Guillielmo de Crosa non existente illius oppinionis sed dixit quod fieret supplicacio d. vicario de manuteneatis, etc.

*Die Martis xj septembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N.Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — H. Emerici, F. Grossi, R. Arnaudi, Ja. Nerga, N. de Nanto, G. de Carro, P. de Nanto, G. de Crosa.

Ibidem n. Aymo de Versonay apportavit coram premissis unam [licteram] domini nostri episcopi sigillatam et manu G. Viennesii signatam, continentem quod dominus eximet burgenses et civitatem de eundo in armis foris civitatem ad opus alicujus nisi ad deffensionem domini vel civitatis, quam dixit habere in custodiam et illam deportavit et penes se habet [1].

*(Mandatum.)* — Ibidem datur Durando Babodi, vigilli, super uno burgense per eum reperiendo, videlicet vj florenos in compensacionem pene et laboris per eum habite in vigilli. — *(Levatum est.)*

Ibidem fuit deputatus desinerius, loco Guigonis Locheti, Perretus Chenuti, qui juravit in forma.

[1] Sur cette pièce, conservée aux Arch. d'Etat, P. H., n° 705, et impr. dans Spon, *Histoire de Genève*, éd. Genève 1730, t. II, p. 172, voir ci-dessus, t. II, p. 437, n. 2.



*Die Martis xviij septembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis, G. Fabri; — H. Emerici, F. Grossi, Jo. Polliuti, G. de Crosa, G. de Carro, P. Levrerii, N. de Nanto, Ja. Nerga, P. Braseti, P. de Nanto.

(69) *(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis Jacobus Granty, de Cranves, cudurerius, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus alius burgensis Ludovicus Trenchent, marcellarius, parrochie Sancti Gervasii, videlicet pro vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

Ibidem fuit conclusum quod revideantur computa ad longum Johannis Clerici, juxta formam premissam coram d. vicario receptam per N. de Nanto.

*Martis xxv septembris* [1] *:* Petrus Magnini, A. Regis, Hugonetus Valeti substitutus, sindici; — Henricus Emerici, Fran. Grossi, Jo. Polliuti, G. de Crosa, G. de Quarro, P. de Nanto, Roletus Arnaudi, Ny. de Nanto, Glaudius Ravonelli, Ja. Nergaz.

Fiat mandatum de solvendo Mermeto Borsati, de xxj florenis et iiij grossis, pro certis quercubus per eum pro communi traditis. — *(Expeditum est.)*

Item fiat mandatum Glaudio Rolandi et Johanni Bovet, carpentatoribus, de xxv florenis in deductionem tachii domus, etc. — *(Expeditum est.)*

*(Vigil.)* — Fuit constitutus convigil Sancti Gervasii Johannes Gojeti, tissotus.

*Die Martis ij octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis, G. Fabri; — F. Grossi, G. de Crosa, P. de Nanto, R. Arnaudi, B. de Monte, G. de Carro, Hugoneto Valeti, Ja. Nerga.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum dicto Esclapaz, lathomo, de duobus florenis pro reparacione foraminum domus supra pontem.

[1] Le procès-verbal de cette séance est écrit d'une autre main.

Fuit ordinatum quod provideatur de uno barbitonsore pro infirmis de impedima, salario civitatis.

De Arva fuit ordinatum quod reparetur post prandium.

De revenditoribus candelarum fuit ordinatum quod remictatur consilio episcopali.

Fuit ordinatum quod revideatur taxa illorum qui pridem alios taxaverunt, vocato Glaudio Rolandi, et commictatur aliquibus.

Fiat mandatum Guillielmo, pavisserio, de decem florenis et quatuor grossis pro eo quod pavivit in communi, deducta in eo ejus borgesia.

(70) *Die Martis ix octobris*, existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, Andrea Regis et Guillielmo Fabri ; — H. Emerici, Francisco Grossi, Jo. Polliuti, P. Braseti, N. de Nanto, G. de Crosa, G. de Carro, P. de Nanto, H. Valeti, B. de Sancto Michaele.

*(Vigil.)* — Ibidem fuit creatus desinerius carrerie dou Bouloz Petrus Garnerii, carpentator, qui juravit in forma, etc.

Ibidem n. Franciscus Grossi et Johannes Cergacti super eorum differenciis ad causam eorum domus promictunt stare ordinacioni d. sindicorum, vocatis operatoribus necnon Petro Chambeti et Johanne Grilloz, et ad refferendum ad Martis.

De facto Aymonis de Versonay fuit ordinatum quod visitetur locus et fiat copia jurium suorum.

Ibidem d. sindici protestantur contra recuperatores de dampnis, etc.

Ibidem fuit ordinatum...

*Die Martis xvj octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri, sindicis; — F. Grossi, H. Emerici, G. de Crosa, N. de Nanto, B. de Sancto Michaele, P. de Nanto, G. de Carro, H. Valeti, P. Braseti.

Ibidem per quos supra fuit ordinatum disrui paries seu eponda anterior domus Ludovici de Juria, que appodiatur super domo Johannis de Boulo in ipsius prejudicium, sumptibus partis, obtenta prius licencia ita faciendi a dominis vicario, castellano sive procuratore.

*(Pronunciacio.)* — Super differenciis existentibus inter Johannem Cergacti et Johannem de Janvillaz super ordinatum per d. sindicos, audita relacione Johannis Petri Guidonis, Petri Grinerii, Petri Chambet



et Johannis Grilloz, commissorum ut in breveto, quam pronunciacionem Georgius de Janvillaz, nomine ejus patris, et [1] Cergat laudaverunt et ratifficaverunt presentibus ut supra.

(71) *(Mandatum.)* — || Fiat mandatum receptoribus quod solvant Petro Marepoz, carpentatori, videlicet novem florenos in deductionem confectionis et plantacionis vallium in Arva. || — *(Est alibi inferius.)*

Fuit ordinatum quod fiat crida quod non fiat panis albus nisi ad racionem xxviij grossorum pro cupa.

De facto de Versonay fuit ordinatum quod consulatur peritos.

De facto chapellerie nutricis fuit ordinatum quod loquatur domino et stetur prime ordinacioni jam de hac materia facte.

De P. Martini volente tradere taleam (taleam) domus de Tingerone fuit ordinatum quod sibi tradantur due partes domus predicte, reservata parte filiorum dicti de Tingerone.

Deinde quod revenditores, quicumque sint, non debeant vendere nisi coram earum domibus.

Fiat mandatum Jo. Malens de xij florenis pro locagio hospitalis [2] pro termino festi Sancti Michaelis novissime lapsi.

*Die Veneris xix octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis ; — n. P. de Pemes, H. Emerici, G. de Crosa, H. Valeti, P. de Nanto, B. de Monte, Jo. Veluti, P. Levrerii, Ja. Paqueti, G. de Carro, G. Rogeti, P. Braseti.

Fuit ordinatum quod fiat crida quod filie mali regiminis, quecumque sint, debeant ire ad locum publicum sub pena fueti.

Item quod octiosi et vagi villam absentare habeant.

Deinde fuit ordinatum quod in presenti civitate in quolibet misterio fiat unus capitaneus eligendus per quemlibet de tali misterio, qui ei hobedire habeant, superioribus d. sindicis, et ita dominus vult, prout precepit de ejus mandato dictus n. P. de Pemes, ejus magister hospicii [3].

Fuit ordinatum quod non fiat panis albus pro revendendo publice.

[1] Le prénom est resté en blanc.
[2] Voir déjà ci-dessus, p. 155, n. 2.
[3] Voir F. Borel, *Les foires de Genève au quinzième siècle,* Genève, 1892, in-4°, p. 183.

Ibidem fuerunt deputati quatuor visitatores civitatis et negociorum, videlicet P. Braseti, H. Valeti, Ja. Paqueti et P. de Nanto, qui juraverunt.

*Die Martis xxiij octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, consindico; — F. Grossi, G. Ravonelli, G. de Crosa, Jacobo Nerga, G. de Carro, (72) Bartholomeo de Monte, Petro de Nanto, Jo. Polliuti, Petro Braseti.

Ubi nichil aliud fuit conclusum nisi quod reparetur pons versus Cornavin, ubi cecidit una cherreta onerata mercanciis, et quod protestatur contra carpentatores qui illum reparare habent.

*Die Martis penultima octobris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, Andrea Regis, Guillielmo Fabri; — H. Valeti, G. Rogeti, H. Emerici, F. Grossi, Jo. Polliuti, G. de Crosa, Ja. Nerga, Bo. de Sancto Michaele, Glaudio Ravonelli, N. de Nanto, G. de Carro, P. de Nanto, Jo. Veluti, P. Braseti, P. Levrerii.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum receptoribus quod solvant Petro Marepoz pro vallibus appositis et apponendis in Arva, omnibus aliis mandatis inclusis, de quinquaginta florenis solvendis paulatim secundum ordinacionem receptorum. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Ibidem fuit creatus burgensis magister Glaudius Albi, magister scole, pro et mediantibus vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*Die Martis vj novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri; — F. Grossi, G. de Crosa, Ja. Nerga, N. de Nanto, B. de Sancto Michaele, G. de Carro, G. Ravonelli, H. Valeti, Jo. Polliuti, P. Braseti.

Fiat mandatum de triginta florenis pro tribus duodenis vallium civitati venditorum et apponendorum in Arva. — *(Levatum est.)*

Fuit ordinatum instari erga castellanum quod observentur franchesie noviter cridate et quod relaxetur ille qui nunc detinetur, et de aliis que facit in prejudicium franchesiarum sibi remonstretur et non permictatur fieri.

(73) Fuit ordinatum dari n. Aymoni de Versonay tres scuta super



uno burgense per eum reperiendo pro reparacione per eum fienda in itenere versus pratum d. episcopi.

De Rosseto petente sibi recompensari pro penis per eum habitis pro civitate fuit ordinatum quod sibi detur ejus talea.

Super pronunciacione fienda ad causam domus n. Aymonis de Versonay, qui non vult pati appodiari per communitatem ad ejus spondam sine solucione medietatis muri, fuit per quos supra veluti arbitros sumpta informacione cum honestis viris Glaudio Ravonelli et Guillielmo de Carro, qui eorum mediis juramentis dicunt fuisse alias appunctuatum quod communitas posset appodiare in sponda per eum fienda tociens quociens voluerit, et appodiare sive edifficare sine coustu, et ita declarat idem de Carro esset per eum scriptum in libro sive registro civitatis. Item fuit sumpta informacio cum Glaudio Cavucini, qui ejus medio juramento eciam dicit ut supra, videlicet quod fuit conventum quod civitas tociens quociens voluerit posset appodiare super dicta sponda sine coustu.

*Dicta die post prandium,* existentibus in consilio quibus supra proxime, videlicet: n. P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — G. de Crosa, P. Braseti, G. Ravonelli, Ja. Nerga, N. de Nanto, G. de Carro, H. Valeti.

Super differencia existente inter communitatem et n. Aymonem de Versonay comparent d. sindici et dictus n. Aymo. Petunt per quos supra consiliarios ordinari et appunctuari super appodiacione domus ejusdem pontis Rodani. Fuit ordinatum quod civitas possit et valeat edifficare et appodiare spondam sue domus sine coustu quocumque, actentis testibus examinatis super hec et viso registro secretarii pro tunc, reservatis juribus utrique parti, etc. Quam pronun[cia]cionem ambe partes laudaverunt et ratifficaverunt.

*Die Martis xiij novembris,* existentibus in consilio n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — F. Grossi, G. Rogeti, H. Emerici, G. de Crosa, P. Braseti, B. de Sancto Michaele, P. de Nanto, Jo. Veluti, Ja. Nerga, Glaudio Ravonelli, B. de Monte, H. Valeti, G. de Carro.

(74) Ibidem fuit ordinatum quod fiat crida quod non ematur fru-

mentum pro revendendo iterum in frumento, et quod aliquis non emat seu provisionem faciat nisi dumtaxat pro una septimana.

De gabellis fuit ordinatum observari n. P. de Pemes et Henrico Emerici promissa in consilio generali noviter tento, videlicet quod tenere habeant usque ad diem Veneris proximam exclusive.

De vigilli fiendo propter absenciam domini [1] fuit ordinatum quod loquatur in consilio episcopali de non faciendo vigil quia non cognoscitur de neccessitate.

De bocheriis fuit ordinatum quod actento quod gabella eis admovetur, quod provideatur super vendicione per eos deinceps fienda.

Item de vino vendendo pariter fiat.

De facto P. Ciclati petente sibi remicti unam partem ejus talee, eo quia asserit communitatem sibi teneri in majori summa, fuit ordinatum quod solvat et nichil deducatur et petat si quem habere velit.

*Die Dominico xviij novembris,* existentibus in claustro Sancti Petri Gebenn., in consilio generali, sonno grosse campane vocato more solito, n., ven. et h. viris : ven. dominis P. de Viriaco et Anthonio de Villiaco, canonicis; — N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis et Guillielmo Fabri, sindicis; — Petro Gavid, Aymone de Versonay, H. Emerici, Jo. Clerici, Jo. de Lompnes, G. de Carro, Glaudio Cavucini, P. Porralis, H. Beatrisii, B. de Monte, Janino de Bornando, Jo. de Crosa, G. de Fogia, P. Cortagier, N. de Nanto, Ja. Paqueti, Jo. Boconis, P. de Cresto, Jo. Malagniodi, Jo. Veluti, Jo. Margollieti, Ja. Rubini, A. Millanesii, Jo. Bocardi, Guillelmo Balleti, H. Valeti, Janino de Mara, F. Patri, Oliverio Chapuisii, Ste. de Puteo et pluribus et diversis aliis.

Ibidem de consensu omnium ibidem existencium fuit posita venta vini ad octo grossos.

Ulterius per dictum consilium generale fuit data potestas d. sindicis, eorum consiliariis, vocatis Quinquaginta et aliis evocandis ut noverunt,

[1] L'évêque Jean-Louis était alors en Piémont, où il intriguait pour mettre la main sur le gouvernement des états de Savoie. Sur les troubles qui précédèrent la mort du jeune duc Philibert (22 avril 1482), voir F. Gabotto, *Lo stato sabaudo da Amedeo VIII ad Emanuele Filiberto,* t. II (Turin et Rome, 1893), p. 280 et suiv.



providendi super vendicione excessiva victualium, sicuti vini, carnium et salis, et videant et faciant quod equum eis videbitur.

Fuit ulterius eis data potestas deputandi et nominandi quatuor de communitate, qui erragia ipsius civitatis tam nova quam vetera quecumque sint videndi, visitandi et faciendi quod eis videbitur consilio quorum supra.

(75) *Die Martis xx novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — F. Grossi, G. de Crosa, Ja. Nerga, Bo. de Sancto Michaele, H. Valeti, B. de Monte, P. de Nanto, G. de Carro, H. Emerici, G. Ravonelli, A. Versonay, P. Gavid.

De navi onerata vino, quam recipere voluerunt gabellatores precedentes, fuit ordinatum quod partes stent ordinacioni aliquorum proborum per ipsorum [ipsas] eligendorum.

Quod non vendatur libra mutonis toto anno plus de tribus fortibus, nec libra bovis plus de tribus denariis.

De mugneriis fuit ordinatum quod convocetur consilium episcopale et eis iterum hec materia remonstretur ut non cessent a molendo.

*Die Mercuri xxj novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis et G. Fabri, sindicis; — necnon Jacobo Nerga, Petro Braseti, Guillielmo de Carro, Roleto Arnaudi, Jo. Veluti, Ja. Rogoz, Jo. Albi, Ansermeto Mistralis, Jo. Pecolati, Jo. Roberti, P. de Cresto, Johanne Novelli, Jo. Bocardi, Perreto Chenuti, Jo. Pollerii, Anthonio Lionardi, P. Mermodi, Jo. Ternerii, Johanne Magnini, Johanne Challes, Moneto Probi, Jo. Calabris, Moneto le Saunier, G. Balleti, Petro Porralis, Jo. Sonnay, Jo. Lingoti, Glaudio de Castronovo, Jo. de Lunes, P. Gatilliardi, P. de Malodumo, Glaudio Cavucini, Ste. de Puteo, Janino de Mara et Simondo de Ripa.

Ibidem in exequucionem consilii generalis novissime tenti pro provisione fienda super victualibus, videlicet carnium, vini, salis et frumenti, ac emine mugneriorum et hospitalis Planis Palacii, fuit ordinantur [ordinatum] quod hic deputentur octo vel novem, qui providere habeant, et fuerunt nominati per quos supra videlicet : P. Braseti, Glaudius Cavucini, Petrus Porralis, Guillelmus Balleti, Hugonetus Valeti,

Jacobus Paqueti et Petrus Gatilliardi, quibus fuit data omnimoda potestas super premissis providendi.

Eciam fuit ordinatum quod hospitale abbati sutorum datum, actento quod non fecerunt fienda, quod eis removeatur et instetur removeri per dominum, etc.

(76) *Dicta die xxj post prandium,* existentibus in consilio n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, Andrea Regis, Guillielmo Fabri, sindicis; — P. Braseti, Jacobo Paqueti, G. Cavucini, P. Porralis, P. Mermodi, Guillielmo Balleti.

Ibidem per quos supra electos fuit ordinatum quod libra mutonis vendatur a festo sancti Andree usque ad festum Assencionis Domini ad quinque denarios, et a festo Assensionis Domini usque ad dictum festum sancti Andree ad tres fortes, et libram bovis toto anno ad tres denarios, ita et taliter quod promictant bocherii ita facere et bene servire.

De vino fuit ordinatum et advisatum quod quilibet vendat juxta suam conscienciam et ad racionem quod vinum sibi constiterit, et quod non proclametur vinum de uno loco pro alio et crida eis monstrare habeat ad partem dictum vinum debet ad tantum vendi, etc.

De sale eciam fuit ordinatum quod vendatur prout alias ad racionem quod eis constiterit, remota gabella.

De patisseriis, bolungeriis et revenditoribus panium fuit ordinatum quod patisserii, bolungerii et revenditores habeant quilibet unas balancas ad ponderandum panem, et quod non vendant sine pondere nec ematur pariformiter ad racionem quod bladum valebat juxta tabulam.

De mugneriis fuit ordinatum quod videantur eorum emine si sint ad racionem xxxij pro octana, et si non sint quod eis ponatur emina ad racionem unius floreni pro octana vel ad pecunias toto tempore ad racionem predictam unius floreni pro octana, et non permictatur in isto tempore eis tantum accipere.

De blado fuit ordinatum quod observentur cride novissime de ipso facte.

(77) *Die Martis xxvij novembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; —



F. Grossi, G. de Carro, A. Versonay, Ja. Nerga, N. de Nanto, G. Ravonelli, B. de Monte.

De Aymone de Versonay petente licenciam extrahendi bladum ab hac civitate fuit ordinatum sibi non dari licenciam, nec eciam alteri, sed observentur cride.

De eodem et d. Johanne Chapuisii dicentibus se esse francos a solucione introgii bossetorum fuit ordinatum quod solvant donec monstre[n]t quomodo sunt franchi.

De Ciclata et ceteris ribaldis fuit ordinatum quod expellantur et incarceretur dicta Ciclata.

De Arva fuit ordinatum dari commissionem Petro de Nanto cum pecuniis neccessariis, et fiat eidem mandatum de decem florenis.

Fiat mandatum carpentatori de domo de tota summa.

*Die ultima novembris,* existentibus in consilio n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, consindicis; — necnon Guillielmo de Crosa, de Carro, P. de Nanto, Jo. de Fontana, Jo. Pecolati, R. Arnaudi, P. Gacheti, Ste. de Tiria, P. de Palude, P. de Cresto, Petro Mermodi, Roleto bonaterio, Jo. Challex, Jo. Chernavelli, Petro Garnerii, desineriis.

Fuit quibus supra dictum quod si aliquis insultus eveniret, aut per ignem seu alias, quod quilibet se reperire habere[t] sub suo desinerio.

*Die secunda decembris,* existentibus in consilio n. et h. viris: N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis; — (78) necnon A. de Versonay, H. Emerici, Guillielmo de Crosa, Ja. Nerga, Glaudio Ravonelli, G. Rogeti, Glaudio Cavucini, de Carro, Braseti, Jo. de Fontana, G. de Vaudo, Petro Exertonis, Martino Belloti, Guillielmo Rogeti, Jo. Roberti, Ja. Paqueti, Ste de Puteo, Jo. Caudy, Guillielmo Balleti, P. Arlo, P. de Cresto bonaterio, Clasquino de Castro, P. de Nanto, Va. Chernavelli.

Ibidem fuit ordinatum quod fiant processiones in diebus Dominicis.

De filiis publicis fuit ordinatum quod admoveantur et puniantur illi cui sunt domus.

De incendio ignis si casu fortuito accideret, quod Deus advertat, quod ad ipsum ignem dumtaxat ire debeant carpentatores, lathomi, filie

publice, ancille et conventus et non alii, et ceteri vadant quilibet sub suo desinerio.

Deinde quod injungatur omnibus cherrotonis quod quilibet habeat unum bossetum ad aquam paratum casu adveniente, etc.

De monetariis qui volunt esse exempti a solucione introgii vini, quod solvant quia non debent esse exempti.

*Die Martis iiij decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis ; — G. Rogeti, F. Grossi, G. de Crosa, Ja. Nerga, G. Ravonelli, N. de Nanto, H. Emerici, P. de Nanto, G. de Carro, B. de Monte, P. Versonay, P. Braseti, H. Valeti.

Fiat mandatum vigillibus pro eorum vestibus ordinariis de triginta florenis more assueto. — *(Levatum est.)*

‖ Ibidem receptor remisit d. sindicis processum formatum contra monetarios cum expletis. ‖

Super monetariis fuit ordinatum quod solvant introgium vini.

De dominis de Capella, quod solvant introgium si alias solverint, et si non solverint non solvant.

De navi fuit ordinatum quod aspec[te]tur adventus d. magistri hospicii.

De mugneriis, ut alias.

De domo supra pontem, quod tradatur Johanni de Bello Exerto ad loquerium.

(79) Ibidem fuit deputatus custos porte Ripe Mermetus Michonis, sub salario per alium recipi solito.

*Die Dominico ix decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri, consindicis ; — Aymone de Versonay, F. Grossi, G. Viennesii, H. Emerici, P. Braseti, Hugoneto Valeti, Anzo chambrerio, G. de Carro, B. de Monte, P. Gacheti, P. de Cresto, Jacobo Rogoz, N. de Nanto, Jo. de Fontana, G. de Vaudo, Ja. Paqueti, H. Valerii, Clasquino de Castro, Ste. de Puteo, P. Mermodi, Ste. de Tiria, P. Exertonis, Jo. Sonnay, Ste. de Furno.

Super lictera missiva apportata per d. capitaneum continentem tria, videlicet quod fiat bonum vigil et obediatur consilio episcopali et sibi,



et quod si indigeret gentibus ad conducendum foris civitatem quod sibi provideatur, et nominentur in uno rotulo et hoc de mandato domini [1].

Fuit ordinatum, super illo puncto quod vult habere gentes conducendos foris civitatem, quod presens societas dat potestatem dominis, vocatis quibus noverint, quod provideant signifficationem consilio episcopali et dominis de capitulo et bene advertatur.

*Martis xj decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri ; — Jo. Polliuti, Ja. Nerga, N. de Nanto, B. de Monte, F. Grossi, G. de Carro, P. de Nanto, P. Braseti, G. de Crosa, H. Emerici.

Fuit ordinatum quod fiat visitacio per villam post prandium, vocatis quattuor commissariis.

(80) *Die Dominico xvj decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : d. vicario, capitaneo, d. P. Mermeti, sigilliffero ; — quatuor sindicis ; — F. Grossi, G. Viennesii, Jo. Polliuti, Anzo chambrerio, H. Emerici, A. de Sancto Michaele, Petrimando Gavid, P. Braseti, H. Valeti, P. Jaqueti, Jo. Veluti, Ja. Rogoz, P. de Cresto, Jo. Boulo, Jo. Veluti, Ja. Nerga, G. Ravonelli, G. Rogeti, N. de Nanto, G. de Carro, P. Levrerii, P. Versonay, Guillielmo Rogeti, Jo. de Fontana, Jo. de Lumpnes, P. Mabosson, P. Gacheti, G. de Castronovo, Jacobo Toniaux, G. Balleti, Ludovico Genodi, Perreto Chenuti, Jo. Calabris, Petro de Cresto, Jo. Albi, Bisansono Dorerii.

Ibibem per dictum d. vicarium et consilium episcopale fuerunt exposita super gentibus qui hodie transiverunt pro eundo Chamberiacum ad opus illustrissimi d. ducis [2].

Eciam de detentis in carceribus episcopatus, qui eciam fregerunt hodie carceres et quos dicte gentes induxerunt a franchesiis Palacii.

Et parte dictorum d. sindicorum fuit oblatum quod civitas se obtulit paratam obedire mandatis d. vicarii et consilii episcopalis.

[1] Voir ci-dessus, p. 182, n. 1.

[2] Il s'agissait d'accompagner le jeune duc Philibert en Piémont, où ses conseillers le conduisaient pour s'opposer aux menées de l'évêque de Genève, Gabotto, *loc. cit.*, p. 283.

*Centenarii electi.* — Et primo H. Emerici et P. Versonay pro ejus patre, inferius. — *(Juraverunt.)*

Johannes Polliuti et Girardus Rogeti, superius. — *(Juraverunt.)*

(81 v°) [1] *Die Martis xviij decembris,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis ; — F. Grossi, H. Emerici, Jo. Polliuti, G. de Crosa, Ja. Nerga, P. Braseti, Anzo chambrerio, H. Valeti, Jo. Veluti, G. de Carro, N. de Nanto, P. Versonay, B. de Monte.

Fiat mandatum auditoribus computorum quod intrent G. de Fogia et G. de Carro xl florenos contentos in policia seu nota recepta per egregium de Crosa.

De mugneriis fuit ordinatum quod Veneris fiat conclusio in consilio episcopali juxta formam franchesiarum.

De edifficiis fiendis ad fortifficacionem ville, quod fiant juxta possibilitatem civitatis.

De facto egregii P. Floreti, quod d. sindici vadant Veneris ad visitandum locum.

(82) M° IIIJ^c LXXXIJ°.

*Die Martis prima januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, Andrea Regis, Guillielmo Fabri, sindicis ; — H. Emerici, G. de Crosa, Jo. Polliuti, H. Valeti, Glaudio Ravonelli, G. de Carro, Jo. Veluti, B. de Monte, R. Arnaudi, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, P. Versonay, consiliariis.

De adventu domini non fiat alia mencio donec habitis aliis novis.

Fiat conclusio in computis G. de Fogia et G. de Carro, receptorum modernorum erreragiorum hujus civitatis [2].

Deinde de reparacione fienda retro scolam, fiat bona et non de arcossiis.

Edifficia incohata perficiantur.

[1] Le recto du folio 81 est resté blanc.

[2] Les comptes du receveur G. de Fogia pour l'année 1481 (13 févr. 1481-5 févr. 1482) sont conservés aux Arch. d'Etat, *Comptes de la communauté,* n° 11.



Ecian: ale tradantur n. H. Emerici, qui se obtulit daturum in promptu ij^c l florenos, si Girardus de Fogia, qui ipsas habet, id recusaverit facere.

*Die Martis viij januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. de Liga, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri ; — H. Emerici, F. Grossi, Jo. Polliuti, G. de Crosa, Ja. Nerga, P. de Nanto, Anzo chambrerio, P. Versonay, G. de Carro, H. Valeti, P. Braseti, G. Ravonelli, N. de Nanto.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum G. de Fogia quod solvat Girardo Quercus videlicet octo florenos pro decem jornatis cum curru quibus duxit lapides apud Arvam pro deffensione ipsius.

*(Confessio.)* — Jacobus de Muro promictit solvere civitati videlicet xxvj florenos et hoc responsorio nomine n. Amedei de Duyno, domini Castri Veteris, et in quibus idem dominus communitati tenebatur pro talea, solvendos decem florenos in nundenis Epiphanie Domini proxime, et restant in aliis nundenis Pasche; presentibus ut supra.

Fiat eidem mandatum de xlvj florenis, directum domino Castri Veteris, pro talea domus heredum Mestrocti per manus Jacobi de Muro.

(83) Fiat mandatum vigillibus pro eorum streniis, super uno burgense per eos reperiendo, de sex florenis.

*Die xj januarii,* ven. d. Petrus Farodi vicarius, necnon n. et h. viri Nicolinus Lingoti, Petrus Magnini, Andreas Regis et Guillielmus Fabri, sindici civitatis Gebennarum, atque Franciscus Grossi, Petrus Braseti et Anzone [1] , eorum consiliarii, accesserunt ad domum n. Petri de Pemes, quam habet ab heredibus Johannis Servionis, et retro ipsam domum, videlicet a parte Rodani et juxta domum n. Aymonis de Versonay eciam retro, viderunt et visitaverunt primo unum parvum murum prope portam dicti n. Petri existentem, tendentem de directo a muro domus dicti Versonay versus Rodanum e contra dictam portam; visitaverunt et viderunt ulterius unum edifficium nemoris existens constructum extra domum dicti n. Petri de Pemes, in muro sive sponda sue domus tendente usque ad dictum Rodanum et hoc infra limites muri predicti et sponde

[1] Le nom est resté en blanc.

domus dicti n. Petri; viderunt insuper unam bertrachiam existentem in sponda dicte domus, constructam foris quasi in summitate desuper portam predictam, per que omnia dictus n. Petrus dicit esse in possessione platee et muri predicti, videlicet platee existentis a dicto parvo muro usque ad spondam dicte sue domus, intendens dictum murum altare et facere venire sicut jacet usque ad Rodanum eciam infra, sine fenestris quibuscumque sed dumtaxat una parva porta; presentibus fratre Johanne Damesi (?) priore Sessiaci, de Bardonenchia [1], n. Jacobo Jaquinoti, capitaneo archeriorum domini, et P. Gessonis; peciit licteras testimoniales de visitacione quas concessi quia eciam ita ut supra vidi.

*Die Martis xv januarii :* N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri; — H. Emerici, F. Grossi, G. de Crosa, Jo. Polliuti, Ja. Nerga, Glaudio Ravonelli, Anzo chambrerio, G. de Carro, P. de Nanto, P. Braseti, B. de Sancto Michaele, N. de Nanto, H. Valeti.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum [2] , olim fornerio Domus ville, quod sibi dantur tres floreni quos debebat ad causam dicti furni, et ita mandatur receptori causis in mandato expressis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Glaudius Balli, chausaterius, de Pesey, parrochie Sancti Gervasii, ix florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

Fuit ordinatum dari magistro Vandelli pro domo locanda pro scola videlicet octo florenos.

*(Mandatum.)* — Mandatur magistris computorum quod intrent Guillelmo de Carro xxxiiij florenos et novem grossos contentos in instrumento, nota recepta per Pesey die xiiij januarii.

(84) *Die Martis xxj* [*xxij*] *januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri, sindicis ; — G. de Crosa, P. Versonay, Ja. Nerga, N. de Nanto, P. de Nanto, H. Emerici, P. Levrerii, G. de Carro.

Fiat mandatum Benedicto Mallieti de sex florenis, xj denariis, contentis in rotulo, qui juravit.

[1] Le prénom est resté en blanc.
[2] Prénom et nom sont restés en blanc.



Fiat mandatum Girardo de Fogia quod tradat n. Nicolino Lingoti centum florenos super arreragiis bossetorum pro reparacionibus fiendis in civitatis (?).

Restituatur culcitra Hugonete, relicte Henrici Albi, que est in domo [1] pro lequerio, dum constet esse suam.

*Martis xxix januarii,* existentibus in consilio ordinario n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, Guillielmo Fabri ; — H. Emerici, F. Grossi, Jo. Polliuti, G. de Crosa, A. chambrerio, B. Sancto Michaele, Ja. Nerga, G. Ravonelli, N. Nanto, G. de Carro, P. Versonay, P. Levrerii, G. Rogeti.

Ibidem fuit ordinatum quod fiat processus contra macellarios ad instanciam d. sindicorum, qui faciunt partem, et capiatur ad observandum premissa juxta franchesias.

|| Dantur Robelleto duo floreni pro hoc anno in helemosinam. ||

De facto de Versonay observentur franchesie civitatis.

De domo communi supra pontem, quod non fiat aliud donec sit edifficata de toto actamine, fuit ordinatum quod sibi non moveatur pro tradendo alteri.

(85) Mandantur intrari Robelleto de Cresto duo floreni qui sibi debebantur intrari anno futuro prout in ejus mandato. — *(Levatum est.)*

De pauperibus discurrentibus per civitatem in tanta habundancia, quod provideatur consilio dominorum de consilio episcopali et capituli.

Fiat mandatum G. de Fogia de iiij$^{xx}$ florenis, xiij grossis, x denariis obolo, contentis in rotulo ordinario lecto in consilio, qui juravit. — *(Levatum est.)*

*Die Dominico tercia februarii,* existentibus in claustro Sancti Petri Gebennarum, in consilio generali sono grosse campane more solito congregati, n. et h. viris : N. Lingoti, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, sindicis ; — P. Gavid, F. Grossi, G. de Crosa, P. Braseti, Jo. Polliuti, H. Valeti, Jo. Clerici, Anzo chambrerio, G. Cavucini, R. Arnaudi, Ja. de Mara, Ciasquino de Castro, G. Balleti, Jo. Roberti, G. de Fogia,

[1] La désignation de la maison est restée en blanc.

P. Versonay, B. de Sancto Michaele, Henrico Emerici, G. de Carro, P. Cortagier, G. de Vaudo, filio Girardi Gervasii, Jo. de Crosa, Ste. de Puteo, Jo Calabris, Jacobo de Fontana, Jo. Bocardi, P. Exertonis, P. de Croz, G. Viennesii, Ste. de Furno, Jo. Luppi, H. Biatrisii, Theobaldo Chicant, R. Lullini, P. Biolesii, F. Macri, Henrico Fabri et pluribus aliis.

Ibidem de communi consensu omnium fuerunt creati et electi sindici et procuratores hujus civitatis n. et h. viri : Petrus Floreti, Petrus Braseti, Hugonetus Valeti et Guillelmus de Quarro, qui juraverunt more solito.

---



(86) Appunctuamenta et ordinaciones facta et facte in consilio communis insignis civitatis Gebenn., cepta de anno Domini m° iiij$^{c}$ lxxx secundo, quo creati et constituti fuerunt sindici n. et h. viri : Petrus Floreti, Petrus Braseti, Hugonetus Valeti, Guillelmus de Quarro.

Et primo *die Martis sexta* [*quinta*] *februarii,* per quos supra sindicos fuerunt electi eorum consiliarii : Nicolinus Lingoti, Petrus Magnini, Andreas Regis, Guillelmus Faber, olim sindici, Franciscus Grossi, Henricus Emerici, G. Rogeti, Jo. Polliuti, Anthonius de Sancto Michaele, Petrus Gavid, Anzo de Roye, Jacobus Paqueti, Hugoninus de Ponte, Matheus Scarron.

In quo fuit primo ordinatum super supplicacione porrecta parte Ja. de Ledefors, detenti in Insula, quod petatur illum remicti dictis d. sindicis domino castellano.

De pauperibus clamantibus de nocte per civitatem, quod provideatur et reponantur illi de civitate in hospitalibus et ceteri non maneant nisi tribus diebus, et fuerunt ad premissa deputati Ja. Paqueti et Hugoninus de Ponte.

De ponte Sancti Gervasii versus Cornavin, quod incontinenti sumpto prandio visitetur et reparetur.

Item quod quilibet dictorum consiliariorum teneatur audire missam que c[e]lebratur pro civitate in altari Sancti Michaelis ante tencionem consilii, sub pena perdicionis sui grossi nisi subsistente causa legitima.

Item quod teneatur consilium in die Veneris sicuti et in die Martis et quod omnes interesse debeant sub simili pena.

*Veneris ix* [*viij*] *februarii,* existentibus in consilio n. et h. viris : P. Floreti, H. Valeti, G. de Carro, P. Braseti, sindicis ; — H. Emerici, P. Gavid, N. Lingoti, P. Magnini, A. de Santo Michaele, Anzo, Ja. Paqueti, H. de Ponte, G. Rogeti, Matheo Scarron, A. Regis.

(87) *(Admodiacio.)* — Ibidem fuit admodiata platea Longuemale Petro Cortagier, presenti, precio quo fuit solita tradi et admodiari, per

unum annum, et promictit tenere mundam et solvere firmam in manibus receptorum.

De vigilli fiendo in Sancto Gervasio d. sindici provideant.

De blado revendendo in hac civitate, quod deputentur Jacobus Rubini et Anthonius Millanesii, qui custodire habeant in portibus hujus civitatis et d. sindici ab alia parte.

De deputatis pro visitacione pauperum, adjunguntur n. Nicolinus Lingoti et Matheus Scarron, et quod domini de consilio episcopali et de capitulo provideant.

Fiat lictera Amblardo Vergerii de stabulo Bartholomei experonerii pro talea modo solito.

## (88) De Crosa [1].

*Die Martis xij februarii*, existentibus in consilio egregiis : P. Floreti, P. Braseti, Hugoneto Valeti, G. de Quarro, sindicis ; — Nycolino de Liga, P. Magnini, G. Fabri, Francisco Grossi, P. Gavid, A. de Sancto Michaele, A. Regis, Anzo de Roye, Ja. Paqueti, Matheo Scarroni, Hugonino de Ponte, Glaudio Ravonelli, Jo. Poliuti, Gerardo Rogeti, Hugonino Consilii, consiliariis.

*(Receptor.)* — Egregius Girardus de Fogia fuit constitutus receptor generalis emolumentorum communis hujus civitatis Gebenn. ad et per unum annum, videlicet durante sindicatu supranominatorum, sub stipendiis ac honoribus et oneribus hacthinus percipi et supportari solitis, cum promissis opportunis.

*(Secretarius.)* — Egregius Guillelmus de Crosa fuit constitutus secretarius seu clericus supranominatorum d. sindicorum et consilii communis hujus civitatis Gebenn. presentis et futurorum, ad et per tres annos proximos die Martis nuper lapsa incohatos, etc., sub stipendiis, honoribus et oneribus hacthinus percipi et supportari solitis, et ultra dum benefecerit etc., cum promissis et ceteris clausis opportunis.

(89) *(Burgensis.)* — Johannes de Cimisterio, de Magnie, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis, mediantibus vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

[1] Le nouveau secrétaire du Conseil a inscrit son nom en tête du procès-verbal de la première séance où il a tenu la plume.



*(Vigil.)* — Qui fuit constitutus convigil burgi Sancti Gervasii, cum promissis etc.

*(Burgensis.)* — Michael Lyonardi, de Florencia, habitator hujus civitatis, fuit creatus burgensis, mediantibus vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Vigil.)* — Deinde constitutus convigil hujus civitatis.

Super peste accedatur ad dominos episcopales pro cridis fiendis et advisentur custodes portarum.

Super macellariis refferatur eisdem dominis episcopalibus.

Super reparacione itineris prope crucem de Cornavin visitetur locus, deinde tradatur in tachium.

Super portis de Marche et Sancti Christofori, teneantur clause, excepto gui(n)cheto, tensaque teneatur cathena et solvatur duobus custodibus qui custodierunt ipsas portas, cuilibet unus florenus.

Super quercubus traditis per Mermetum Borsat, qui exhibuit rotulum libratum per eum, visitentur etc.; d. sindicus Braseti habet ipsum rotulum.

*Veneris xv februarii :* Floreti, Braseti, Valeti, de Quarro, sindici ; — Ny. Lingot, P. Magnini, Franciscus Grossi, Anso de Roye, Ma. Scarroni, Ja. Paqueti, Hug. de Ponte, consiliarii.

Exhibita lictera sive instrumentum tachi discrimine vie prope et citra crucem de Cornavin, confirmatur etc.

Super discrimine vie prope pratum domini nostri et reparacione inde fienda fiat mandatum nobili Ay. de Versonay, mediantibus xij scutis Sabaudie super duobus burgensibus per eum reperiendis, qui habeat reparare etc.

(90) *Die Martis xix februarii,* existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, G. de Quarro, sindicis ; — M. Scarron, P. Magnini, H. Hemerici, Jo. Poliuti, Hugonino Consilii, Hugonino de Ponte, Ja. Paqueti, Anz. de Roye, A. Regis, A. de Sancto Michaele, Gavid, Grossi, consiliariis ; — d. Jo. de Saxo, d. F. de Veyriaco, A. de Dovris.

Egregius Glaudius Viennesii, secretarius episcopalis, exhibuit binas licteras a ven. d. P. de Grandivalle, vicario generali, emanatas, advocacionis duarum causarum, Jacobi de Ledeffort videlicet et Johannis

Chapuisii, detentorum suis demeritis exigentibus in castro Insule, quibus perlectis discessit idem Viennesii a consilio. Supervenerunt vero H. Valeti, consindicus, G. Fabri, Ny. de Liga, consiliarii, d. Anthonius Sostionis, utriusque juris doctor. Appunctuatum est de et super premissis quod accedatur ad consilium episcopale, etc.

Solvantur vigilibus pro eorum carnisprivio ij floreni.

*Veneris xxij februarii,* existentibus in consilio : Floreti, Valleti, G. de Quarro, Braseti, sindicis ; — F. Grossi, Anthonio de Sancto Michaele, Anz. de Roye, Ma. Scarron, Paqueti, P. Magnini, Fogia receptore, A. Regis, consiliariis.

D. Petrus et Franciscus Campanodi requisierunt dari in mandatis Guillelmo de Crosa et Hugonino Consilii quatinus duplum sive copiam processus contra Anthonium de Gonvillo formati in parte et passibus pro ipsis Campanodi facientibus eis tradant sumptibus moderatis, ipso processu agitato coram d. sindicis, judicibus causarum criminalium, et ordinatur quod fiat supplicacio, super qua providebitur.

De macellariis, evocentur die Martis proxima.

Die eadem veniant presbiteri nominati per Rugoz super facto capelle hospitalis pontis Rodani.

De hospitali cepto per sutores, evocentur die Martis proxima cum licteris.

Evocetur etiam rector hospitalis pontis Rodani.

(91) Super lactrinis ed[iffici]endis fiat verbum d. vicario.

*(Vigil.)* — Petrus de Fegeria fuit constitutus convigil, qui promisit etc.

*Die Martis xxvj februarii,* existentibus in consilio : Floreti, Braseti, Valeti, de Quarro, sindicis ; — de Liga, P. Magnini, G. Fabri, H. Emerici, Francisco Grossi, P. Gavid, A. de Sancto Michaele, Anz. de Roye, Hugonino de Ponte, Consilii, A. Regis, Fogia receptore, Matheo Scarroni, consiliariis.

Super edifficio de Genvillaz et Cergat, Petrus Gotrosii alias Garnerii reffert fuisse per se et alios operarios declaratum ut in relacione papirea exhibita, Durando vigille ractifficasse matri et uxori Johannis Cergat (?).



Super macellariis, evocentur coram consilio episcopali ad diem crastinam.

Super anniversariis fiendis in capella hospitalis pontis Rodani, observentur lictere dominicales et fiant juxta facultatem bonorum et discrecionem procuratoris Animarum Purgatorii. De camera autem presbiteri theotonici, idem Theotonicus eam teneat non derogando juribus rectoris dicte capelle qui pro tempore fuerit.

De lubricis mulieribus, scribatur crida que monstretur consilio episcopali et fiat prout duxerint precipiendum.

De hospitale prope Planum Palacii noviter cepto per sutores, evocentur ad Veneris proximam magister P. Gatiliardi, Arnolletus et dictus Rasins.

De blado interdicto et impedimentis illatis per officiarios illustrissimi d. comitis Gebenn., fiat supplicacio eidem d. comiti, que ostendatur consilio episcopali, fiatque prout idem consilium preceperit.

Super computis G. de Quarro et Girardi de Fogia, receptores ipsorum computorum apponant conclusionem in illis, quam referant quantocius fieri poterit.

Super domo Glaudii Monachi sumatur veridica informacio, cujus fiat relacio.

(92) *Die Veneris prima marcii,* existentibus in consilio : Floreti, Valleti, de Quarro, sindicis; — Gavid, A. de Sancto Michaele, Paqueti, de Ponte, Scarroni, Ny. de Liga.

*(Desinerius.)* — Johannes de La Toy fuit constitutus desinerius desinerie carrerie ante Fusteriam a parte venti.

Fimus plathee Fusterie traditus fuit Matheo Scarroni ad et per unum annum, mediantibus tribus florenis parvi ponderis, solvendis in manibus receptoris; promictens etc.

Dimictantur presbitero theotonico degenti in hospitali pontis Rodani helemosine et ea que sibi herogabuntur per eos qui confitebuntur eidem et pro quibus pro salute eorum animarum substinebit laborem.

Fuit deputatus administrator infectorum pestilencia in hospitali solito ven. d. Petrus Bonifilii, qui inventarium facere teneatur ac bonum computum et legitimam racionem reddere, etc.

Fuit eciam ordinatus et deputatus Thomas Joguet in dicto hospitali

et administrator dictorum infectorum loco Grisodi, qui deinceps se non immisceat etc. Promictens idem Thomas etc., et cavere etc.

Super hospitali pestilenciali cepto per sutores, presentibus P. Gatiliardi, Racemi, Arnolleto, fuit eis dictum quod licteras dominicales exhibeant ut videatur modus tenendi, Martis proxima.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes Galatini, de Marvallo, seralionus, mediantibus vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Vigil.)* — Deinde idem vigil constitutus, promictens etc.

(93) *Die Martis v marcii,* existentibus in consilio : Floreti, Braseti, Valeti, Quarro, sindicis; — Ny. de Liga, P. Magnini, A. Regis, F. Grossi, Gavid, Poliuti, Anz. de Roye, Paqueti, Hugonino de Ponte, Ma. Scarroni, Rogeti, consiliariis.

Super caucione prestita per Michaelem Techelz, denunciantem contra detentum super facto Nuribergensium, pendente causa coram d. sindicis, que caucio fuit heri prestita, ostendatur processus doctoribus et consulatur.

De barreriis Longuemale, fiant.

De d. Johanne de Crosa, creetur burgensis gratis.

De d. Stephano, capellano domini, videatur computus sui accessus ad partes ultramontanas ad dominum per auditores computorum, qui refferant. Super aliis pecuniis per eum sepissime petitis, stetur appunctuamentis super hoc alias factis.

De hospitali cepto per sutores, qui defferunt illud deducere complemento, compellantur per officiarios et fiat supplicacio ven. consilio episcopali.

De pignoribus levatis occasione fimium et carreriarum non mondatarum et sprecione penarum, receptor exiga[t] j grossum pro minori nec excedat sex quartos et a pauperibus nichil exigat.

De Glaudio Songey, qui petit copiam processus contra Machillier et restitucionem productorum per eum, fiat verbum consilio episcopali, deinde providebitur.

De turnis Areris, perficiantur, solicitentque Andreas Regis et de Fogia, receptor.

De Grisodo, hospitallerio pestis, compellatur per officiarios et [ad] vacuandum hospitale cum sit de alio provisum.



De macellariis fiat solers perquisicio aliorum, actento quod sunt in mora bene serviendi.

(94) *Die Martis xij marcii,* existentibus in consilio : Floreti, Braseti, Valeti, sindicis; — Ny. de Liga, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, G. Roget, Hugonino de Ponte, Paqueti, Scarroni, Anz. de Roye, Poliuti, A. de Sancto Michaele, Gavid, F. Grossi, consiliariis.

Et ulterius d. Jo. de Crosa, utriusque juris doctor, nunc consiliarius constitutus.

Super victualibus afferendis ad hanc civitatem a comitatu Gebennesii, perlecte fuerunt lictere ab illustrissimo d. comite Gebennesii emanate licencie vehendi et apportandi ad hanc civitatem, etc. Et super expensis per n. P. Floreti, qui ob hoc ivit Anessiacum, visitetur rotulus ipsius.

*(Burgensis.)* — Egregius Petrus de Crosa, de Ornay, notarius, fuit creatus burgensis gratis, contemplacione prefati d. Jo. de Crosa, ejus filii, serviciorumque per eum impensorum eidem civitati et que sperantur impendi, etc.

Cimbalum scole reponatur super bertrachia porte Ripe meliori in loco.

Super tachio Areris pro deffensione impetus, tradatur.

Super erragiis, provideatur de alio receptore, etc., si Fogia et Quarro nolint acceptare.

Super computis reddendis per Girardum de Fogia, tradat computos in manibus receptorum, qui visitent infra Jovis proximam et refferant die Veneris sequenti.

De impedimentis tollendis in platea Longuemale et barreriis fiendis ibidem, commictitur P. Cortagierii, barbitonsori.

*Die Mercuri xiij marcii,* existentibus in consilio : Floreti, Braseti, Hugoneto Valeti, consindicis ; — Andrea Regis, Henrico Emerici, Francisco Grossi, Anz. de Roye, Ma. Scarroni, Hugonino de Ponte, A. de Sancto Michaele, P. Magnini, (95) Ja. Paqueti, Ny. de Liga, Jo. Roberti, Jo. de Fontana, filio Gervasii, Francisco [1] coco, Charavelli, P. de Genesta, Anthonio Berruti, Petro Mermodi, P. Bidalis,

[1] Le nom est resté en blanc.

Jo. de Tulia, Clasquino de Castro, Be. Dorerii, Jo. Maliardi, Ste. de Putheo, Janino de Mara, Hugon. Boconis, Andrea de Nomine, P. Gervasii olerio, Roleto Grangerii, Girardo de Fogia, Henrico Folioux.

Exposita fuerunt :

Primo de hospitali pestilenciali sutorum quod edifficare plus debito differunt, fiat instancia quod sutores illud relinquant communitati que construi disposuit ibidem prope unum hospitale, quod fiet Deo previo.

De macellariis, tunc electi octo, duo parte magnifici consilii episcopalis, duo parte capituli, duo parte communitatis et duo parte macellariorum, qui apprecient etc., et refferre habebunt ut provideatur in consilio generali si sit opus.

De tachio Areris ad tuhendum Planum Palacii, fuerunt electi Hugoninus de Ponte, P. Magnini, Jo. Maliardi et Jo. de Fontana, qui instare et sollicitare habebunt operam ut melius poterunt. Et fiat per desinerias, ad racionem unius aut duorum hominum pro desineria, qui ire debeant hora vij et stare usque ad v.

*Die Veneris xv marcii,* existentibus in consilio : Floreti et Valeti, consindicis; — Magnini, Liga, Hemerici, Poliuti, Gavid, Anz. de Roye, Paqueti, consiliariis.

(96) Super canino [camino?] Johannis de Jay, visitetur et deinde videbitur quis teneatur, etc.

Dentur fratri Predicatori unum centum fassinarum que sibi herogantur in helemosinam.

*Die Martis xix marcii,* existentibus in consilio : P. Floreti, Braseti, Valleti, Quarro, sindicis; — de Sancto Michaele, Francisco Grossi, Anz. de Roye, Paqueti, Scarroni, Hemerici, G. Rogeti, G. Fabri, A. Regis, Magnini, Ny. de Liga, Gavid, Poliuti, Hug. de Ponte, consiliariis.

Non solvatur missa diei Martis nisi in ea interfuerunt d. sindici seu alter eorumdem, qui refferat interfuisse.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes Huserraz, de Gueldes, aurifaber, parrochie Madalenes, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Symondo de Ripa quod solvat in manibus receptoris



xx^ti florenos parvi ponderis per eum debitos occasione concordii ejus muri, qui de illis tenebitur computare in recepta. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum P. Cortagerii de xij florenis pro scannis et aliis factis et fiendis in platea Longuemale. — *(Levatum est.)*

*(Compromissum.)* — Jacobus Paqueti et Guillelmus Bonifacii promiserunt stare sumarie ordinacioni d. sindicorum presencium de et super differencia inter eos vigente pretextu domus, etc.

Super computis exactionis facte per Guillelmum de Quarro et Girardum de Fogia pretextu tallie, etc., fiat extractus debitorum restancium ad solvendum de quibus poterit fieri exactio.

Super macellariis qui differunt servire modo debito etc., fiant cride insequendo appunctuamentum consilii episcopalis et ven. capituli, quod omnes tam privati quam forenses vendant carnes precio apponendo in cridis et pondere, et alias prout dicabuntur.

Intrentur receptori xiij floreni et vj grossi pro dono facto illustri domino nostro.

(97) *Die Veneris xxij marcii,* existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, G. de Quarro; — Henrico Emerici, A. de Sancto Michaele, Ja. Paqueti.

Michael Techelz, de Nurembergo, habitator Gebenn., in causa contra Sebald tradidit certam appellacionem, petens licteras testimoniales, qui assignatur ad audiendum responsum Vesperis.

Deinde intervenerunt Ny. de Liga, P. Gavid.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes Charlier, de Mura, carpentator, parrochie beate Marie Magdalenes, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

Intrentur in computo receptoris donum datum illustri domino nostro, quod sequitur.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Petrus Viliet, filius Mermeti Viliet, de Vers, parrochie Magdalenes, mediantibus vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Franciscus Burdeti, de Vanvye, patisserius, parrochie Sancte Crucis, mediantibus vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes Bisardi, alias Jaqueti,

de Vovrey, condurerius, parrochie Magdalenes, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

*Die Sabbati xxiij marcii,* existentibus in consilio : Petrus Floreti, P. Braseti, Valeti, de Quarro, sindicis; — Ny. de Liga, P. Magnini, G. Fabri, Consilii, Gavid, A. de Sancto Michaele, Francisco Grossi.

Spectabilis Franciscus de Palude, dominus Ruppis, vicedompnus hujus civitatis nuper per illustrissimum principem dominum nostrum Sabaudie ducem constitutus, solitum prestitit juramentum[1].

(98) *Die Martis xxvj marcii,* existentibus in consilio : Floreti, Braseti, de Quarro, Valet; — Ny. de Liga, Henrico Hemerici, Francisco Grossi, P. Gavid, Hug. de Ponte, Jo. Poliuti, A. Regis, Paqueti, A. de Sancto Michaele.

‖ Johannes Bisardi alias Jaqueti parroc. ‖

Super blado supplicetur domino seu ejus consilio.

De d. Francisco de Veyriaco, qui supplicavit non molestari pretextu duorum scutorum per eum debitorum, compellatur ad solvendum.

Compellatur eciam Franciscus Macri ad solvendum ea in quibus tenetur.

De Benedicto Maliuti, super rotulo libratarum per eum, visitetur opus; visitato fiat mandatum de solvendo.

De Janino de Mara, pretextu borgesie fuit appunctuatum quod constituatur mediantibus xx^ti scutis et j colovrina casu quo constituatur infra Martis proximam, alioquin solvat xxx s.

De domo et ponte compellantur ad implendum tachium tachiatores, etc.

*Die Mercuri xxvij marcii,* coram P. Floreti, Braseti et Valet, consindicis; — presentibus H. Hemerici, H. Coquini.

N. Jacobus de Greyriis[2], locumtenens d. vicedompni Gebenn., prestitit juramentum.

[1] Voir aussi le « Livre des franchises », Arch. d'Etat, *Manuscrits historiques,* vol. 62, fol. 62 v°.

[2] Le « Livre des franchises » *(ubi supra)* le nomme : Aymonetus. Voir ci-après.



*Die Veneris xxix marcii*, existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, Hugoneto Valeti, G. de Quarro, sindicis; — A. de Sancto Michaele, Ny. de Liga, Consilii, Paqueti, A. Regis, Poliuti, consiliariis.

N. Aymonetus de Greyres, constitutus locumtenens magnifici d. vicedompni Gebenn., solitum in manibus prefatorum consindicorum prestitit juramentum.

(100)[1] Receptori, quod solvat Benedicto Malieti contenta in rotulo, videlicet xv florenos, ix grossos, ix denarios. — *(Expedita est.)*

*(Relacio.)* — Jacobus Quiblerii, Petrus Gotrosii alias Garnerii et Petrus Malrepos, carpentatores, commissarii ad hoc deputati, refferunt mediantibus juramentis visitasse fichiam aque Areris in qua sunt positi et implicati ij^c et lxxv valli seu paux. Refferunt insuper quod ille qui habebat onus tradendi dictos quercus prout convenerat non tradidit aliquos receptabiles. Ideo resecantur quinque floreni et residuum solvatur, videlicet Mermeto Borsat resta pro qua fiat mandatum : ix floreni, x grossi. — *(Expedita est.)*

De Johanne de Fontana, qui requirit non fieri gueytum in ejus camera turris siti in ejus domo, fuit appunctuatum quod fiat in ea gueytum juxta solitum, nichil innovando possessioni civitatis.

Super pronunciacione fienda super differencia vigente inter Jacobum Paqueti et Guillelmum Bonifacii, qui se compromiserunt etc., ut superius cavetur, remictuntur ad Martis proximam.

De scola, suspenditur solucio viij florenorum propter onera civitatis quousque fuerit aliter appunctuatum, de quibus octo florenis magister Wandelli, magister scole, habet licteram de mandato solvendi.

*(Burgensis.)* — Janinus de Mara, mercator, fuit creatus burgensis, mediantibus xl florenis parvi ponderis et tribus ulnis panni viridis coloris pro bancho aule consilii. — *(Levatum est.)*

*Die Martis secunda aprilis,* existentibus in consilio : P. Floreti, Quarro, Valet, consindicis; — de Liga, P. Magnini, A. Regis, G. Fabri, H. Emerici, Hug. de Ponte, Paqueti, F. Grossi, Gavid, de Sancto Michaele, Roget, consiliariis.

*(Burgensis.)* — Robertus Levet, rutisserius, parrochie Sancti Jorii,

[1] Le feuillet 99, mal placé, a déjà été imprimé ci-dessus, p. 144.

prope Annessiacum, fuit creatus burgensis, mediantibus vij florenis, j seilliocto. — *(Levatum est.)*

(101) Super quercubus deperditis sumat informacionem receptor, qui refferat Martis proxima.

De visione computorum gabellatorum videant receptores computorum.

Faciat quictanciam receptor de recipiendis per eum a gabellatoribus.

Super gradibus Longuemale, reparentur.

Omnes consiliarii intersint loco in quo hospitale construi debet, hora prima post meridiem, ut fiat visio quomodo debet construi.

Recipiantur macellarii forenses juxta formam cridarum.

Fiant banchi macellariorum et fieri faciat receptor.

De scola fiat pactum super loquerio ejusdem cum domino Cletarum.

*Die Martis ix aprilis,* existentibus in consilio : P. Floreti, Valeti, Quarro, Braset, sindicis; — Francisco Grossi, Gavid, de Sancto Michaele, Rogeti, Hug. de Ponte, Ny. de Liga, P. Magnini, Hemerici, consiliariis.

Fiat mandatum de solvendo P. Cortagerii, recepto prius ab eo juramento de summa. — *(Expeditum est.)*

De macellariis fiat querela domino super eorum inobediencia.

Vadant d. sindici ad dominum ut sibi placeat apponere primam lapidem in hospitali de novo Deo duce construendo.

De Jacobo Nergaz, solvat primo et ante omnia restam taillie per eum debite et super aliis per eum petitis providebitur, revideaturque taxa sua et videantur expense.

Super solicitacione operis hospitalis eliguntur P. Magnini, Henricus Emerici, Hug. de Ponte et Ja. Paqueti.

(102) *Die Veneris xij aprilis,* existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, Hu. Valleti, G. de Quarro, sindicis; — Henrico Emerici, P. Gavid, A. de Sancto Michaele, Hugonino de Ponte, Ja. Paqueti, G. de Fogia, consiliariis.

*(Compromissio.)* — De et super differencia vigente inter nobilem Petrum Floreti et Petrum Mermodi hiidem promiserunt stare ordinacioni et cognicioni prefatorum d. sindicorum trium, visis juribus



parcium et citra prejudicium injurie, etc., de qua idem Floreti protestatur [1].

Datum fuit tachium construendi murum hospitalis pestilencialis per prefatos d. sindicos, ut asserunt, Petro de Gerdili, lathomo, ad racionem teysie unius floreni et lapidum cissorum preparatorum, cujuslibet centum, v florenorum, vj grossorum.

*Die Martis xvj aprilis,* existentibus in consilio : Floreti, Valleti, Quarro, Braseti, sindicis; — Francisco Grossi, A. de Sancto Michaele, de Ponte, Paqueti, G. Fabri, A. Regis, Ny. de Liga, Rogeti, consiliariis.

Fuerunt ordinati hospitallerii hospitalis pontis Rodani Ludovicus Folliet et Henrieta, ejus uxor, cum promissis opportunis.

Visitetur locus retro pratum relicte n. Petri Guersi, que hic comparens parata est stare sumarie cognicioni prefatorum d. sindicorum.

‖ Fiat quictancia Johanni Ruby de centum florenis quos solvit pro liberis Ansermeti Marvalli, legatis hospitalis impedime, receptis per Gi. de Fogia, receptorem. ‖ — *(Levatum est.)*

Item idem Ruby herogavit dicto hospitali triginta florenos parvi ponderis manualiter et realiter receptos per Girardum de Fogia, receptorem, descriptos in papiro dicti hospitalis penes Ja. Paqueti existente.

(103) Solvantur fratri qui predicavit Kadragesima nuper lapsa x floreni, qui sibi herogantur in helemosina.

De et super pecuniis debitis per heredes Glaudii Saney, macellarii, ad causam gabelle etc., Arnolletus de Genesta fuit contentus stare ordinacioni d. sindicorum, qui pronunciaverunt quod solvantur centum floreni, quam pronunciacionem acceptavit, etc.

*Die Veneris xix aprilis,* existentibus in consilio : P. Floreti, Braseti, Valleti, Quarro, sindicis; — H. Emerici, Gavid, de Sancto Michaele, Paqueti, Hugonino de Ponte, G. Fabri, Girardo de Fogia, consiliariis.

*(Macellarius.)* — Roletus de Gerdili, ortus de Jussier, nunc habitator

[1] Au bas du feuillet 102 recto, on lit ces mots qui constituaient l'injure dont le syndic Floreti se plaignait : « Vous ne usé que de fier lengaiges. » Voir ci-après, p. 213.

hujus civitatis Gebenn., fuit admissus in macellarium juxta formam cridarum et ad racionem carnium in illis contentam, cum promissis opportunis.

Fuit expositum super bulitinis tradendis forensibus qui hanc civitatem intrabunt; videtur non esse tradendos sed accedatur super hoc ad dominum.

*Martis xxiij aprilis*, existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, Quarro, sindicis ; — Grossi, Ny de Liga, A. Regis, G. Fabri, Hug. de Ponte, Paqueti, A. de Sancto Michaele, Gavid, Henrico Hemerici, G. Fabri, consiliariis.

Egregius Glaudius Songey requisiit sibi tradi et restitui informaciones et jura per eum exhibita et tradita in causa criminali contra Machillier et consortes, etc. Fuit appunctuatum quod sibi expediantur. Idem vero Glaudius Songey promisit ea exhibere et communicare in manibus sindicorum qui pro tempore fuerint, tociens quociens super hoc debite fuerit requisitus, et suis sumptibus, si opus sit, eisdem sindicis de ipsis dare copiam, etc.

Sera et clavis cathene ante domum n. Petri de Pemes tradite fuerunt Amedeo Raynaudi, patisserio.

(104) Magister Petrus Mermodi dixit et proposuit coram eo, perlecta lictera testimoniali, quod si quicquam dixit contra dictum Floreti quod non credit ; requirit ipsum Floreti quod sibi parcere velit, petens licteram testimonialem.

*(Pronunciacio.)* — De et super differencia vigente inter nobilem Petrum Floreti et Petrum Mermodi occasione certe appodiacionis muri, super qua se compromiserunt ut superius in hoc papiro constat, comparentibus partibus petentibus refferri per operarios et petentibus pronunciari, audita relacione Petri Gotrosii, Petri Malrepox et P. de Chambet, trium lathomorum, commissariorum ad hoc deputatorum, prenominati d. sindici, participato consilio et deliberacione prehabita cum supradictis consiliariis, pronunciaverunt ut sequitur, videlicet quod idem Mermodi possit et sibi licitum sit appodiare de et super sponda muri ipsorum comunis inter ipsorum domus, ubique a tecto per dictum Mermodi jam cepto per totam spondam inferius, et hoc mediantibus duobus florenis per dictum Mermodi solvendis, dicto Floreti xviij grossis, et



operariis vj grossis. Item quod idem Floreti remictat injuriam sibi ut asserit illatam per dictum Mermodi, videlicet : *Vous ne usez que de fiers lengaiges,* et quod deinceps sint amici, etc. Quam pronunciacionem dicte partes ratifficaverunt et approbaverunt ; promictentes etc. ; renunciantes etc. Die Veneris xxvj aprilis, presentibus Braseti, Paqueti, Hugonino de Ponte, idem Mermodi solvit dicto P. Floreti dictos xviij grossos ante fenestram aule.

Marquetus Toneaux, aurifaber, exhibuit certas peciolas cissas quas deportavit. Deinde extimate fuerunt, pondere facto : ix floreni, viij grossi, quos dicti sindici confituntur habuisse manu Girardi de Fogia, receptoris, quem Marquetum indempnem sindicario nomine servare promictunt si impeti contigerit, etc.

De meretricibus e[j]iciendis a locis honestis, ludis et juramentis et blasfemis, fiant capitula.

De et super materia mugneriorum qui plus accipiunt quam debeant, prosequatur usque in finem, taliter quod dicti mugnerii deinceps nichil indebite accipiant.

De et super modo construendi et ordinandi hospitale pestilencie fuerunt electi nobiles Petrus Floreti, consindicus, Henricus Emerici et Girardus de Fogia.

‖ De et super differencia vigente inter G. Bonifacii et Ja. Paqueti occasione domus etc., super qua se compromiserunt alias, prenominati d. sindici pronunciaverunt, participato consilio et ut sequitur, videlicet quod idem Guillelmus restituat dicto Paqueti, de xlviij florenis per eum concessis, xiv florenos. Item quod idem Guillelmus satisfaciat de edifficiis de ejus precepto factis, eciam neccessario, ordinacione operariorum, non innovando primis pactis. Quam pronunciacionem approbaverunt etc.

(105) Fuit tradita in custodiam porta Baudeti Ansermeto de Ponte sub salario unius floreni pro singulo mense.

*Die Martis ultima aprilis,* existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, Quarro, sindicis ; — Gavid, Paqueti, Ponte, Grossi, Fabri, H. Hemery, Rogeti, A. Regis.

(106) Super licteris Hugon. Burdeti concernentibus domum Campremi, commictitur receptoribus computorum qui refferant Martis proxima.

Super licteris indulgencie et exortatoriis etc., et questa fienda.

De Johanne Clerici super pecuniis que sibi impetuntur occasione receptorie quam gessit pro revisione fienda, requiratur detineri quousque racionem reddiderit cum reliquorum satisfacione.

De visitacione communium, fiat vocato d. castellano et ceteris evocandis juxta formam franchiesiarum.

De fornerio constituendo in furno communis, tradatur plus offerenti.

Scribatur dominis Basiliensibus in favorem Thome Marescalli, Alamani.

*Die Martis vij maii,* existentibus in consilio : Floreti, de Quarro, consindicis; — Francisco Grossi, G. Fabri, Paqueti, Hug. de Ponte, Hemerici, Gavid, consiliariis.

Fuit expositum de modo ferendi sentenciam et exequucione fienda per quos intererit; fiat verbum domino et habeantur lictere a domino.

|| Fiat mandatum receptori Girardo de Fogia super torchiis seu facibus per eum libratis de xxxiij florenis, vij grossis. ||

(107) *Die Sabbati xj maii,* existentibus in consilio : P. Floreti, G. de Quarro, consindicis; — d. A. Sostionis, d. Jo. de Saxo, doctoribus; — d. Ludovico Botolierii, Henrico Hemerici, Francisco Grossi, P. Gavid, Girardo Rogeti, A. de Dovris, A. de Vitello, Jo. Veluti, Chivanderii, P. Magistri Petri, Jo. Malagnodi, Charavelli, P. Mermodi, P. de Versonex, Sy. de Ripa, Jo. de Lompnes, Glaudio de Castro Rubeo, G. Joly, Ste. Putheo, Jo. Lupi, Gi. de Fogia, Janino de Mara, filiis Gervasii, Christinus Tombeti, Jo. Calabry, Ny. Tornerii, A. Regis, Folioux juniore, Jo. de Bolo draperio, Clasquino de Castro, Bocardi seniore, Francisco Petralis, G. Fabri, A. Lyonardi, Ja. Paqueti, Jo. Novelli, Mermeto Paqueti, Jo. Albi.

Super capcione n. Petri Floreti, consindici civitatis Gebenn., hodie per officiarios vicedompni facta, fuit consultum de modo exponendi illustri ac reverendo principi nostro et supplicandi.

Sumpta occasione quod nobis Aymonetus de Greyres, castellanus hujus civitatis, adduxit hodie ante Domum communem quemdam sceleratum pro sentencia ferenda, qui n. castellanus certo temporis spacio



expectavit dictum n. Petrum Floreti, quem perpendit minime venire, retroduxit dictum sceleratum ad castrum Insule, ipso Floreti absente dictamque expectacionem ignorante. Paulo post fuit per quos supra captus de precepto prefati n. castellani et ad castrum Insule ductus, in quo stetit detentus certo temporis spacio, deinde relaxatus etc.

Fuit conclusum quod accedant d. sindici associati consiliariis ad prefatum dominum nostrum, cui premissa exponantur humillime.

(108) *Die Martis xiiij maii,* existentibus in consilio : G. de Quarro ; — A. Regis, Hug. de Ponte, Ja. Paqueti, G. de Fogia receptore.

Reperti fuerunt in alabaustro hospitalis pestilencie xxij grossi, ij quarti, quos Girardus de Fogia, receptor, habuit et recepit.

Est unus ciphus argenteus in archa, qui taxetur per aurifabrum, deinde fiat relacio.

*Die Martis xxj maii,* existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, de Quarro, consindicis; — A. Regis, Henrico Emerici, Francisco Grossi, Hugonino de Ponte, Paqueti.

Super memoriali oblato per macellarios, qui petunt quod vendant, hinc ad proximum festum beati Andree, v denariis cum obolo, fuit appunctuatum quod accedatur ad ven. consilium episcopale pro conclusione fienda.

Super bulitinis tradendis habere volentibus bladum a venditoribus illud, fiant per Hugoninum de Ponte et Ja. Paqueti, qui faciunt quia jam sunt constituti super blado.

Super duplo tradendo postulantibus responsionis facte per Anthonium de Gemello, falsar[i]um, detentum in castro Insule, tradatur contra illos qui composuerunt partibus petentibus, et aliis lata sentencia seu liberato dicto detento scelerato.

|| Fiat mandatum receptori Girardo de Fogia super rotulo, occasione facum per eum libratarum, de xxxiij florenis, vij grossis. || — *(Levatum est.)*

Aymonetus Chinay, de Vegie, promisit bonas vendere carnes precio ordinato.

Michaletus Losserii, de Quercu, simile prestitit juramentum.

Solvatur vigilibus pro pulsacione ac pena et labore in exequiis serenissimi regis Chipri et domini ducis, j florenus [1].

(109) *Die Jovis xxiij maii,* existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, de Quarro, consindicis ; — A. Regis, || G. de || Fogia, Andrea de Dovris, Janino de Mara, Ste. de Putheo, Ma. Petralis, Marqueto Toneaux, Jo. de Palude, J. Paqueti, Voulterio Charnavelli, Henrico Belleboche, N. de Nanto, de Palude, P. de Cresto, H. Emerici, Arnolleto, Girardo Rogeti.

*(Domus et publicacio.)* — De et super differencia vigente inter egregium Andream de Dovris et Stephanum de Putheo, occasione certorum edifficiorum eorum domorum ac dependencium etc., ipse partes promictunt stare summarie ordinacioni et cognicioni prefatorum d. sindicorum, vocatis operariis et ceteris evocandis.

Super macellariis qui petunt vendi carnes hinc ad proximum festum beati Johannis Baptiste, muthonales v denariis et bovinales iij denariis cum obolo, accedatur ad consilium episcopale.

Super eo quod Bertrandus de Quoquina, die Martis nuper lapsa, hora nocturna, associatus certis aliis, fregit portam aule Domus communis cepitque Raymondum Coste, vigilem, et ad carceres episcopales duxit in quibus detinetur, accedatur ad dominum.

Super eo quod dominus Greyliaci intravit domum, pretentens bona tabilialitate [2] causante ad eum pertinere, fiat supplicatio domino.

*Die Martis xxviij maii,* existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, de Quarro, sindicis ; — Gavid, de Sancto Michaele, Scarroni, Henrico Hemerici, G. Fabri, A. Regis, P. Magnini.

Fuit appunctuatum, presenti Ja. de Verulphis, priore confratrie Heucaristie Christi, quod signaux dari solitum quod ascendere poterit ad j grossum quod singulo tradatur pro constructione hospitalis pestilencie etc., usque ad j grossum.

(110) Fiat mandatum de iiij$^{or}$ florenis pretextu expensarum per

[1] Louis de Savoie, roi de Chypre, fils du duc Louis et d'Anne de Chypre, vivait retiré à Ripaille où il mourut en avril 1482 ; le duc Philibert I$^{er}$ mourut à Lyon le 22 avril 1482.

[2] *Lisez probablement :* taliabilitate.



receptorem solutarum commensali carcerum episcopalium occasione detencionis n. P. Floreti, P. Gavid et Ray. Coste.

De consensu Andree Regis et Guigonis Prepositi fiat edifficium domus disrupte site in carreria Macelli usque ad primam trabaturam. Et impedimenta existencia in carreria tollantur.

Et quam primum Andreas Regis initiaverit, dictus Guigo Prepositi similiter facere debeat et construere quatenus eum concernit usque ad dictam primam trabaturam.

Super occupacione illata per dominum Greyliaci in domo sita in burgo Sancti Gervasii, fiat instancia erga dominum et consilium episcopale denturque favores opportuni pauperi vidue cum debita instancia.

Solvantur Hugon. de Fontana quindecim floreni parvi ponderis de summa c et xxxij florenorum per eum solvi promissorum, de quibus habet licteras dominicales, et cancelletur obligacio reste, etc.

Cancelletur admodiacio gabellarum traditarum nobilibus P. de Pemes et Henrico Hemerici.

De macellariis fiat verbum d. vicario, etc.

Decessu Hugoneti Valeti, consindici, fuit facta loco sui electio in personam M. Scarroni.

*Die Martis quarta junii,* existentibus in consilio : P. Floreti, Braseti, Quarro, sindicis ; — P. Magnini, A. Regis, Hen. Emerici, P. de Sancto Michaele, Hug. de Ponte, de Dovris.

Super exhibicione certarum licterarum dominicalium exhibitarum per d. Stephanum Piardi, qui peciit sibi solvi summam inibi mencionatam in observacionem dictarum licterarum, compareant coram consilio episcopali sindici et petant dictas licteras revocari.

Super peticione facta per rev. d. abbatem Bonmontis super focagio [1] vini ad civis (?), constat eum teneri ex tenore sue lictere et prosequatur juridice ut solvat. Super questa fienda ad opus hospitalis pestilencialis deputentur domino per d. sindicos.

Datur unus burgensis perquirendus per lusores ystorie Roberti Dyaboli, usque ad vj florenos parvi ponderis.

[1] *Lisez probablement :* foragio.

Faciat fieri exinde relicta Monthyonis excubias prout ceteri et amphore levate sibi restituantur.

Super macellariis, qui cridas super vendicione carnium observare postponant, fiat instancia super formacione processuum, etc.

(111) Fiant cride de guindeiis quod vendantur ad racionem libre j quarti, eciam de gueyfionis.

*(Juramentum Consilii.)* — *Die v junii* [1], Hugonetus Consilii, locumtenens d. vicedompni, prestitit in manibus P. Braseti et G. de Quarro, consindicorum, juramentum solitum, presentibus Glaudio Romaneti et Brune [2], clerico dicti Braseti.

*Die Martis xj junii,* existentibus in consilio : Floreti, Braseti, Quarro; — Francisco Grossi, H. Hemerici, P. Magnini, A.de Sancto Michaele, Poliuti, Hugonino de Ponte, Dovris, Gavid, A. Regis, Girardus Rogeti, G. Fabry.

*(Vigil.)* — Relatu prefatorum consindicorum Johannes de Passu fuit constitutus convigil.

Guillelmus Fabri habet centum florenos legatos per Johannem de Pemes; fuit conclusum quod implicentur in constructione hospitalis pestilencialis.

Super precio carnium vendendarum per macellarios fiat unum memoriale de modo tenendo.

De Roleto Arnaudi et relicta Petri Guersi, qui occupaverunt plateas communes prope eorum possessionum, fiat prosequucio ac justicia consequatur de eis.

De salario servitorum pestilencie, d. sindici cum eis tractent et concludant, deinde refferant.

De sindico fiendo presententur consilio generali, nominentur Ma. Scarroni et Jo. de Fontana.

*Die Martis xviij junii,* existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, G. Quarro, sindicis; — Dovris, Gavid, de Sancto Michaele, Polliuti, Scarroni, de Ponte, P. Magnini, Rogeti, Hemerici, A. Regis, G. Fabri.

[1] Cet article a été ajouté au bas du feuillet 110 v°.
[2] Le prénom est resté en blanc.



Fiat mandatum Girardo de Fogia, receptori, de viij$^{xx}$ iiij florenis, ij solidis, xj denariis, libratis ut in rotulo pro deffensione Areris de mandato allocandi. — *(Levatum est.)*

Illustris ac rev. princeps noster habere voluit duo vugleria ducenda apud Seyssellum, ut ita n. Jacobus Jaquinodi, archeriorum capitaneus, asserebat, qui convenit egregiis Petro Braseti et Guillelmo de Quarro, consindicis, in priscum locum Domus communis restituere; hec ita exposita fuerunt. — Restituta fuerunt [1].

Supra nominati d. sindici P. Floreti, P. Braseti et G. de Quarro, sindici, confitentur habuisse a Guillelmo Fabri, presente, centum florenos parvi ponderis per eum traditos ut asserunt in manibus Girardi de Fogia, receptoris, presentis, qui de illis promictit in recepta computare, quos c florenos idem Guillelmus habebat in custodiam donatos alabaustro Omnium Animarum per n. Johannem de Pemes quondam, de quibus prefati d. sindici sindicario nomine dictum Guillelmum et suos quictant, etc., jubentes cancellari obligacionem ob hoc per dictum Guillelmum factam, etc.

Fuerunt electi Franciscus Violant et dictus Moche, coci, pro visitacione carnium macelli, qui presententur ven. consilio episcopali.

(112) *(Pronunciacio.)* — Egregius Andreas de Dovris, presente Stephano de Putheo, exhibuit licteras dominicales quas peciit observari; quibus visis, audita relacione operariorum in papiro et relacione nomi-[n]atorum, dicti d. sindici ordinaverunt et pronunciaverunt ut in ea, jungentes sub pena lx solidorum quod mancipent effectui hujusmodi pronunciationem.

*Veneris xxj junii,* existentibus in consilio : supradictis sindicis; — A. Dovris, H. de Ponte, P. Magnini.

*(Visitatores carnium et piscium.)* — Johannes Regis alias Moche et Franciscus Violant fuerunt deputati et constituti ad visitacionem carnium et piscium, de mandato eciam ven. consilii episcopalis, cum promissis opportunis.

*(Relacio.)* — Refferunt Petrus Garnerii, Petrus Jo. Gueydon, Aymo Bochet, P. Biolley, Ludovicus Brant et Hugonetus de Rages, commis-

[1] Ces mots ont été ajoutés après coup au-dessous de la ligne.

sarii ad hoc deputati, terminasse ac fichias posuisse inter commune et terram Nycodi Arnaudi, in loco d'Urtebise.

*Martis xxv junii,* existentibus in consilio : P. Floreti, G. de Quarro, P. Braseti; — P. Magnini, A. de Sancto Michaele, de Dovris, Hugonino de Ponte.

Satisfiat mulieri hospitalis pestilencialis de stipendiis.

Quia magister Petrus Mermodi retro suam domum porcos tenet, precipiant officiarii super disrupcione.

Fiat mandatum Chavanelli de mandato solvendi ea in quibus sibi tenetur communitas occasione reparacionis itineris prope commune de Cornavin, de xxxv florenis. — *(Expeditum est.)*

Observentur lictere dominicales super sentencia fienda contra Anthonium de Gimello, etc., et exequucione fienda secrete, etc.

Teneatur consilium generale super constitucione sindici crastina die.

(113) *Die Mercuri xxvj junii,* in consilio generali in quo aderant : P. Floreti, P. Braseti, G. de Quarro, sindici; — A. Regis, A. de Sancto Michaele, H. Emerici, Hug. de Ponte, A. de Dovris, G. Fabri, consiliarii; — Petrimandus de Malodumo, Perretus Chinuti, Jo. de Joyii, Mermetus Colombi, Jo. Ternerii, Ja. de Rugo, Ste. de Puteo, A. Lyonardi, egregius d. Franciscus de Veyriaco, l[egum] d[octor], P. Teste, Ray. Lulini, Jo. Bocardi, Hug. de Fontana, Jo. de Marlio, F. de Mota, Jo. Cunat, P. de Monte, P. Boconis, Hug. Vivyer, Jo. de Cresto notarius, Jo. Machardi, Mermetus Betent, Christinus Tombet, Val. Charavelli, Hug. Boconis, Mar. Dannelli, Jo. Moche, Anser. Mistralis, D. Cohenteti, Henricus Beatrisii, de Nemore notarius, Henricus Mermodi, Ja. Rore, P. Mercerii, Jo. Calabri, Robertus de Cresto, P. Jo. Gueydon, P. Levrerii, Mar. Bellot, Jo. Rolerii, Jo. de Palude, Seba. Freperii, Franciscus Oddet et pluribus aliis.

Fuit in ipso consilio generali nemine discrepante electus et creatus consindicus hujus civitatis h. vir Matheus Scarroni, burgensis et mercator ipsius civitatis, absens, etc., decessu Hugoneti Valeti, quondam consindici. — *(Levatum est.)*

Die xxvij junii, supranominatus Matheus Scarroni solitum prestitit



juramentum in manibus nobilium P. Floreti et Guillelmi de Quarro, consindicorum, presentibus A. Dovris, Jo. Ballieti, Jo. Flory, etc.

Fuit expositum quomodo macellarii prestiterunt juramentum, sub pena privacionis perpetuis temporibus et lx solidorum, de non matando et vendendo carnes in hac civitate quod deinceps bonas et legales vendent carnes, precio et ad pondus videlicet bovinalis libre iij denariorum, j oboli, et muthonalis v denariorum, oboli, toto anno sine deffectu; quod ratum dictum consilium generale habuit.

Ratum eciam habuerunt electionem factam in consilio ordinario de duobus visitatoribus carnium, ac precio apponendo in hiis que non erunt pingues et min[or]is valoris, videlicet Francisco Violant et Jo. Moche, cocis.

Voluerunt observari novis macellariis in Longamala deputatis eis promissa prout et ceteris macellariis tempore convento, dummodo bene et fideliter serviant, etc.

Super exactione erragiorum fuit conclusum quod consilium ordinacionem provideat super hoc de uno receptore ydoneo, dans idem consilium generale dicto consilio ordinario potestatem super ipsis erragiis cum partibus concordandi et faciendi prout ei videbitur eque et racionabiliter faciendum, etc.

(114) *Die Martis secunda jullii,* existentibus in consilio : Braseti, de Quarro, Henrico Hemerici, P. Magnini, Hug. de Ponte, A. Regis.

Refferunt P. Jo. Gueydon et P. Garnerii, operarii, quod murus inter domum Glaudii Songey et grangiam Jenodi communibus expensis reparetur et brevi in tempore, pro scandallo vitando.

Tradantur hospitali pestilenciali in manibus sacerdotis, quos collegit Ray. Coste amore Dei, vij grossi, et ij grossi, j quartus eidem Coste pro pena, etc. : ix grossi, j quartus.

Prefati d. sindici protestati fuerunt contra egregium Petrum Floreti, qui locum absentavit nullo per eum relicto loco sui in sindicatu exercendo.

*Die Martis ix jullii,* existentibus in consilio : P. Braseti, Quarro, Scarroni, sindicis; — A. Regis, P. Magnini, Paqueti, P. de Nanto, Poliuti, consiliariis.

Fiant cride quod vagabundi et pauperes validi hodie absentent civitatem.

P. de Nanto senior prestitit juramentum locumtenentis vicedompni. Item fuit constitutus consiliarius.

Quilibet sindicorum assumat onus qualibet septimana per se vel alium exercendi officium sindicatus.

Fuerunt deputati ad ponderandum panem et levandum, loco et vice sindicorum, peste vigente, etc., qui substit[u]juntur per dictos sindicos quo ad hoc.

Corpora mortuorum et infectorum extra civitatem non adducantur in civitate, verum mortui inhumentur in cimisterio Sancti Leodegarii citra prejudicium parrochialium ecclesiarum.

Datur cuilibet vigilum, tribus mensibus durantibus, in augmentum stipendiorum unus florenus, et incedant cum armis et vigillent noctibus.

Fiat mandatum pro cimbalo pulsando vigilibus de ix florenis. — *(Expeditum est.)*

(115) *Die Martis xvj jullii*, existentibus in consilio : P. Braseti, G. de Quarro, Scarroni, sindicis; — G. Rogeti, Bo. de Sancto Michaele, qui nunc prestitit juramentum consiliarie, P. Magnini, P. de Nanto, Paqueti, A. Regis, Hemerici.

*(Vigil.)* — Raymondus Boveti fuit constitutus convigil, qui solitum prestitit juramentum.

Circa custodiam portarum eligantur vigiles et custodes per sindicos in numero condecenti.

Tuheantur servitores domini si sint burgenses prout et ceteri burgenses.

Eligant d. sindici magistrum artillierie quem eis videbitur.

*(Vigil.)* — Nycodus Chapuisii fuit constitutus vigil.

*Die Martis xxiij jullii*, existentibus in consilio : Floreti, Braseti, Quarro, sindicis; — Hen. Hemerici, Ja. Paqueti, Bo. de Sancto Michaele, Rogeti, P. Nanto.

Habuerunt acceptum licteras missas sanctissimo domino nostro pape, serenissimo regi Francie et illustrissimo domino nostro duci in favorem



rev. d. Urbani de Chivrone, electi in episcopum Gebenn., quodque ordinaverunt scribi in sui favorem ulteriores licteras prout res exposcet [1].

De custodia portarum et civitatis, domini capituli eorum parte et sumptibus ordinaverunt xvj homines.

Dantur Durandi infirmante detento exigentibus serviciis, compaciendo eidem, vj floreni parvi ponderis.

Fuerunt exhibite lictere d. Bernensium et Friburgensium in favorem rev. d. Urbani de Chivrone circa episcopatum Gebenn. per eum obtinendum, que tradite fuerunt Girardo de Fogia reponende in archiviis tute preservande [2].

De lictera missa per n. Petrum de Pemes ut ipse et alii reddantur ab eorum i[ni]micis securi, ostendatur lictera ipsa dominis capituli.

In capitulo in quo aderant ven. domini Ludovicus de Lornay, Jo. de Sancto Amore et Andreas de Croseto, canonici; — necnon egregii P. Floreti, P. Braseti, Guillelmus de Quarro, consindici; — H. Emerici, Gir. Rogeti, Ja. Paqueti, P. de Nanto.

Fuit conclusum quod dictus P. de Pemes veniat in statu suo nec veniat concomitatus armigeris, qui Petrus preservabitur ab opere facti prout et ceteri burgenses. Et de eo et ceteris postulantibus ministrabitur justicia.

(116) *Die Martis penultima jullii*, existentibus in consilio : P. Braseti, G. Quarro, Jo. de Fontana, sindicis; — Hen. Emerici, G. Ravonelli, Bo. de Sancto Michaele, P. de Nanto, Girardo Rogeti.

Notifficatur adventus n. P. de Pemes et suorum sociorum, eciam ejus bonum velle et responsum dominorum de capitulo.

Vigiles portarum manuteneantur.

[1] L'évêque Jean-Louis de Savoie était mort, à Turin, le 4 juillet 1482. Il y eut alors compétition entre Urbain de Chevron, abbé de Tamié, élu par le chapitre (19 juillet), Jean de Compey, évêque de Turin, transféré à Genève par le Saint-Siège (24 juillet), et François de Savoie, frère cadet de Jean-Louis, prévôt du Grand-Saint-Bernard (Montjou), nommé archevêque d'Auch en 1483. Voir Ed. Mallet, *Mémoire sur l'élection des évêques de Genève*, 2e partie, dans M. D. G., t. V, p. 185 et suiv. Les fragments du Registre du conseil relatifs à ce conflit ont été publiés dans les pièces justificatives de ce mémoire, *ibid.*, p. 300 et suiv. Comp. le récit de F. Bonivard, dans *Chroniques de Genève*, éd. citée, t. I, p. 266 et suiv.

[2] Sur l'intervention des Suisses en faveur d'Urbain de Chevron, voir E. A., t. III, 1, p. 129 *b* (18 août).

Concluditur quod recipiantur mutuo a Matheo Scarroni centum floreni pro succurrendo neccessitatibus civitatis, quos admodiatarius bossetarum solvere respondeat.

Dentur auquitoni novi vigillibus ; quibus eorum salaria solvantur.

Detur in tachium edifficium hospitalis pro l florenis.

Obtineantur bulle pro hospitali.

G. de Quarro substituit loco sui in sindicatu Girardum de Vaudo, absentem.

‖ Fiat mandatum de solvendo vigilibus, pro eorum stipendiis unius mensis hodie finiti, de xij florenis. ‖ — *(Expeditum est.)*

*Die Martis vj augusti,* existentibus in consilio : P. Braseti, G. Quarro, Jo. de Fontana, Hen. Hemerici, B. de Sancto Michaele, P. de Nanto, A. Regis.

Super licteris missis parte domini Burgundie, concernentibus querelam cujusdam mercatoris, fiat responsio, etc.

De Agnete, que retrahit pestilenciales, subastetur vacha sibi levata per justiciam, etc.

De macellariis qui vendere non verentur sine pondere eciam fedas, assignentur et incarcerantur.

De blado levato illi de Malodumo, confischetur per justiciam erga quam fiat instancia, et emolumentum sit, si sit voluntatis justicie, (sit) pro hospitali pestilenciali.

Fiat crida quod nullus emat panem pro revendendo sub pena lx solidorum et perdicionis panis.

Item quod nullus extrahat bladum nisi in farina.

(117) *Die Martis xiij augusti*, existentibus in consilio : Braseti, Quarro, Fontana; — Hen. Emerici, Ravonelli, Levrerii, qui nunc fuit constitutus consiliarius, etc., Bo. de Sancto Michaele, P. de Nanto.

Super insultu Alamanorum ultra pontem Arrerim, ultra preceptum etc., sumantur informaciones.

De scribendo pro domino electo supersedeatur, actentis licteris illustris et rev. domini Montisjovis [1].

[1] François de Savoie, voir ci-dessus, p. 223, n. 1.



Super binis licteris prefati domini Montisjovis fiat responsio.

Super licteris trinis domini Rotuli accedat ad eum G. de Crosa cum licteris credencie.

De receptore non innovetur.

(118) *Die Martis x septembris,* existentibus in consilio : Braseti, Jo. de Fontana, Quarro, sindicis; — Hen. Emerici, Bo. de Sancto Michaele, Cortagerii, constitutus consiliarius, Ravonelli, Consilii.

*Die Martis xvij septembris,* existentibus in consilio : Braseti, Quarro, Fontana; — Consilii.

Scribatur in favorem Hugoneti Consilii super clericature officio cum de Crosa.

Quoad electionem locumtenentis d. vicedompni, prout scripsit dominus Rotuli, vicedompnus, fiat cum majori quantitate consiliariorum.

*Die Martis xxiiij septembris,* existentibus in consilio : Braseti, Quarro, Fontana, consindicis ; — H. Emerici, B. de Sancto Michaele, Cortagerii.

Fuit ordinatum quod si tradantur alique lictere parte domini Montisjovis, quod Braseti et Girardus de Fontana accedant ad dominos de capitulo apud Quarro audituri exponenda, qui refferant.

Cridetur vinum novum quarteronus ad vj denarios.

Requiratur d. castellanus de capiendo vagabundos.

Carroneria tradatur more solito.

(119) *Die Martis prima octobris,* existentibus in consilio : P. Braseti, G. de Quarro, Jo. de Fontana, consindicis; — Hemerici, Sancto Michaele, Ravonelli, Cortagerii.

Requirantur domini de capitulo quatenus precipiant liberari dictum Puriffin a carceribus quibus subest, contemplacione d. Bernensium et Friburgensium, qui super hoc intercesserunt.

Et fuit appunctuatum nobilem Bo. de Sancto Michaele debere accedere a[d] dominos Andream de Malvanda et Philippum de Compesio, vicarios, cum licteris credencie et instruccionibus super dicta liberacione.

Ad quos dominos vicarios accessit idem Bo., qui, reversus die Veneris quarta octobris, retulit in presencia P. Braseti, Guillelmi de Quarro et Johannis de Fontana, consindicorum, nec non Hen. Emerici et P. Cor-

tagerii, consulum, ipsos dominos vicarios, auditis expositis per eum, esse contentos quod idem Puriffin liberaretur.

Ibidem dicti d. consindici, suis et Mathei Scarroni nominibus, presentant d. vicario in rectorem hospitalis Marlii Johannem Braseti, vacantem decessu d. Jo. Mejacii.

*Ipsa vero die Veneris,* ex ordinacione prefatorum sindicorum et consulum, idem Bonifacius, associatus G. de Quarro, Jo. de Fontana, P. Cortagerii et G. de Crosa, accessit apud Carra et, ante turrim quem inhabitat n. Ja. de Viriaco, exposuit d. Petro de Viriaco, eciam vicario, qualiter accesserat ad dictos d. vicarios, quibus exposuerat prout in instructionibus suis super relaxacione dicti Puriffin contemplacione dominorum Bernensium et Friburgensium, qui d. vicarii erant contenti quod liberaretur. Qui d. Petrus respondit quod si ipsi vicarii erant contenti de hujusmodi liberacione, erat contentus et ipse nec se opponat, requirens per d. Glaudium de Cotacia ibidem presentes [1] licteras testimoniales sibi fieri et concedi.

*Die Martis viij octobris,* existentibus in consilio : Braseti, Scarroni, Jo. de Fontana, sindicis; — Ravonelli, Bo. de Sancto Michaele, H. Hemerici, P. Cortagerii.

Solvantur P. Braseti, consindico, expense facte pro liberacione dicti Puriffin, intercessione dominorum Bernensium et Friburgensium, ascendentes ad iiij florenos, x grossos, iij denarios. — *(Expeditum est.)*

Matheus Scarroni ratifficat presentacionem factam de Johanne Braseti et denuo presentat, quatenus eum concernit, in rectorem hospitalis Marlii.

*Die Martis xv octobris,* existentibus in consilio : P. Braseti, Jo. de Fontana, consindicis; — Hen. Emerici, Bo. de Sancto Michaele, P. Cortagerii.

Visis binis licteris, altera emanata a d. Jo. de Lornay et Rupis et alia a d. comite Gebenn., una cum copia commissionis ducalis, fuit appunctuatum quod super hoc jussibus d. vicariorum pareatur.

[1] *Lisez sans doute :* presentem.



Super tachio tradito Chavanelli compellatur idem ipse per officiarios ad adimplendum tachium et reparandum iter.

Scribatur in favorem d. Francisci de Veyriaco domino Rotuli pro locumtenencia vicedompnatus Gebenn. per eum obtinenda.

(120) *Die Martis xxij octobris,* existentibus in consilio : Jo. de Fontana, Ma. Scarroni, sindicis; — H. Emerici, Bo. de Sancto Michaele, Ravonelli, Costargerii.

Exhibite fuerunt lictere Basiliensium contra Johannem Chabodi. Requirantur officiarii super justicia fienda.

*(Vigil.)* — Johannes Medici, de Martignier, fuit creatus et constitutus convigil.

*(Juramentum primum d. vicedompni [1].) — Die xxij octobris,* n. Petrus de Mandellaz, procurator spectabilis Amedei de Viriaco, domini Rotuli, vicedompni Gebenn., constantibus licteris quas exhibuit, prestitit juramentum solitum, in aula Domus communis, in manibus nobilium Mathei Scarroni et Johannis de Fontana, consindicorum, presentibus Hen. Emerici, Bonifacio de Sancto Michaele, ven. domino Johanne et nobili Jacobo de Mandellaz, fratribus, et pluribus aliis.

*(Juramentum castellani.)* — Paulo post idem ipse n. Petrus de Mandellaz, velut locumtenens d. vicedompni, prestitit juramentum ut supra.

*(Alarum pro ij^c xx florenis.) — Die Sabbati xxvj octobris,* in claustro Sancti Petri, ut moris est, debitis proclamatibus factis, candela incensa et deinde extincta, jus alarum expeditum fuit n. Johanni de Fontana, presenti, tanquam plus offerenti, mediantibus ducentum et viginti florenis per eum solvendis terminis solitis, per Matheum Scarroni, consindicum, presentibus ipso consindico et cum eo assistentibus Hen. Emerici, Bon. de Sancto Michaele, P. Cortagerii.

*Die Martis xxix octobris,* existentibus in consilio : P. Braseti, Scarroni, Jo. de Fontana; — Hen. Emerici, Bo. de Sancto Michaele.

[1] Cet article et le suivant sont intercalés au bas du feuillet 120 v°, à la suite de la séance du 29 octobre. — Amédée de Viry renouvela ce serment, en personne, le 17 décembre suivant; voir ci-après.

*(Ale.)* — Ale pro parte contingente ville, factis debitis cridis, die Sabbati nuper lapsa n. Johanni de Fontana tradite fuerunt, qui promisit solvere terminis solitis ducentum et viginti florenos parvi ponderis, etc.

Scribatur dominis Ligarum graciarum actiones reddendo ac bene ceptis perseverare velint, licteris cum dominis de capitulo si ita velint.

Dominus Sedunensis scripsit in favorem domini electi licteris suis, que ostenda[n]tur dominis de capitulo.

|| De filiis Durandi, decessi peste, ob diuturna servicia herogantur ejus filiis paupertate actenta decem floreni. ||

Ordinatur quod solvatur d. cancellario de Sancto Michaele juxta formam sui mandati.

(121) *Die Martis quinta novembris,* existentibus in consilio : P. Braseti, Jo. de Fontana, M. Scarroni, sindicis; — P. Gavid, Hen. Emerici, Bo. de Sancto Michaele, Hug. Consilii, Hug. de Ponte, Ravonelli.

Peste vigente in Domo communi, ordinatum fuit teneri consilium in domo de Orseriis vel alia secura peste eligenda.

Tradite fuerunt lictere quinque misse per Alamanos in favorem d. electi nobili Henrico d'Espagnye, alias Emerici, de precepto quorum supra, quarum retinui copiam.

Fuit perlecta appellacio dominorum de capitulo super facto episcopatus in favorem d. electi, in qua continentur inter cetera duo, videlicet comminaciones Alamanorum etc., item de domino Alii et morte ejusdem, etc. Fuit ordinatum quod hec due cause non apponantur in appellacione || de brevi per rev. d. Philippum de Co[mpesio] ||, quatenus concernit sindicos civitatis Gebenn.; sed si dictam primam velint ponere causam de Alamanis, dicatur quod Alamani in favorem d. electi scripserunt et cordi rem gerunt, prout in eorum licteris continetur.

Quoad breve papale presentandum, ut dicitur, per rev. d. Philippum de Compesio, accedant ad dominos de capitulo P. Braseti et Jo. de Fontana.

|| Intrantur Johanni de Fontana iiij$^{c}$ floreni per eum librati carpentatoribus pro edifficio hospitalis pestilencialis et iiij$^{c}$ floreni quos solvit Malrepos et P. Biolesii. || — *(Expedita est.)*



N. Johannes de Fontana, locumtenens d. vicedompni Gebenn., prestitit solitum juramentum.

Solvantur vigilibus octo grossi pro pena et labore substentis, etc.

*Die prima novembris,* existentibus in consilio, in claustro Sancti Petri : P. Braseti, G. de Quarro, Ma. Scarron, Jo. de Fontana; — Jo. Maliardi, Jo. Clerici, Ay. de Bosco, Martino Belloti, Glaudio de Castronovo, Ja. Rore, Henrico de Nanto, Jo. Chalex, Ste. Folioux, Petro Fabri, P. Gatiliardi, Ay. Troterelli, P. Gavid, Johanne de Sancto Michaele, G. Fabri, H. de Fontaneis, Sy. de Ripa, Clasquino de Castro, P. de Cresto chapellerio, Ste. de Furno, Henrico Charbonerii, Henrico Emerici, Glaudio Ravonelli, Hugonino Consilii, Bo. de Sancto Michaele, Bezan. Dorerii, Gaudeti mugnerio, P. Valli, Jo. Calabri, Glaudio Arnaudi, Hug. Boconis, Jo. de Palude sutore, P. de Genesta, Angellin de Veylis, Jo. de Leone, Voulterio Charavelli.

(122) Exposita fuit electio rev. d. Urbani de Chivrone, abbatis Stamedei, exhibiteque lictere misse sindicis et consulibus hujus civitatis parte dominorum Bernensium, Friburgensium et Lige Alamanie in favorem dicti d. electi, et ne aliquod dampnum, quod Deus advertat, contingat, requisierunt sibi dari bonum et sanum consilium ac advisamentum.

Fuitque expositum quod domini de capitulo elegerunt ambaxiatores venerabilem dominum Petrum de Viriaco et Henricum Hemerici, destinandos ad illustrissimum principem dominum nostrum Sabaudie ducem.

Fuit conclusum quod adhereatur dominis de capitulo, ambaxiataque ordinata destinetur ad prelibatum illustrissimum dominum nostrum ducem, cujus mandatis pareatur, et velle adherere appellacioni, etc.

Supranominati ibidem astantes approbaverunt et rata habuerunt et acepta omnia per dictos d. sindicos circa materiam dicte electionis gesta.

Successive, premissis gestis, in ecclesia Sancti Petri premissa reiterata fuere organo dicti Petri Braseti, consindici, venerabilibus dominis Petro de Viriaco, P. de Lornay, Anthonio de Villiaco, Amedeo Gavid, canonicis ecclesie Sancti Petri Gebenn., presentibus supradictis consiliariis hujus civitatis, qui d. canonici ex dominis capituli assenserunt, etc.

*Die Martis xij novembris,* existentibus in consilio : || Recipiatur in consiliarium h. vir Glaudius de Castro Rubeo || P. Braseti, Jo. de Fontana, Ma. Scarroni, consindicis ; — P. Gavid, Girardo Rogeti, Paqueti, Hugoninus de Ponte, Glaudius de Castro Rubeo receptus in consiliarium, G. Ravonelli, Consilii.

D. sindici substituant alios loco sui, tam in curia romana quam alibi, ubi fuerit opportunum.

Ordinatur quod d. sindici ratifficent et approbent appellacionem et intimacionem factas per d. Glaudium de Cotacia rev. d. Philippo de Compesio, veluti procuratori domini episcopi, ejus fratris, receptas.

Ordinatur quod bossete tradantur illis qui plus obtulerunt, mediantibus obligacione et assecuracione.

*(Receptor.)* — Hugoninus de Ponte fuit constitutus receptor generalis communis durante tempore dictorum sindicorum, sub stipendiis solitis, ad ratam temporis.

(123) *(Firma bossetarum.)* — Prefati d. sindici de consensu prefatorum consiliariorum tradunt emolumenta et exactionem bossetarum Anthonio Milanesii, appothecario, et Petro Besson alias Berardi, borserio, burgensibus Gebenn., tanquam plus offerentibus, factis debitis cridis et candela incensa deinde extincta, ad et per unum annum media nocte novissime lapsa incohandum et simili hora anno revoluto finiendum, sub firma quatercentum florenorum parvi ponderis per eos et eorum quemlibet insolidum solvendorum terminis solitis in manibus receptoris communis, etc. Et ad eorum preces et requisicionem constituit se fidejussorem et principalem in solidum eorumdem h. vir Matheus Scarroni, burgensis Gebenn., quem inde etc., juri dicenti principalem etc., explere dummodo etc. Submictentes se etc. ; promictentes etc. ; ita quod uno solvente alius liberetur. Actum in claustro Sancti Petri, presentibus Roberto de Cresto, Michaele Lyonardi et Johanne Galatin, habitatoribus Gebenn., dicta die xij januarii [novembris] m° iiij° lxxxij, indict. xv. — De Crosa.

In consilio generali existentibus, *die Dominico xvij novembris :* dominis Petro de Viriaco, Anthonio de Viliaco, nomine capituli ; — P. Braseti, Guillelmo de Quarro, Ma. Scarroni, Jo. de Fontana, sindicis ; — Hen. Emerici, P. Gavid, Bo. de Sancto Michaele, Ja. Paquet, Glaudio



de Castro Rubeo, P. Francisci, Glaudio Ravonelli, Hugon. Consilii, Girardo Rogeti, Jo. Roberti, Ste. de Furno, Jo. de Crosa, Jo. Clerici, P. Mondet, P. Levrerii, Jo. Guignet, Ray. de Platea, P. Gabet, Jo. Girodon, Jo. Perrodi, Fran. Macri, Ja. de Fontana, Gui. Prepositi, P. Vincencii, Jo. Galesii, P. Aberti et pluribus aliis.

*(Venda vini ad x grossos.)* — Venda gitata fuit ad decem grossos.

Anz Zendent, alias Sans Rayson, calvacator friburgensis, exhibuit licteras a dominis Bernensibus et Friburgensibus emanatas. Quibus perlectis, voce alta et intelligibili dixit quod ipsi domini Bernenses et Friburgenses nos majorem in modum ortantur quatenus persistendo ceptis in favorem rev. d. Urbani de Chivrone, abbatis Stamedei, electi in episcopum, eandem electionem manuteneamus toto posse, quia et ipsi eam manutenebunt et nos tuhebuntur usque ad mortem, nec sinent nos indeffensos. Et ulterius graciarum actiones exhibent de hiis que jam in favorem dicte electionis gesta fuerunt, vices pares et longe majores rependere parati.

Annuendo requisicioni prefatorum dominorum dictis licteris facte, fuit ordinatum quod venta eorum ambaxiata teneatur consilium generale si duxerint requirendum.

(124) *Die Martis xix novembris,* existentibus in consilio : P. Braseti, G. de Quarro, Matheo Scarroni, Jo. de Fontana ; — P. Gavid, Ravonelli, Jo. Clerici, Ja. Paqueti, Glaudio de Castro Novo, Ja. Nergaz, Hugon. Consilii, A. Regis.

Lictere tradite parte ducali ut mictatur ad Tres Status ostendantur dominis de capitulo, qui provideant.

Solvantur per exactores bossetarum vini Matheo Scarroni centum floreni quos pridem concessit communitati in manibus Girardi de Fogia, receptoris, et fiat mandatum solvendi, etc. — *(Levatum est.)*

Receptor solvat Jacobo Nergaz xxiij grossos per eum implicatos in reparacione pontis ultra et prope ecclesiam Sancti Gervasii. — *(Levatum est.)*

De scribendo sanctissimo domino nostro pape in favorem domini electi, fiat prout domini de capitulo precipient. Super quo dicti d. sindici accesserunt, in exitu prelibati consilii, ad ipsum ven. capitulum, et repertis in ecclesia Sancti Petri per dictos sindicos ven. dominis Guil-

lelmo de Sitigniaco preposito, P. de Viriaco, Anthonio de Villiaco, Fran. de Charansonay, Martino de Biollea, Richardo de Rossellione, Ludovico de Lornay et Aymone de Dyvona, preceperunt, requisierunt et voluerunt quod dicti sindici et eorum consules scribant sanctissimo domino nostro pape in favorem prefati d. electi, prout et ipsi domini de capitulo scripserunt et supplicarunt, etc.

De magistro operum hospitalis pestilencie constituitur Hugo[ni]nus de Ponte, receptor.

De obsequiis impendendis ambaxiate Alamanorum de proximo venture, fiat prout et domini de capitulo.

Mandatur exactoribus et firmariis bossetarum vini quatenus solvant Hugonino de Ponte, receptori, pro succurrendo neccessitatibus, de et super firma et in illius deductionem, viginti florenos, etc. — *(Levatum est.)*

Super fusta implicanda in dicto hospitale commictitur Hugonino de Ponte, receptori.

Constituitur Romaneti [1] custos et comentariensis Domus communis, dum bene fecerit et ipsorum d. sindicorum et eorum successorum fuerit voluntatis.

Exactores bossetarum vini anni nuper lapsi requisierunt sibi compensacionem fieri, actenta perda quam asserunt peste fecisse, quibus nulla sit sed solvant restam horum in quibus tenentur.

(125) *Die Lune xxv novembris,* in consilio generali existentibus : P. Braseti, G. de Quarro, Ma. Scarroni, consindicis; — necnon d. doctoribus, Dominico de Veyriaco, Jo. de Saxo, Francisco de Veyriaco, Ro. Conodi, Ludovico Botollieri; — P. Gavid, A. de Sancto Michaele, Bo. et Jo. de Sancto Michaele, Girardo Rogeti, Jo. de Lompnes, Hugonino de Ponte, Ja. Paqueti, Hugonino Consilii, Glaudio de Castronovo, Jo. de Lompnes, Bar. Chivanderii, Jo. de Tulia, Ja. Nergaz, Jo. Robert, Clasquino de Castro, P. de Monte, Henrico Fabri, Jo. de Palude, P. Marchiandi, Jo. Burnodi, Cle. Flori, Hug. de Rages, Hugon. pictori, Sebastiano Freperii, Glaudio Cavucini, Jo. Darloz, P. Jo. Bruni, P. Rosieres, Ny. de Nanto, Glaudio Falqueti, Hugon. Boconis, Henrico

[1] Le prénom est resté en blanc.



Oddeti, Roleto Bordaz, Anthonio Cortagerii, Ja. de Furno, Glaudio Jordani, P. de Genesta, Guigone Prepositi, Jo. Janini, Bezansono Dorieres, P. Burgensis, Jo. de Planis, Jo. Balli, P. Galoux, Henrico Ravi[n]elli, Bar. Vincencii, P. Gatilliardi, P. Exerton, P. Porralis, Mar. Bellot, Ray. Coste, A. David, A. de Fontanes, Glaudio Philippi, Hug. Bocardi, Ay. Faverii, Henrico Monathon, Jo. de Veylis, G. Vistart, Glaudio Falqueti, Colino Chicant, A. Lyonardi, P. Bidalis, G. Burgensis, P. Francisci, Girardo de Ulmo, Geor. Ginodi, Jo. de Soex, Ste. de Putheo, P. Baronis, G. Auberti, Ja. Rubini, Jo. Perrodi, Jaquemet patisserio, Ludovico du Pontit, Mauricio Vuy, Jo. Domjehan, Roberto Rosseti, Jo. Girodon, P. de Joex, Tho. Medalie.

Spectabiles domini Guillelmus Dispat, bernensis, et Petrimandus de Foucigniaco, friburgensis sculteti, necnon egregius dominus [1] secretarius et doctor Bernensis, et Ny. Oboli, burgensis Friburgi, ambaxiatores dictarum duarum villarum necnon omnium Ligarum, ut asserunt, superioris Alamanie, in favorem d. Urbani de Chivrione, electi in episcopum Gebenn., dixerunt, graciarum actiones reddendo toti civitati de manutencione et obsequiis impensis dicto d. electo circa manutencionem sue electionis, rogantes ut persistere velint et eum manutenere, eique auxilio esse in bono jure suo servando, quod et ipsi facere pari forma paratos se obtulerunt eum fovere, manutenere et tuheri in suo bono jure. Qui eciam sunt parati in cunctis possibilibus dicte civitati obsequi eamque servare prout et ipsosmet, ut congruit bonis vicinis. Et pro ipso d. electo se dixerunt accedere ad illustrissimum dominum nostrum Sabaudie ducem [2].

(126) His sic peractis supranominati cives et burgenses, organo dicti

[1] Le nom est resté en blanc. Il s'agit de Thuring Fricker, qui remplit de 1470 à 1492 les fonctions de secrétaire de la ville de Berne. Sur son rôle, comme homme d'état et historien, voir G. Tobler, *Die Chronisten und Geschichtschreiber des alten Bern,* Berne, 1891, p. 23 et suiv. A la suite de son passage à Genève, il se rendit à Rome, où on le rencontre au début de 1483, pour plaider auprès du pape la cause d'Urbain de Chevron. Voir V. Anshelm, *Berner-Chronik,* éd. Blœsch, t. I, p. 209 et 240.

[2] Le 14 novembre, la diète, réunie à Lucerne, avait décidé de soutenir la cause d'Urbain de Chevron, par des lettres ou des ambassades, auprès du pape, de la Savoie et partout où cela serait nécessaire, aux frais toutefois de l'élu du chapitre de Genève, E. A., t. III. 1, p. 136 *d*. Voir ci-dessus, n. 1.

Petri Braseti, consindici, responsum dederunt, graciarum actiones reddendo de oblacionibus bonis et obsequiis impendendis per eos, ut dixerunt, civitati. Et quantum concernit d. electum, habent ipsi sindici, cives et burgenses parere mandatis illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis, cui in nullo displicere vellent, nec non ven. capitulo, sede episcopali vacante, paratos se semper offerentes dictis dominis Ligarum in cunctis possibilibus jugiter complacere et obsequi.

*Martis xxvj novembris,* existentibus in consilio : P. Braseti, G. de Quarro, Ma. Scarroni, Jo. de Fontana, P. Gavid, Jo. Clerici, Ja. Paqueti, Bo. de Sancto Michaele, Hug. Consilii.

|| Receptor generalis solvat Guillelmo [1] patisserio tres florenos parvi ponderis et sex grossos, pro expensis per eum mi[ni]stratis Alamanis qui servierunt circa custodiam, etc. Qui tres floreni, vj grossi, mandantur intrari. || — *(Levatum est.)*

Continetur vinum Alamanis dandum, etc.

(127) *Martis tercia decembris,* existentibus in consilio : P. Braseti, Jo. de Fontana, de Quarro, M. Scarroni, sindicis; — Ja. Nergaz, Paqueti, Consilii, Hen. Emerici, Rogeti, Bo. de Sancto Michaele, Jo. Clerici, A. Regis, Ravonelli.

Dominus prior conventus Fratrum Predicatorum exposuit se esse exemptos a contribucione et oneribus gabellarum bossetarum, nichilominus compelluntur per exactores ad solvendum introgium bossetarum vini excreti in vineis eorum prope Bonam. Ordinatum fuit quod non solvant nec compellantur ad solvendum.

Admodiatarii bossetorum anni nuper lapsi petunt compensacionem fieri, actenta perda tam peste quam alias; nichil providebitur sed solvant restam.

Vigiles petunt sibi elargiri id quod placuerit pro serviciis quatuor mensium, durante eciam peste. Fiat mandatum de mandato solvendi a data ultimi mandati per totum hunc mensem.

Robertus de Cresto, preco, petit compensacionem sibi fieri seu dari

[1] Le nom est resté en blanc.



prout noverit consilium, actenta perda, etc.; dantur eidem (dantur eidem) quatuor floreni. — *(Levatum est.)*

Super macellariis qui differunt observare ordinacionem factam, et renderiis (?), fiat appunctuamentum coram dominis capituli.

*Martis x decembris,* in consilio existentibus : Braseti, G. de Quarro, M. Scarroni, Jo. de Fontana ; — Gavid, Jo. Clerici, G. de Castronovo, P. Levrerii, Bo. de Sancto Michaele, Ja. Nergaz, H. Emerici, A. Regis.

Fuerunt exhibite lictere parte d. Basiliensium contra Glaudium Chabodi, super quibus fiat responsio quia idem Chabodi est in ecclesia Fratrum Predicatorum, qui foris franchesiis, apprehendi non potest; quamprimum apprehendi poterit, capiatur per officiarios ut fiat justicia, etc.

De scribendo pape in favorem d. electi et eciam scribendo d. Bernensibus et Friburgensibus, fuit ordinatum quod scribatur et fiat prout domini de capitulo facient.

(128) Super blado fiant cride.

Super carnibus vendendis per macellarios ordinatur quod carnes bovinales pinguiores que non possunt vendi prout alie sine magno damno venditoris, fuit ordinatum quod tales carnes apprecientur et visitentur per d. sindicos.

*(Burgensis.)* — Johannes Clerici, de Villa in Salacio, carpentator, habitator Gebenn., fuit creatus burgensis, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

Super eo quod Johannes Clerici detegit nonnulla que dicta fuerunt in consilio, fuit examinatus.

*Die Martis xvij decembris,* existentibus in consilio : P. Braseti, M. Scarroni, Jo. de Fontana, Quarro ; — Gavid, Nergaz, Glaudio de Castronovo, A. Regis, Consilii, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, Jo. Clerici.

*(Burgensis.)* — Matheus Chaudronz, nauta, parrochie Beate Magdalenes, fuit creatus burgensis, vij florenis, j colovrina. — *(Levatum est.)*

Ordinatur quod solvat receptor pro una amphora mal[va]tici, una amphora ypocratis et duabus amphoris vini datis d. marescallo Sabaudie.

Fiat mandatum Hugonino Nigri de xxv florenis pro fusta hospitalis. — *(Levatum est.)*

Constituantur desinerii loco deffunctorum desineriorum ut renforcientur excubie prout videbitur sindicis racionabiliter faciendum. Tendantur cathene.

Ratas habuerunt cridas nuper factas super policia victualium et aliorum gerendorum, ut in illis annotatur.

Super pane grosso sive affarent fiat pondus ut sciatur quot oncias pondere debeat eum fieri.

Constituatur unus super visitacione panis.

Receptori quod solvat pro auquetonis xij, ad racionem cujuslibet j floreni, videlicet xij florenos parvi ponderis.

Ordinatur quod recipiatur juramentum a d. vicedompno spectabili Amedeo de Viriaco, domino Rotuli.

*(Juramentum d. vicedompni.)* — Hora 2 post meridiem, tento consilio, qui d. vicedompnus, presentibus magnifico Nantermo, domino Myolani, marescallo Sabaudie, necnon Jacobo Paqueti, Hugonin de Ponte, consiliariis, domini Francisci de Viriaco, Petri Mandellaz et plurium aliorum, in manibus honorabilium virorum Petri Braseti, Guillelmi de Quarro et Mathei Scarroni et Johannis de Fontana, sindicorum, solitum prestitit juramentum in claustro Sancti Petri[1].

(129) *Die Veneris xx decembris,* existentibus in consilio : Braseti, Quarro, Scarroni, sindicis; — Girardo Rogeti, A. Regis, G. Fabri, Glaudio Ravonelli, P. Gavid, Glaudio de Castronovo, Jo. Poliuti, Hugon. de Ponte.

Fuit ordinatum quod de die domini de capitulo, sede episcopali vacante, sumptibus suis portas civitatis custodiri faciant per ydoneos et notos d. sindicis.

Item quod in portis incontinenti se preparent ad arma (in portis) certis numeris, si opus sit domino marescallo honore impendendo.

[1] Ce serment fut prêté au cloître de Saint-Pierre. Voir le « Livre des franchises », Arch. d'Etat, *Manuscrits historiques,* vol. 62, f° 62. Le lendemain, 18 décembre, derrière le maître-autel de Saint-Pierre, Amédée de Viry, sire de Rolle et de Monthoux, prêta serment en mains des vicaires généraux de l'évêché, le siège épiscopal étant vacant, Arch. d'État, P. H., n° 718.



Fiant cride quod nullus defferat arma gladiumve longitudinis ultra unum pedem cum dimidio.

*Die Martis xxiiij decembris,* existentibus in consilio : P. Braseti, G. de Quarro, M. Scarroni, Jo. de Fontana ; — Hen. Emerici, B. de Sancto Michaele, Ja. Nergaz, Glaudio de Castronovo, P. Levrerii, Poliuti.

Intrentur Matheo Scarroni xl floreni, quos de precepto prefatorum sindicorum tradidit domino Myolani, marescallo Sabaudie, donatos eidem, etc., et ita ordinatur esse intrandos super firma bossetarum ut jam appunctuatum est, ut dicunt, appunctuamento recepto per Consilii, seu mandetur receptoribus bossetarum quod solvant eidem, etc. — *(Expedita est.)*

Super eo quod Johannes Clerici, Florentinus, detegit nonnulla dicta in consilio, supersedetur certis de causis per xv dies.

(130) M IIIJ LXXXIIJ.

*Die Dominico xxix decembris,* in capella Sancti Michaelis Sancti Petri, existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, G. de Quarro, M. Scarroni, sindicis; — P. Gavid, H. Emerici, A. Regis, Jo. Poliuti, B. de Sancto Michaele, Glaudio de Castronovo, Ja. Paqueti, Glaudio Ravonelli, Hug. de Ponte, Jo. de Fontana.

Super eo quod n. Glaudius Amberti, prepositus marescallorum, peciit sibi tradi copiam processu[u]m formatorum alterum contra dictum Puriffin et occasione homicidii perpetrati in personam custodis porte Ripe.

Fuit conclusum quod copia processus occasione dicti homicidii tradatur dicto preposito.

Copia vero [processus] contra Puriffin formati tradatur h. viro Henrico Emerici accedenti ad illustrissimum dominum nostrum Sabaudie ducem defferenda(m), cui instructiones et lictere credenciales tradantur, etc.

*Die Martis ultima decembris,* in consilio existentibus : P. Floreti, P. Braseti, G. de Quarro, Matheo Scarroni, sindicis; — Rogeti, P. Ga-

vid, Polliuti, Glaudio de Castronovo, P. Levrerii, Ja. Paqueti, G. Ravonelli, Jo. de Fontana, Ja. Nergaz, G. Fabri, A. Regis.

*(Burgensis.)* — Guillelmus Curt, de Claromonte in Avernia, dyamanticida, fuit creatus burgensis, mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

Exhibitus fuit rotulus libratarum per Hugoninum de Ponte, delato juramento. Mandatur intrari xxxviij florenos, vij grossos, j denarium. — *(Expeditum est.)*

Super lictera clausa et expositis per dominum Viriaci, qui ipsam licteram exhibuit, non accedatur ad dominum episcopum nisi domini de capitulo precipiant quibus assistatur.

Item custodiantur porte per notos.

(131) Quia ut fertur vita lubrica versatur in domo hospitalis pontis Rodani, visitetur et sumantur per quos intererit informaciones.

Visitetur edifficium hospitalis pestilencialis cujus culpa versum est in ruinam.

Deputantur receptores computi Girardi de Fogia[1], Hugonino de Ponte et Jacobo Paqueti.

Quo ad securitatem sibi fieri petitam per Jacob Bidermant, fiat sibi prout ceteris burgensibus et non alias.

*(1483.)* — *Die Martis vij januarii,* existentibus in consilio : P. Floret, P. Braseti, Quarro, M. Scarroni, sindicis ; — Hen. Emerici, A. Regis, Bo. de Sancto Michaele, Nergaz, Jo. Paqueti, Jo. de Lompnes, Glaudio Ravonelli, P. Levrerii, Glaudio de Castronovo, Poliuti, Gavid, Dovris, Rogeti.

*(Juramentum.)* — Egregius Petrus Levrerii, locumtenens d. vicedompni Gebenn., prestitit solitum juramentum.

De macellariis, evocentur macellarii in consilio episcopali de quibus petatur fieri justicia.

Commictitur Andree Regis et Guillelmo de Crosa cujus culpa quercus fuerunt deperdite que erant preparate pro deffensione Areris.

De centum florenis quos asserit habere n. Hen. Emerici, implicentur

[1] Les comptes de la Ville pour l'année 1482 ne sont pas conservés aux Archives d'Etat.



in capella hospitalis, et constituuntur magistri operis hospitalis capelle pestilencialis H. Emerici, Glaudius Ravonelli et Hug. de Ponte.

N. Henricus Hemerici, nuper destinatus ad illustrissimum principem dominum nostrum Sabaudie ducem, reffert tradidisse eidem domino nostro copiam processus contra Puriffin formati, etc.

De mictendo ad dominum parte ven. capituli et communitatis ; fuit electus n. Petrus Floreti, consindicus, parte communitatis.

De portis duabus clausis, videlicet Pulcrarum Filiarum et Tartassie, fiat requisicio dominis de capitulo quod sumptibus eorum ponantur custodes.

De puero portato ad hospitale beate Marie Magdalenes mandatur procuratoribus Animarum quatenus subveniant.

De capcione n. Petri Floreti, consindici civitatis Gebenn., per n. Aymonetum de Greyres, ordinatur quod fiat peticio sive libellus contra dictum Aymonetum et certos officiarios qui fuerunt causa dicte capcionis, et prosequatur causa coram conservatoribus seu domino officiali aut vicario, sumptibus et expensis communitatis presentis civitatis.

(132) Fiat mandatum de xxx florenis pro vestibus vigilium, ut solitum est. — *(Expeditum est.)*

Mercatores conqueruntur de pedagio novo quod exactores pedagii Nyviduni in ponte Areris et Colongiis nituntur exigere. Fuit ordinatum quod fiat supplicacio illustrissimo principi domino nostro Sabaudie duci, que tradatur egregio Petro Floreti ad ipsum alia de causa accedenti [1].

De malvatico, quantum de introgio debeat exigi, observentur ordinaciones alias super hoc facte.

*Die Martis xiiij januarii,* existentibus in consilio : P. Floreti, P. Braseti, G. de Quarro, Gavid, Dovris, Poliuti, Anz. de Roye, Paqueti, Glaudio de Castronovo, Glaudio Ravonelli, Bo. de Sancto Michaele, A. Regis.

[1] Cette requête est conservée aux Arch d'Etat, P. H., n° 720 *bis*. A la suite d'informations prises à ce sujet, sur l'ordre du duc Charles I, celui-ci, par lettre du 26 février 1483 *(ibidem)*, interdit à ses officiers les innovations dont se plaignaient les Genevois.

Exhibitis licteris parte d. Johannis de Chissiaco, occasione domus bative foris villa, fuit conclusum quod fiat instancia super observancia ipsarum licterarum.

Super capcione n. Petri Floreti fuit conclusum ut alias quod prosequatur causa sumptibus communitatis nomine dicti Petri Floreti.

Super capcione Nycodi Monytier, familiaris, consenciunt d. sindici relaxacioni ejusdem usque ad adventum d. electi.

Super eo quod Bertrandus de Coquina, de Morgia, dum illustris et rev. d. Johannes Ludovicus de Sabaudia agebat in humanis, auctoritate temeraria quadam nocte fregit portam aule Domus communis et Raymondum Coste, convigilem, in dicta domo verberavit et male tractavit, nec contentus dixit post hec egregio Petro Braseti, consindico, illos de hac civitate non esse nisi traditores.

Hiis ibidem coram dicto Bertrando explicatis, in presencia nobilis Monytier eum concomitantis, responsum idem ipse Bertrandus dedit quod ipse et duo Alamani ex una alabarda fregerunt dictam portam eo quod inibi existentes postponebant eis petentibus apperire, quam vi apperierunt, et in dicta aula reperierunt inter certos alios Raymondum Coste, convigilem, qui loquens iratus eo quod contra eum et ejus complices projecti fuerant certi lapides, verberavit dictum Raymondum atrociter et ad terras projecit; dicens insuper quod esse potest dixisse illos de hac civitate esse traditores, verum hoc, ut dicit, dixit veluti male advisus, petens sibi super premissis indulgeri, paratum se offerens toti civitati in possibilibus obsequi.

Fuit appunctuatum quod coram d. vicariis compareant ipsi d. sindici et Bertrandus, audituri deliberacionem et appunctuamentum inde fiendum.

(133) Prope domum pestilencie construi ceptam, in quo loco aderant egregii P. Floreti, P. Braseti et G. de Quarro, consindici, petentes pronunciari super dirruptione fuste ipsius domus, cujus culpa et ad quantum dampnum ascendat ipsius fuste, ex una, et Petrus Malrepos et Petrus Biollesii, carpentatores, petentes refferri; et Jacobus Quiblerii, G. Rolandi, G. Bessonet, Bertrandus Ganti, Jo. Triperii, Franciscus de Mota et Michael de Marcorens, commissarii et arbitri ad hoc deputati per dictas partes, refferunt quod dirupcio dicte fuste fuit facta culpa dictorum carpentatorum, dampnumque emergens ascendere ad octo florenos parvi ponderis. Presentibus in premissis h. viris Henrico Emerici, Bo. de Sancto Michaele, Johanne Poliuti, Anz. de Roye, Hugonino de Ponte, consiliariis, etc.; testibus Johanne Girardi et Petro Buffardi, etc.



*Die Martis xxj januarii,* existentibus in consilio : P. Floreti, G. de Quarro, consindicis; — A. de Dovris, P. Gavid, Bo. de Sancto Michaele, Ja. Nergaz, Glaudio de Castronovo, Anz. de Roye, Ja. Paqueti, Glaudio Ravonelli, Jo. Poliuti.

*(Burgensis.)* — Discretus vir Johannes Bueti, notarius, de Thonono, habitator Gebenn., fuit creatus burgensis, mediantibus viij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Sermodus Marchiandi, de Magno Bornando, habitator Gebenn., fuit creatus burgensis, mediantibus viij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Richardus Maret, de Aquiano, condurerius, parrochie Beate Marie Magdalenes, fuit creatus burgensis, mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum solvendi Francisco Borsati pro remananto quercuum per eum traditorum et venditorum ad deffensionem Areris, de ix florenis, ij grossis. — *(Expedita est.)*

Fiat mandatum Jo. Malens, pro salario domus sue pestilencialis anni nuper lapsi, de xij florenis parvi ponderis. — *(Expedita est.)*

Super immundiciis platearum fiant cride, etc.

Cridetur finus platearum communium, quod plus offerenti tradentur.

De constructione edifficii hospitalis pestilencialis compleant operarii seu carpentatores tachium, et ad hoc instetur compelli.

De pedagio quod noviter exigitur in loco de Colongiis, in prejudicium civitatis et mercatorum, ordinatum fuit destinari ad illustrissimum dominum nostrum Sabaudie ducem egregium P. Floreti, ibidem presentem et onus suscipientem, pro provisione obtinenda ne idem eciam in ponte Areris exigatur. Et fiat sumptibus communitatis; pro quibus succurrendis fuerunt contenti Jo. Maliardi et Michael Lingoti exbursare pecunias neccessarias, quibus inde communitas satisfacere debeat; eisdem obtentis licteris, ipse lictere ipsis Maliardi et Lingoti tradi debeant

ut restitucionem pecunie per eos concedende (restitucionem) commodius obtinere possint.

(134) Marquetus Thoneaux exposuit sicut rev. d. Philippus de Compesio ortatur ut audiatur in consilio, vel destinentur ad eum in ejus domo habitacionis duo aut tres audituri exponenda per eum, que cedunt in commodum et honorem civitatis.

Super quo fuit appunctuatum quod premissa exponantur dominis de capitulo ut tucius agi possit.

*(Juramentum.)* — Die xxvj januarii, egregius d. Franciscus de Veyriaco, legum doctor, locumtenens d. vicedompni Gebenn., solitum in manibus Petri Braseti et Guillelmi de Quarro, consindicorum, prestitit juramentum, in capella Sancti Michaelis, in ecclesia Sancti Petri, presentibus Andrea de Dovris et Hugonino de Ponte, consiliariis.

*Martis xxviij januarii,* existentibus in consilio : P. Braseti, G. de Quarro ; — P. Gavid, A. de Dovris, Anz. de Roye, Glaudio Ravonelli, Bo. de Sancto Michaele, Hen. Hemerici, Ja. Nergaz, Jo. Poliuti, A. Regis.

Super eo quod Jo. Girodon injuriam intulit egregio Petro Braseti, consindico, eciam super capcione Francisci de Fogia per illos de Cholex, fiat instancia et prosequucio via juridica nomine communitatis et sumptibus.

Fornerius furni ville petit sibi fieri quictanciam de firma furni, actenta peste que viguit, que sibi fieri ordinatur de sex florenis parvi ponderis. — *(Levatum est.)*

Custos Domus communis et inhabitator ejusdem continuus, qui pareat mandatis d. sindicorum, constituitur Johannes de Passie, vigil.

*Die Veneris ultima januarii,* existentibus in consilio : P. Braseti, G. de Quarro, consindicis ; — H. Hemerici, Bo. de Sancto Michaele, Ja. Nergaz, G. Fabri, Glaudio Ravonelli, Glaudio Cavucini, Anz. de Roye, P. Levrerii, Jo. Paqueti, P. Francisci, Ste. de Putheo, Henrico Fabri, Arnolleto de Genesta, Jo. Albi, Anthonio Lyonardi, Voulterio Charavelli.

N. Franciscus de Montefalcone exhibuit licteras ducales custodiam garde episcopatus Gebenn. in sui personam factam concernentes. Qui scire voluit an velint parere mandatis ducalibus ac esse eidem Francisco



auxilio et favori circa ipsam custodiam et ne alique fiant exequuciones. Ipsis licteris perlectis, auditoque ipso n. Francisco, fuit conclusum et responsum eidem Francisco, deliberacione prehabita, quod hec hodie exponantur ven. capitulo, quod prout sibi videbitur racionabiliter faciendum habebit providere.

Firmarii ponderis bladi quantum concernit partem civitatis exposuerunt velle relinquere, clavemque reddiderunt. Fuit conclusum quod fiat prout domini de capitulo duxerint appunctuandum pro parte domini.

Carnes mutho(no)nales vendantur ad pondus ad racionem libre vj denariorum cum obolo, hinc ad Carnisprivium.

(135) *Die secunda februarii,* existentibus in consilio : Braseti, G. de Quarro ; — Hen. Hemerici, B. de Sancto Michaele, Ja. Nergaz, G. Ravoncelli, Dovris, G. Fabri, Glaudio de Castronovo, Gavid.

N. Franciscus de Montefalcone exposuit sicut dominus de Fons lacum transiit associatus armigeris, hesitans idem Franciscus ne ipsi vel aliqui alii ad patrandum aliquod opus facti ; scire enim volens si velimus eum tuheri, deffendere ac ei esse auxilio et favori, qui curam garde ecclesie Sancti Petri impresentiarum gerit [1].

Fuit conclusum consilium L post prandium hodie debere teneri super premissis.

*Adveniente hora post prandium dicti diei*, existentibus in consilio : P. Braseti, G. de Quarro ; — H. Emerici, A. Regis, G. Fabri, B. de Sancto Michaele, Anthonio de Sancto Michaele, G. de Castronovo, P. Levrerii, Ny. de Nanto, Jo. Roberti, Bar. Vincencii, Hug. Bocardi, Moneto Probi, Hugonino Boconis, Perreto Chinuti, Be. Dorerii, P. Gavid, Glaudio Viennesii, Jo. Albi, Mermeto Cohendoz, P. Bidalis, Hug. Bocardi.

Supra in appunctuamento precedenti mencionata exposita fuere iterum.

Conclusum fuit quod hec dominis de capitulo insinuentur, qui providere habeant prout eis racionabiliter videbitur providendum.

[1] Sur cet incident, voir Ed. Mallet, mémoire déjà cité, dans M. D. G. t. V, p. 304, n. 1.

*(Burgensis.)* — N. Franciscus de Montefalcone fuit creatus et constitutus burgensis, deliberacione ibidem prehabita.

(136) *Die Martis quarta februarii,* existentibus in consilio : P. Braseti, G. de Quarro, sindici; — Henricus Emerici, Bo. de Sancto Michaele, Ja. Nergaz, Ja. Paqueti, Glaudius de Castronovo, Jo. Paqueti, Jo. Poliuti, P. Levrerii, P. Gavid, Anz. de Roye, consiliarii.

Fuit deliberatum super facto ecclesiastici [1] interdicti destinari debere Petrum Levrerii apud Bernum et Friburgum cum instructionibus et licteris credencie.

Fuit conclusum teneri debere crastina die consilium generale, interveniente primitus consensu ven. capituli super modo nunc tenendo, etc.

*(Burgensis.)* — Glaudius Faguey, de Pineto, fornerius, fuit creatus burgensis, vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Johannes Groes, de Corsellis, escofferius, parrochie beate Marie Magdalenes, fuit creatus burgensis, vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Michael Putodi, parrochie Sancti Victoris, de Annessiaco, fuit creatus burgensis, vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Petrus Ponient, de Servonex, parrochie Beate Marie Magdalenes, fuit creatus burgensis, vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

Intrentur receptori iiij$^{or}$ floreni pro ypocrate dato d. curato Thorencii dum fecit requiem Epiphanie etc., jam librati de precepto Braseti et Quarro, consindicorum.

*Die Mercuri quinta februarii,* existentibus in consilio: P. Braseti; — G. Fabri, P. Gavid, Glaudio de Castronovo, M. Lingoti, Jo. de Platea, Jo. Lupi, Ste. Pecolat, Jo. de Lompnis, G. Curt, Bezansono Dorerii, Annenquino Thoneaux, H. Monathonis, Falqueti appothecario, P. Darloz, Jo. Albi, Hugonino de Ponte, Jan[i]no de Bornando, Henrico

[1] L'interdit avait été mis sur Genève par Philippe de Compeis, vicaire général de l'évêque Jean de Compeis, son frère, le 29 octobre 1482; il ne fut levé que le 23 avril 1483, Ed. Mallet, *op. cit.*, p. 203; J.-A. Gautier, *Histoire de Genève,* t. I, p. 427, n. 1.



Belleboche, Jo. Nycolai, Jo. de Soex, Anz. de Roye, Jo. Gacheti, P. Gacheti, Ay. Probi, de Muro, Aymoneto aurifabro, Anthonio Varemberti, Anthonio Pecolati, Petro Balli.

Expositum fuit exultum factum et patratum hodie per dominum Pontis Vitrei in personam Anthonii Monytier.

Fuit conclusum hec exponi debere domino vicario et officiali pro provisione obtinenda.

Constituantur desinerii et fiat condecens tuhitio ut facti opera vitentur totis conatibus.

(137) *Die ix februarii,* existentibus in consilio generali : Floret, Braset, Quarro, consindicis; — P. Porralis, Jo. de Crosa, Francisco Macri, Jo. Calabri, Janino de Bornando, Henrico Belleboche, Jo. Pitet, Ay. Grens, Hug. Boconis, Glaudio Hudrici, P. Cortagerii, P. Gachet, Jo. Albi, P. Boconis, Jo. Chavanelli, Ja. Rugoz, H. Consilii, Jo. Bueti, G. Fabri, P. de Crou, B. Mermodi, Glaudio Grassie, Jo. Grossi, Jo. Janin, Ny. Regis, Hen. de Fontana, P. Socii, B. de Monte, G. Comitis, Ny. Armandi, A. Regis, P. Levrerii, Ny. de Nanto, Glaudio Cavucini, Jo. Roberti, P. de Monte, Clasquino de Castro, Poliuti, Gavid, Jo. Clerici, P. Biolesii, Chivanderii, Jo. de Palude, Perreto Chenuti, Jo. Perrodi, A. Milanesii, P. Darloz.

Fuit conclusum super prima electione in personas Ste. Picolat, Girardi de Vaudo, Johannis Maliardi et Girardi Rogeti facta, et creati sindici. Qui, excepto Girardo Rogeti, in Domo communi presentibus Jo. de Lompnes et Jo. de Passie solitum prestiterunt juramentum, die Lune x februarii.

*Die xj februarii,* in consilio generali, in quo aderant supranominati sindici, necnon A. Regis, P. Cortagerii, Hug. Valeti, Ja. Rugoz, Henricus de Nemore, Robertus Bordaz, Glaudius de Bonali, Hugon. Boconis, Jo. Malens, Hug. Valerii, Janinus Bornand, Jo. Clerici, Ste. de Putheo, Hug. Bocardi, H. de Bolo, G. Fabri, Ste. Folioux, Jo. de Sancto Michaele, Roletus Marchiandi, P. Ciclati, Jo. Margoliet, Jo. Moche, Ste. de Tornay, Janinus de Mara, H. Milanesii, Andreas Gervasii, Anz. Obbazer, Ro. de Cresto, Glaudius de Castronovo, Jo. Lupi, P. Braseti, Jo. de Lompnes, G. Baleti, Cavucini, A. de Bornando, Jo. Gatiliardi,

Ray. Coste, Jo. Bracoz, Voulterius Charavelli, P. Flory, Ludovicus du Poutex, Jo. de Gerdili, H. Beatrisii, N. de Nanto, G. Fabri.

Quia Girardus Rogeti renuit acceptare sindicatum, fuit creatus consindicus Johannes Poliuti, qui solitum prestitit juramentum.

---

VOL. X.

Existentibus sindicis egregiis Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, Stephano Pecollat et Johanne Maliardi creatis die vicesima sexta, ut supra, februarii anno Mo IIIJc LXXX tercii fuerunt facta et inita appunctuamenta tam in consilio ordinario quam generali inferius descripta.

Existentibus in consilio generali die xxvj februarii egregiis Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — Jo. de Fontana, A. Oboli, B. Vincencii, Clasquino de Castro, G. Boverii, Jo. Albi, P. Porralis, H. Monateri, H. de Nanto, G. Rogeti, P. Braseti, Ay. de Bosco, H. de Maliis, P. Martini, Jo. de Palude, Ja. Paqueti, Jo. de Tulia, P. Francisci, Ja. Colini, Jo. de Mallens, F. Mallieti, J. de Soex, P. Gacheti, H. Boconis, Jo. Blancheti, Jo. Bocardi chausaterio, Henrico Beatrisii, Hugon. Ramelli, Henrico Emerici, Guillelmo Rogeti, Petro Gavit, Ste. Boni Johannis, Guillelmo Cort, Guillelmo Balleti, Petro de Orseriis, Glaudio Cadodi, Guillelmo de Quarro, Petro Bessonis, Anthonio Vuaramberti, Jo. Turci, Ste. Bidialis, Petro Taconis, Benedicto Mallieti, P. Falqueti, Jo. Bullifroz, Perreto Chenuti, Bezansono Dorieres, Petremando de Malodumo, Janino Bornandi, Johanne Novelli, Johanne Sechaudi, Ny. Bellocti, Johanne de Planis, Johanne Janini, Johanne de Roye, Girardo Veluti, Galliachio, Jo. Cristini, Barth. Chivanderii, Francisco Petri, Petro Gallouz, Ludovico de Pontisio, Johanne Longi, Francisco Pariseti, Jo. de Lunes, Petro Magistri Petri, Jacobo Lingocti, Hugon. Gervasii, Johanne Balli, Jacobo de Muro, Sebastiano Freperii, Petro Gacheti, Michaele Lingocti, Guigone Prepositi, Petro de Saxo, Johanne de Molia, Henrico Follion, Johanne Canalis, Bonifacio de Sancto Michaele, Colino Chicandi, Ste. de Tornay, Andrea Regis, Glaudio de Castronovo, Henrico de Fontaneis, Janino de Mara, Anthonio Millaneys, Petro Balli, Johanne Roberti, Petro Vignioli, Andrea Guacti, Johanne Girodonis, Roleto Nycolay, Anthonio Pacocti et pluribus aliis.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam lictera diffidencie per d. Johannem de Montecanuto, episcopum Viviaci, communitati Gebenn. missa, in libro ville de verbo ad verbum registrata.

Item fuerunt lecte certe ordinaciones pro custodia civitatis facte, in libro ville registrate[1]. Deinde propositum per d. sindicos quid fiendum de premissis.

Et successive conclusum ut sequitur :

Primo quoad licteram diffidencie, quod rescribi debeat et copia ejusdem lictere micti ducali celsitudini, illustrissimo d. comiti Gebenn., d. abbati Stamedii electo Gebenn.[2], et d. vicedompno Gebenn.

(2) Quoad vero ordinaciones, quod servari debeant, prout in eis describitur, quodque centenarii et designarii prestare debeant in manibus d. sindicorum fidelitatis et obediencie juramentum, quoquidem juramentum prestiterunt ibidem subscripti :

Et primo Henricus Emerici, Bonifacius de Sancto Michaele, Michael Lingocti, Petrus Johannes Bruni, Guillelmus Balleti, Petrus Gacheti, Petremandus de Malodumo, Johannes Charavelli, Guillelmus Boverii, Johannes Bueti, Henricus de Fontaneis, Andreas Regis, Colinus Chicandi, Henricus Folliosii, Jo. Challes, Benedictus Mallieti, Ant. Millanesii, Girardus Rogeti, Johannes de Lompnis, Aymo Bocheti, Petrus Braseti.

In crastinum, in Domo ville : Stephanus Boni Johannis, Gabriel de Borsali, Petrus Rambosson, Petrus de Genesta, Roletus de Boulo, Petrus Floris, Humbertus de Rodagno.

*Jovis xxvi[j] februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, Ste. Pecollacti, Johanne Maliardi, sindicis; — Henrico Emerici, Glaudio Ravinelli, Guillelmo de Quarro, Johanne de Lunes, Janino de Mara, Glaudio de Castronovo, Guillelmo Richardeti, Anthonio de Sancto Michaele, Anthonio Vuaremberti, Stephano Boni Johannis, Guillelmo Ballet, Petro Magistri Petri.

[1] Ed. Mallet, dans son ouvrage déjà cité, *Mémoire sur l'élection des évêques de Genève,* a publié la lettre de défi (p. 212) et l'ordonnance pour la garde de la cité (p. 312, Pièces justificatives nº xxxiii) dont il est question dans cette séance.

[2] Urbain de Chevron, fils de Rodolphe de Vilette, seigneur de Chevron, abbé commendataire de Tamié (voir ci-dessus p. 223, n. 1).



Honorabiles viri Guillelmus Rogeti et Janinus Ovazel, generales monetarii Sabaudie, exhibuerunt et presentaverunt plura capitula super monetis et minis, que pecierunt observari in civitate Gebenn. juxta ordinacionem per ducalem celsitudinem factam, non intendentes in aliquo derogare privilegiis et libertatibus civitatis Gebenn.

Quibus lectis, predicti domini sindici, de consilio quorum supra, concluserunt quod debeant eadem capitula presentari dominis de capitulo ante aliqualem responsionem super premissis fiendam.

Quibus sic actis, dicti generales dixerunt se non habere tempus ad expectandum responsionem; predicta capitula deportaverunt.

(3) *Veneris ultima februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, Stephano Pecollati, Johanne Malliardi, sindicis; — Guillelmo Balleti, Janino de Mara, Glaudio Cavucini, Bezansono Dorerii, Johanne de Lunes.

Supervenit n. Johannes de Fontana et proposuit quod fuit facta leva ad causam composicionis cum Alamanis facte, et cuilibet secundum ejus statum; occasione cujus leve plures mercatores civitatem absentaverunt et quia Bartholomeus Darmelli, habitator Lugduni, est intencionis huc venire et domum emere dummodo eidem remictatur leva sibi facta, quod fieri postulat.

Item fuit propositum an centenarii et designarii debeant presentari dominis de capitulo ut illos confirment.

Et fuit conclusum :

Primo quoad Bartholomeus Darmelli, Martis proxime futura iterum coram consiliariis, qui tunc omnes intererunt, fore proponendum.

Quoad centenarios et designarios, quod d. sindici possunt et debent eligere et facere centenarios et designarios absque alicujus licencia.

Quoad vero monetarios, de quibus heri mencio facta fuit, quod domini sindici post prandium accedere debeant ad dominos de capitulo pro consilio habendo.

*Die Sabbati prima marcii,* in Domo ville, hora undecima noctis ejusdem diei :

*(Requisitoria.)* — Egregius Petrus Levrerii, procurator fiscalis mandamenti Terniaci, coram honorabili viro Stephano Pecollacti, consindico, proposuit se, de mandato ducali, cepisse Lyonetum de Costergio et ejus servitorem in domo ejusdem Mermeti ultra et prope pontem Areris repertos pro nonnullis ipsorum Lyoneti et ejus servitoris demeritis, et nullos presencialiter habere carceres securos. Quare requisiit, ex parte ducali, predictum consindicum quatinus eidem carceres acomodare velit, paratum se offerens etc. Quiquidem requisitus prefatus consindicus annuens, contemplacione prefati domini nostri ducis, ut justicie sit locus, predicto procuratori cavetam ville pro carceribus acomodavit, presentibus nobilibus Anthonio Pericaudi de Hostona, Glaudio de Greylier, Michaele Lingocti et pluribus aliis civibus et burgensibus Gebenn., testibus, etc.

*Die Dominico 2ª mensis marcii,* existentibus in Domo ville egregiis :

Jo. Polliuti, Girardo de Vaudo, Stephano Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis ; — Petro Braseti, Andrea Regis, Michaele Lingocti, Guillelmo Baleti, (4) Petremando de Malodumo, Johanne de Lunes, Glaudio Cavucini, Matheo Scarron.

Fuerunt lecte lictere missorie parte ducali pro relaxacione Francisci Pillicerii, in domo episcopali detenti, misse, et inde propositum quid fiendum.

Item et lictere missorie per dominum comitem Gebenn. misse cum provisione per eumdem dominum comitem decreta, et inde propositum an vel ne exequi debeant contra dominos de Montecanuto, et Po[n]tisvitrey et alios per heraldum per eumdem dominum comitem ad hoc missum.

Quibus premissis visitatis, fuit conclusum :

Primo quoad tangit Franciscum Pillicerii, quod porrigantur preces dominis de capitulo super relacione ejusdem Francisci, ducali contemplacione.

Quoad predictas licteras comitales, quod habeatur conferencia cum dominis de capitulo super illarum exequucione fienda.

Item concluserunt quod dentur predicto heraldo pro ejus labore floreni vj, et pro suis expensis.



*Martis quarta marcii,* in consilio ordinario existentibus egregiis :

Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, Stephano Pecollacti, Johanne Malliardi, sindicis ; — Girardo Rogeti, Petro Braseti, Guillelmo de Quarro, Matheo Scarron, Andrea Regis, Glaudio Ravinelli, Glaudio Cavucini, Andrea Gervasii, Janino de Mara, Petro Gachet, Hugoneto de Ponte, Johanne de Lunes, Bezansono Dorerii, Michaele Lingocti, Guillelmo Ballet.

Venerabilis in artibus magister Glaudius Vacherii, de Turre May, peciit se admicti in rectorem scolarum hujus civitatis Gebenn.

Item fuit lecta quedam lictera per dominum ducem Sabaudie missa super custodia ecclesie Gebenn. et electione facta, et propositum quid fiendum.

Item fuit positum in deliberacione de computis reddendis per Guillelmum de Quarro et Johannem Clerici.

(5) Item de suspectis de lepra existentibus in civitate Gebenn.

Item de responsione fienda Bartholomeo Darmelli de propositis Veneris lapsa.

Ibidemque comparuit Petrus Buffardi, lathomus, et peciit sibi satisfieri reparacione muri civitatis Gebenn. econtra domum domini Ranversi per dominos de Montecanuto et Pontisvitrey fracti, et per eumdum Petrum, de precepto dominorum sindicorum, reparati.

Et tandem conclusum ut sequitur :

Primo quoad concernit dictum magistrum Glaudium, quod admictatur in rectorem scolarum ; et admissus fuit sub pactis sequentibus : primo quod idem rector non recipiat pro quolibet cive, burgense vel habitatore Gebenn. pro quolibet anno videlicet pro generalitate scolarum sex solidos et pro camera alios sex solidos si cameriste sint.

Quoad licteram ducalem, quod observetur prout scribitur.

Quoad computa, quod reddantur et adduntur cum auditoribus jam deputatis, P. Braset, Jacobus Paqueti et G. de Quarro in quantum concernit Johannem Clerici.

*(De lepra.)* — Quoad suspectos de lepra, quod citentur coram dominis vicariis Marquetus Boulet, Petrus de Grangia, condurerius, et Joselis.

Quoad Bartholomeum Darmelli, quod solvat talliam in quantum eum concernit.

Et mandatur receptori emolumentorum civitatis quod solvat dicto Petro Buffardi pro reparacione dicti foraminis florenos iij.

*Eodem die post prandium,* existentibus in Domo ville predictis :

Quatuor sindicis ; — Michaele Lingocti, Guillelmo de Quarro, Matheo Scarron, Janino de Mara, Petro Gachet, Anthonio de Sancto Michaele, Andrea de Douris, G. Balleti.

Egregius Petrus Floreti exhibuit binas licteras missivas per ducalem celsitudinem communitati Gebenn. directas ac provisionem et mandatum prosequendi malefactores per dominum Sabaudie, necnon aliud mandatum [1] contra dominos Montiscanuti et Pontisvitrey cum inhibicione opportuna, ac eciam aliud mandatum contra pedagiatores; et inde conclusum quod demonstrentur dominis de capitulo super exequucionibus fiendis.

(6) *Jovis vj marcii,* existentibus in consilio generali ad sonum grosse campane congregato egregiis :

Girardo de Vaudo, Stephano Pecollacti, Johanne Maliardi, consindicis ; — Bezansono Dorerii, Petro Francisci, Aymone Bocheti, Johanne dẽ Lunes, Michaele Lingocti, Johanne de Planis, Jacobo Paqueti, Francisco Mallieti, Henrico Beatrisii, Anthonio Millaneys, Ludovico de Pontisio, Johanne Galliardi, Johanne Margolliet, Stephano Folliosii, Jacobo de Vellis, Henrico Fabri, Johanne Perrodi, Roleto Marchiandi, Johanne de la Roye, Ansermeto Marchiandi, Anthonio de Ulteriis, Guillelmo Richardeti, Guillelmo Balleti, Johanne Bueti, Reymondo Lullini, Glaudio de Castronovo, Janino de Mara, Marqueto Toniaux, Andrea Regis, Colino Chicandi, Johanne Luppi, Petro Perfontane, Stephano de Putheo, Johanne Janini, Petro Johanne Bruni et pluribus aliis.

Et in eodem consilio lecta lictera missiva per dominum comitem Gebenn. communitati directa continens quod se offert civitati toto suo posse servire.

Item et ibidem fuerunt lecta et publica tria mandata dominicalia per egregium Petrum Floreti apportata, et inde conclusum quod exequantur.

[1] Cf. Ed. Mallet, *op. cit.*, p. 314, Pièces justificatives nº xxxiv.



(7) *Veneris vij marcii,* existentibus in Domo ville, in consilio ordinario egregiis :

Girardo de Vaudo, Stephano Pecollacti, Johanne Maliardi, consindicis ; — Andrea Regis, Guillelmo de Quarro, Matheo Scarron, Janino de Mara, Andrea Gervasii, Hugon. de Ponte, receptore.

Egregius Petrus Floreti exhibuit rotulum expensarum per eum factarum eundo ad ducalem celsitudinem pro provisionibus obtinendis contra dominos Montiscanuti et Pontisvitrey et redeundo, quem petit visitari, et remictitur ad Martis.

Et propositum extitit quod dominus Alamognie scripsit dominis sindicis quod supersederent a molestacione Girardi Barberii per octo dies in castro Insule pro pluribus publicis criminibus detenti, qui est assignatus ad diem crastinam ante Domum ville auditurus jus; et fuit conclusum quod fiat justicia secundum disposicionem juris et secundum scribenda per doctores qui habent processum.

*Martis xj marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis :

Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, Stephano Pecollacti, Johanne Malliardi, sindicis ; — P. Floreti, G. de Quarro, B. Dorerii, Jo. de Lunes, Andrea Regis, Glaudio Cavucini, Petro Gacheti, Guillelmo Balleti et Michaele Lingocti.

*(De imponenda gabella.)* — Fuit positum in deliberacione pro pecuniis habendis pro neccessitatibus civitatis succurrendis, et an minori dampno debeat imponi gabella super vino vendendo. Et conclusum quod conferatur cum dominis de capitulo. — Vide die crastina.

De visitando hospitalia ad recolligendum Christi pauperes ; et conclusum quod visitentur.

De ordinacione fienda contra Johannem Clerici pro reddicione suo[rum] computorum ; et conclusum quod nisi die crastina reddat computum, quod incarceratur.

(8) *Mercuri xij marcii,* existentibus in consilio ordinario :

D. sindicis ; — Guillelmo Fabri, Janino de Mara, Michaele Lingocti Petro Gachet, Glaudio Ravinelli et Guillelmo de Quarro.

Fuit propositum quod herina die egregius dominus Johannes Chapuysii mandavit quod domini de Montecanuto et Pontisvitrey, in curia

ducali, totis viribus instant contra civitatem ad causam commocionis certe partis populi Gebenn. Et conclusum quod mictatur nuncius ad sciendum si quid novi evenerit.

De gabella vini, quod convocetur consilium quinquagenarium post prandium.

*Eodem die post prandium,* existentibus in Domo communi egregiis : Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, Stephano Pecollacti, Johanne Malliardi, sindicis; — Andrea Guacti, Petro Floreti, Girardo Rogeti, Thoma Tissocti, Johanne de Plathea, Johanne de Boulo, Guillelmo Richardeti, Guillelmo Vigecort, Johanne Luppi, Guillelmo de Quarro, Michaele Lingocti, Guillelmo Rogeti, Johanne de Soex, Johanne de Palude, Johanne Turci, Anthonio de Ulteriis, Stephano Boni Johannis, Johanne Janini, Roleto Nycolay, Petro Magistri Petri, Guillelmo Cort, Guillelmo Balleti, Rolando Boysserii, Reymondo de Plathea, Laurencio Neyrodi, Johanne Bonilucri, Jacobo Nepotis, Jacobo Lingocti, Bernardo Meynoz, Hans Cronenberch, Petro Tornerii, Glaudio Taconis et Johanne Veluti juniore.

Et fuit propositum in deliberacione de posterlis existentibus in meniis civitatis claudendis; et conclusum quod claudantur.

De gabella ponenda super vino vendendo, videlicet pro quolibet quarterono, unum denarium, et conclusum quod super hoc fiant preces dominis de capitulo.

De reddendo computum per olim sindicos dicte civitatis; et conclusum quod reddant computum et reliqua prestent.

De sepelliendis in hospitali noviter constructo; et conclusum quod conferatur cum dominis de capitulo an debeat ibidem sepelliri durante tempore cessus ibidem existentis.

De hospitibus, quod non recipiant hospites nisi prius habitis et receptis gladiis et aliis armis offensibilibus; et conclusum quod super hoc fiat crida.

De nobili Amedeo de Lornay qui, ut dicitur, fuit in insultu facto in personam quondam domini nostri Gebenn. episcopi, et est in hac civitate ad expiandum et audiendum quid ibi fit et dicitur; et conclusum quod conferatur cum dominis de capitulo quid fiendum, et interim su matur informacio contra eumdem de premissis.



(9) *xiij marcii.*

Honorabiles viri Girardus de Vaudo, Stephanus Pecollati et Johannes Malliardi, sindici; — et n. Johannes de Fontana, locumtenens d. vicedompni Gebenn.

*(Injunctio de posterlis claudendis.)* — Personaliter accesserunt ad domum nobilis Henrici de Goniguionaz et injunxerunt Margarite, relicte Petri Banosii, inquiline ejusdem domus, quatinus dicto Henrico notifficet quod ferrari faciat fenestras ejusdem domus existentes in meniis ville, et hoc sub pena lx solidorum et rebellionis, et infra octo dies proximos.

Et pariter injunxerunt Johannete, relicte Petri Taconis, presenti, ut tollat de posterla existente in ejus domo et in meniis civitatis lapides cissos et murari faciat taliter quod nullomodo appareat ibi unquam fuisse aliquam posterlam, et infra octo dies et sub dicta pena.

Et simili modo injunxerunt venerabili viro d. Andree de Croseto, sigillifero Gebenn., presenti.

Ulterius injunxerunt Leonardo Stelnagueli, inquilino domus Petri Bertheti condurerii, que fuit relicte Ponceti, ut ferrari faciat duas fenestras in meniis civitatis existentes infra dictum tempus et sub dicta pena.

*(Nota.)* — Nota de domo heredum Aymonis de Lestelley, que remanet visitanda propter eos qui in eadem domo ex peste decesserunt.

*Veneris xiiij marcii,* existentibus in consilio ordinario :

Dominis sindicis; — Michaele Lingocti, Guillelmo de Quarro, Janino de Mara, Andrea Gervasii, Petro Gacheti, Glaudio Cavucini et Guillelmo Ballet.

Fuit lecta lictera per magistros computorum ducalis celsitudinis missa super facto generalium monetariorum, et conclusum quod demonstretur dominis de capitulo.

*(Burgensis et vigil.)* — Et fuit creatus et admissus in burgensem et vigillem civitatis Benedictus Ponceti, de Mourex parrochie Greylliaci, pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*Martis xviij marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis :

Johanne Polliuti, G. de Vaudo, Stephano Pecollat, Jo. Malliardi sindicis; — Jo. Floreti, Michaele Lingocti, Johanne de Lunes, Janino

de Mara, G. de Quarro, Andrea Gervasii, Glaudio Cavucini, A. Regis, Petro Braseti et Jacobo Paqueti.

(10) Johannes Girodonis, civis Gebenn., qui apportavit de Berno licteram per nobilem Petrum de Peymes dominis sindicis missam, retulit dici audivisse Bernensibus et Friburgensibus quod ipsi non fecerant instanciam pro domino Stamedei electo in episcopum Gebenn., nisi ad requestam dominorum de capitulo et civitatis.

Et positum fuit in deliberacione de domo communi existente supra ponte Rodani locanda; et conclusum quod cridetur et plus offerenti locetur, et compellantur carpentatores ad reddendum tachium ejusdem domus.

De macellariis, locatur dominis de capitulo.

Dentur egregio Petro Floreti, ducali secretario, pro labore per eum habito eundo ad ducalem celsitudinem ad obviandum ne d. Ranversi, Montiscanuti et Pontisvitrey aliquem contra civitatem facerent insultum, videlicet pro resta contentorum in duabus parcellis et xx$^{ti}$ florenorum eidem pro suis expensis datorum, xiij floreni, vj solidi, j quartus.

Et Petro de Biollesio, hostellerio, pro expensis per eum ministratis Piemont, heraldo ducali, qui fecit inhibicionem dominis de Montecanuto et Pontisvitrey, xx grossi.

*Eodem die,* existentibus in Domo communi egregiis :

Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis; — Michaele Lingocti, Johanne de Lunes, Girardo Rogeti, Janino de Mara, Petro Braseti et Andrea Gervasii.

Theobaldus de Sancto Jorio, burgensis Gebenn., tradidit unam licteram per dominum ducem missam communitati Gebenn., et aliam per dominum Stamedei destinatam, et aliam per dominum Ranversi directam communitati.

Quibus lectis, fuit conclusum quod demonstrentur dominis de capitulo, deinde publicentur populo et plebi Gebenn.

*Jovis xx marcii,* ante Domum ville, existentibus egregiis : Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, consindicis; — et Petro Floreti.

*(Lictere testimoniales).* — Johannes de Mallens, civis Gebenn., notifficavit se intellexisse quod ad causam cessus in civitate et diocesi Gebenn.



existentis, in eadem civitate eveniet in brevi scandallum, advertendo predictos consindicos ut obviare habeant, et de hiis licteras testimoniales peciit.

(11) *Veneris xxj marcii,* existentibus in ecclesia cathedrali Gebenn. in exitu capituli egregiis : d. sindicis; — Petro Braseti, Guillelmo de Quarro et Andrea Gervasii.

Egregius Petrus Floreti, ducalis secretarius, fuit deputatus ad eundum ad ducalem celsitudinem cum reverendo domino Johanne de Lornay, sedis apostolice prothonotario, et d. Petro Farodi ad eandem celsitudinem ex ordinacione capituli pergere volentes ad habendum relaxacionem cessus in ecclesia et diocesi Gebenn. existentis, et hoc sub sumptibus dicti capituli.

*Martis xxv marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, Johanne Malliardi, consindicis; — Girardo Rogeti, Petro Braseti, Andrea Regis, Guillelmo de Quarro, Guillelmo Cavucini, Bezansono Dorerii, Petro Gacheti, Andrea Gervasii et Johanne de Lompnis.

Predicti d. sindici notifficaverunt Veneris lapsa deputasse egregium virum Petrum Floreti ad eundum ad ducalem celsitudinem sumptibus capituli pro habenda relaxacione cessus.

Et fuit positum in deliberacione quod domus communis existens supra pontem Rodani locetur plus offerenti.

Jacobus Quibleti, carpentator, fuit admissus in carpentatorem ville, et qui habeat visitare edifficia et reparare sumptibus civitatis, et pro ejus visitacione ordinatum quod eidem dentur triginta solidi annualiter pro una veste.

Item mandatur eidem solvi, causa in rotulo per eum exhibito, videlicet xxxij grossos, iij quartos.

Item mandatur solvi Theobaldo de Sancto Jorio, pro expensis per eum factis eundo ad ducalem celsitudinem et reveniendo, ultra ij florenos jam sibi solutos, videlicet alios ij florenos.

*Jovis xxvij marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, Girardo de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — P.

Floreti, Jo. de Lompnis, Guillelmo Fabri, Jo. Braseti, Michaele Lingocti, B. Dorerii, P. Gachet, Ja. de Mara, G. Ballet.

Fuerunt lecte lictere missorie per egregium P. Floreti a ducali celsitudine emanate.

Item et lictere patentes ejusdem ducalis celsitudinis directive baillivo Vaudi et aliis officiariis ducali[bu]s ne quis offendat cives Gebenn. Et conclusum quod demonstrentur dominis de capitulo, et fiant preces ut illas exequantur sumptibus suis.

(12) *Veneris xxviij marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — d. F. de Veyriaco, P. Gavit, P. de Versonay, Jo. de Lunes, Michaele Lingocti, G. de Quarro, B. Dorerii, A. Gervasii, G. de Castronovo, A. Millaneis, Ja. Nepotis, P. Palu, L. Neyrodi, Pereto Chinuti, G. Richardi, G. Rogeti, H. Belleboche, P. Magistri Petri, P. Floreti, M. Scarron, G. Ravonelli, G. Balleti.

Lictere patentes et missorie heri lecte iterum fuerunt coram predictis consiliariis iterum lecte.

Item positum in deliberacione pro deffensione aque Areris ad conservandum Planum Palacii.

Item et de bullis et indulgenciis per Sedem apostolicam hospitali in Plano Palacio noviter constructo [1] concessis, videlicet pro illis habendis, ac de reparacionibus vallorum existencium prope turrim scole et pecuniis pro premissis neccessariis habendis. Et conclusum quod omnia premissa ponantur in deliberacione in consilio generali.

*(Locacio domus.)* — Ibidem domus communis existens supra pontem Rodani a parte boree fuit locata Petro Rambosson, cutellerio, absenti, spacio unius anni quinta aprilis incohandi et simili die finiendi, sub salario xxj florenorum quos nobilis P. de Versonay solvere promisit et juravit secundum bonos usus Gebenn. in manibus receptoris, presentibus quibus supra.

*Lune ultima marcii,* existentibus in consilio generali egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — P. de

[1] Voir sur l'histoire de cet hôpital : J.-J. Chaponnière et L. Sordet, *Des hôpitaux de Genève,* dans M. D. G., t. III, p. 276 et s.



Versonay, A. Regis, P. de Monte, A. Pecollacti, Barth. Chivanderii, Stephano de Furno, Ja. Lingocti, Ny. de Nanto, P. Bullifroz, Anthonio Marchiandi, Girardo Veluti, P. Tronchonaz, Glaudio Jordani, Henrico Folliosii, P. Navis, Henrico Beatrisii, Johanne Albi, Johanne Bernardi, L. de Preles, Jo. de Planis, Jo. Serrallion, Glaudio Falqueti, Glaudio Michaudi, Jo. Taconis, Johanne Veluti, et pluribus aliis ultra mille numero.

Et ibidem fuerunt publicate lictere patentes et missorie, Veneris preterita lecte.

Nec fuit aliud in eodem consilio positum in deliberacione propter insultum per populares contra sindicos ceptum, eo quod populares asserebant sindicos eis velle gabellas imponere, taliter quod ipsi populares ejesserunt vigilles a claustro ubi tenebatur consilium.

(13) *Martis prima aprilis,* existentibus in consilio ordinario : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, consindicis; — G. Rogeti, A. Regis, G. de Quarro, G. Cavucini, A. Gervasii, B. Dorerii, P. Gachet, Ja. de Mara.

Fuit positum in deliberacione de insultu heri per populares in consilio generali facto; et conclusum quod conferatur cum dominis de capitulo.

Item fuit lecta supplicacio per Georgium Porterii dominis sindicis missa. Et conclusum quod locatur pro eodem Georgio domino vicario.

Item quod dentur fratri Roberto de Londa, in sacra pagina doctori, qui, Quadragesima proxime lapsa, in conventu Predicatorum sermonavit, videlicet x floreni.

*Veneris iiij*ta *aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, consindicis; — G. de Quarro, Ja. de Mara, B. Dorerii, P. Gacheti, Michaele Lingocti, A. Regis, G. Balleti, P. Braseti.

Fuit lecta lictera missoria parte ducali pro Tribus Statibus tenendis; et conclusum quod conferatur cum dominis de capitulo quid fiendum.

*(Ordinacio.)* — Dominus Ludovicus Ciclacti, rector hospitalis Pontis Rodani, proposuit habere unum ortum extra portam eundo ad Pala-

cium, de quo habere non potest annuatim nisi triginta grossos, et si albergetur reperientur centum floreni ex quibus acquirentur v floreni annuales; petit ut d. sindici consenciant. Et fuit conclusum quod videat[ur] lictera acquisiti ejusdem ortus sicve clausula legati et servetur voluntas donantis.

Magister ponderis bladi proposuit locasse Johanni de Bello Exerto scannum domus ponderis, ac tamen P. Rambosson, qui alias domum communem locavit, non vult vacuare. Et conclusum quod vacuet.

*Martis viij aprilis,* existentibus in Domo ville : d. sindicis; — P. Floreti, M. Lingocti, B. Dorerii, Ja. de Mara, G. Cavucini.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Bernardus Vernaz, de Balleysone, escofferius, parrochie Magdalenes, pro florenis vij, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Item fuit creatus burgensis Petrus Buffardi, lathomus, [de] Ardone, parrochie Sancti Germani, pro florenis vij, j plastrono. — *(Levatum est.)*

Robertus, crida ville, proposuit quod propter cessum satis perdidit in officio; nichilominus P. de Fogia, olim receptor communitatis, eidem petit introgium; conclusum quod differatur ab exactione per xv dies.

Ibidem fuit lecta lictera missoria n. Petri de Peymes.

Fiat questa pro hospitali pestifferorum.

(14) *Veneris xj aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis: Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, sindicis; — et n. Johanne de Fontana, locumtenente castellani.

*(Serviens.)* — Petrus Peravy, de Versoya, fuit creatus familliaris curie vicedompnatus Gebenn., qui prestitit juramentum fidelitatis.

*(Consul.)* — Gabriel de Borsali, de burgo Sancti Gervasii, fuit admissus ad consilium Quinquagenarum, qui prestitit juramentum solitum.

*Martis xv aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, consindicis; — P. Floreti, M. Lingocti, G. Ravonelli, P. Braseti, Ja. de Mara, P. Gacheti, A. Gervasii.



*(Communicacio marche.)* — Heraldus d. ducis Burgondie exhibuit quasdam licteras repreysalliarum ad eo quod nobilis Glaudius de Chalanzonay, Johannes Bosset et Petrus Bordati dicuntur cepisse Johannem Gerveti et ejus bona apud Aquianum. Conferatur cum dominis de capitulo.

Servitor d. Johannis de Chissiaco peciit sibi restitui triginta florenos quos solvit pro gerdili Johannis Balme, videlicet pro tallia, alias sibi possessionem ejusdem gerdili[s] manuteneri juxta tenorem licterarum quas exhibet. Conferatur cum dominis de capitulo.

*(Burgenses.)* — Fuerunt creati burgenses :

Roletus Tissocti, de Gietis, escofferius, parrochie Sancte Crucis, vij florenis, j plastrono.

Nycodus Gantini, de Aysia, sutor, parrochie Sancte Crucis, vij florenis, j plastrono.

Hanze de Ulmo, Alamanus, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j plastrono.

Mermetus Genevardi, de Feygieres, parrochie Sancti Leodegarii, vij florenis, j plastrono.

*(Levatum est.)*

*Martis xxij aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, consindicis; — P. Floreti, M. Lingocti, P. Braseti, A. Regis, G. Ravonelli, G. de Quarro, G. Cavucini, Jo. de Lunes, B. Dorerii, A. Gervasii.

Et fuit positum in deliberacione de introgio vini recipiendo vel remictendo a sororibus Sancte Clare, et pro nunc nichil conclusum.

De magistro scole et domo pro eodem habenda.

De incantoribus Burgundie habeatur veritas a Petro Bordaz.

De detento in Insula vocato Guillelmus Godinet, et conclusum quod repetatur.

De hospitali et provisione fienda.

De infectis morbo pestis.

De lapidibus Areris extrahendis.

De macellariis et pondere.

Commictitur recepcio computorum Johannis Clerici Ste. Pecollacti, P. Braseti, Hugonino de Ponte et Ja. Paqueti.

(15) *Martis xxix aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollati, consindicis ; — P. Braseti, A. Gervasii, G. de Quarro, G. Cavucini.

Fuit lecta lictera missa a ducali celsitudine contra Georgium Porterii, et conclusum quod demonstretur domino vicario.

Et fuit positum in deliberacione de rescribendo rev. in Christo patri et domino domino Johanni de Compesio, episcopo Gebenn., pro quo heri accepit possessionem rev. d. Philippus de Compesio Sedis apostilice prothonotarius, et conclusum quod rescribatur.

De accedendo ad prefatum d. Philippum vicarium Gebenn., et conclusum quod accedatur cum graciarum actione.

*Martis vj^ta maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis ; — P. Floreti, M. Lingocti, M. Scarron, B. Dorerii, G. de Quarro, G. Cavucini, P. Gacheti, Jo. de Lunes, A. Gervasii.

Mandatur receptori solvat Johanni de Petra, alias Balaz, pro reparacione pontis porte Bellirigardi, videlicet iij florenos.

Fiat mandatum Johannete, filie Johannis Ruffi, de lx florenis receptis manu Francisci Grossi et Guillelmi de Quarro, et triginta florenis receptis manu G. de Fogia et xviij florenis receptis manibus Hugonini de Ponte pro tallia facta ad causam composicionis cum Alamanis facte, xviij florenorum.

Ven. vir d. Johannes de Chissiaco requisiit per d. sindicos sibi expediri possessionem gerdilis quondam Hugonini Balme, pro triginta florenis quos solvit pro tallia, alias illos sibi restitui. Conferatur cum d. vicariis.

Fuit injunctum Johanni Bocardi, Johanni Debiti, Stephano Folliosii, Mauricio Vuy, Girardo Veluti, macellariis, ut carnes cum pondere venderent juxta ordinaciones alias factas, qui se opposuerunt ; et fuerunt remissi coram d. vicariis hora prima post meridiem hujus diei.

*(Tradicio clavium.)* — Claves porte pontis Rodani fuerunt tradite per Johannem Maliardi, consindicum, Petro Gacheti cui idem Johannes Maliardi, durante tempore sindicatus ejusdem Johannis, dare convenit eidem Petro quinque florenos.

*(Vigil.)* — Michael Bertholleti fuit constitutus vigil civitatis.



(16) *Veneris secunda [nona ?] maii,* existentibus in consilio : d. sindicis ; — P. Braseti, Jo. de Lunes, Ja. de Mara, G. Cavucini, G. de Quarro, B. Dorerii, G. Balleti, A. Gervasii.

*(Pro infirmis.)* — Fuit provisum ad sepelliendum et infectos morbo pestilenciali visitandum Henricus Langini, et Glaudius Baverii, qui juraverunt servire juxta ordinaciones factas ; et pariter de Peroneta, relicta Berteti senturerii.

De macellariis et pondere conferatur cum d. vicariis.

De carreriis mondandis et porcis extrahendis a civitate et menchiis conferatur cum d. vicariis pro cridis fiendis.

*Martis xiij maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis ; — P. Braseti, G. de Quarro, B. Dorerii, G. Cavucini, G. Ravonelli, M. Scarron, A. Gervasii, P. Gacheti, P. Floreti, G. de Crosa.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes de Molario, de Longa Rea, mercerius, parrochie Sancti Gervasii Gebenn., pro et mediantibus florenis vij, plastrono uno. — *(Levatum est.)*

Et fuit positum in deliberacione de mictendo ambassiatam ad reverendum dominum nostrum Gebenn. episcopum. Mictantur tres equi ad excusandum civitatem.

Magister Glaudius Vacherii, rector scolarum Gebenn., peciit sibi provideri super salario domus scole. Dentur pro nunc florenus j, solidi vj.

De macellariis et pondere carnium conferatur cum dominis de consilio de ponendo visitatores carnium.

Dentur Jacobo de Gressiney pro labore per eum habito eundo Chamberiacum ad ducalem celsitudinem et reveniendo cum egregio P. Floreti, floreni ij.

(17) *Veneris xvj maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis ; — G. Balleti, A. Gervasii, P. Gacheti, P. Floreti, G. de Quarro.

Fuit positum in deliberacione de respondendo dominis de capitulo an se possit excusare de dona diebus Penthecostes fienda vel obmictenda propter pestem et in hospitali et alibi ad causas pias convertenda.

Respondeatur eisdem quod melius erit obmictere donam propter infectionem pestis et convertere ad constructionem hospitalis noviter constructi ad recolligendum pauperes infectos morbo pestis. Quiquidem domini de capitulo hodie dederunt florenos c.

*Martis xx maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — P. Floreti, P. Braseti, G. de Quarro, A. Regis, M. Lingocti, G. Cavucini, Ja. de Mara, G. Balleti, A. Gervasii, P. Gacheti.

*(De Sancto Michaele.)* — Fuit positum in deliberacione de xlix scutis per n. Bonifacium de Sancto Michaele, hereditario nomine venerabilis viri domini Petri de Sancto Michaele, petitis causa mutui, ut pretenditur, communitati Gebenn. facti, pro quibus solvendis, ut asseritur, fuit verbo mandatum n. Johanni de Fontana, admodiatario alarum, ut solveret; et conclusum, quia non constat de mandato, mandatur receptori ut exigat a n. Johanne de Fontana, et differatur super solucione dicto Bonifacio fienda propter neccessitatem communitatis et edifficium in hospitali fiendum.

De libro tallie perdito fiat exacta diligencia perquirendi erga eos qui illum habuerunt.

De macellariis et carnibus visitandis, pro quibus visitandis fuit deputatus Hugo Vallerii et eidem notifficetur ut acceptet.

De infectis morbo pestilenciali vacuent domos.

*Martis xxvij maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Ja. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — P. Floreti, A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, M. Lingocti, B. Dorerii, Jo. de Lompnis, G. de Quarro, M. Scarron, A. Regis, G. Fabri, H. de Fontaneis, P. Flory, Ny. de Nanto, Jo. Calabri, G. Cavucini, Sy. de Rippa, A. Gervasii, P. Cortagerii, P. Mermodi, G. Taconis, H. Folliosii, Perreto Chinuti, B. Mallieti, P. Montagnier, H. Belleboche, G. Balleti, Jo. Ruffi, P. Balli, Ja. Charroton, Jo. de Plathea, G. Falqueti, Clasquino de Castro, P. Gacheti, Jo. Albi, A. Millaneys, G. de Borsali, P. Braseti, Ja. de Mara, G. de Castronovo, Jo. Girodon, Jaquemeto Boverii, A. Pecollacti, M. Bellocti, Petro Johanne Bruni, Hudriodo Ferrati, Anthonio Marescalli, R. Nycolay.



*(Donum gratuitum.)* — Fuit positum in deliberacione de dono gracioso fiendo reverendo in Christo patri et domino domino Johanni de Compesio, Dei et apostolice Sedis gracia Gebenn. episcopo et principi, Dominica lapsa noviter vento, et an debeat congregari consilium generale; et conclusum quod fiat non vocato consilio generali, et dentur in vessella argentea usque ad iij$^{c}$ florenos.

Et stabilitum fuit quemadmodum supra ex eo potissime quia si fieret per consilium generale prefatus dominus id gratum non haberet; tum eciam quia civitas tenetur ad graciosum donum expresse pocius pro honore, videtur ita fore fiendum etc.

*(Conauditores computorum.)* — Gabriel de Borsali et Anthonius Pecollacti adjunguntur aliis auditoribus computorum qui prestiterunt solitum juramentum.

Datur potestas consilio ordinario mutuo accipiendi pecunias pro dicto dono fiendo.

(18) *Veneris penultima maii,* existentibus in Aula conventus Rippe egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — Ja. Nerga, M. Lingocti, Jo. de Lunes, G. Ravonelli, G. Fabri, B. Boverii, A. Gervasii, B. Bernardi, A. de Douris, Ja. de Veruffis, A. Guacti.

Fuit positum in deliberacione quod n. Franciscus de Monte Falcone venit ad reducendum omnia jura episcopalia ad manus ducales, et an propterea retardari debeat donum graciosum rev. domino nostro Gebenn. episcopo fiendum, quia eundem donum non est perfectum nec potest haberi completum; hinc ad Lune supersedeatur.

*Sabbati ultima maii,* existentibus in Domo communi Gebenn. egregiis: Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, consindicis; — P. Floreti, P. Braseti, G. Fabri, G. de Quarro, Jo. de Lompnes, P. Gacheti, G. Ravonelli.

Fuit positum in deliberacione an cives et burgenses adherent rev. domino nostro Gebenn. episcopo et an eum protegent adversus quoscumque, prout ipse rev. d. episcopus a prefatis d. sindicis scire desideravit hodie in domo episcopali; et conclusum quod parata erit civitas eum protegere erga quoscumque, exceptis eis de domo ducalis celsitudinis Sabaudie.

(19) *Dominico prima junii*, existentibus in Domo communi civitatis Gebenn. egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — A. de Douris, A. Regis, B. Dorerii, P. Braseti, Jo. de Lunes, M. Scarron, P. Levrerii, G. Fabri, Marqueto Toniaudi, Andrea Gervasii, Anthonio Pecollati, Henrico de Fontaneis, Johanne Albi, Petro Flory, Johanne Gacheti, Perreto Chynuti, Johanne Girodon, Hudriodo Ferrati, Guillelmo Balleti, Andrea Guacti, Henrico Ramelli, Hugonino Ramelli, Benedicto Mallieti, Guillelmo de Quarro, Petro Mermodi, Johanne Calabri, Petro Mantillion.

Fuerunt exhibiti sex ciphi et una ayguereta in summitate et pede deaurati ponderantes decem septem marchas cum dimidio pro dono gracioso fiendo domino nostro Gebenn. episcopo, valentes iij$^{c}$ lxxxxiiij florenos inclusis lxxvj florenis, x grossis cum dimidio et decem florenis pro deauratura in dictis ciphis noviter facta, que premissa tradidit Johannes Maliardi cui, inherendo conclusioni Martis proxime lapsa facte, prefati d. sindici de consilio quorum supra promiserunt satisfacere hinc ad proximum festum Sancti Martini yemalis in denariis contentis.

Predicti consiliarii dant plenam potestatem bossetas et alas pro premissis persolvendis ad denarios contentos plus offerenti admodiandi et eidem Johanni Maliardi satisfaciendi, promictendo non venire contra, sed rata habere.

*Martis tercia junii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, consindicis; — P. Floreti, G. Ravonelli, Jo. de Lompnes, G. Balleti, P. Gacheti, G. de Quarro, M. Scarron, A. Regis, G. Cavucini, A. Gervasii.

Fuit porrecta supplicacio parte rei publice vigore cujus petitur demoliri turris Guillelmi de Bosco prope rippam lacus et super plathea communi noviter ultra consensum civitatis constructa; demonstretur dicto Guillelmo copia supplicacionis ut reparet.

Datur potestas receptori admodiandi egregio Petro Floreti platheam communem Longemale et Burgiforis.

Mandatur receptori ut solvat Guillelmo Balleti pro reparacione porte existentis subtus domum Trium Regum, videlicet florenos ij.



(20) *Martis x junii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi; — M. Lingocti, G. de Quarro, G. Cavucini, B. Dorerii, Jo. de Lunes, Ja. de Mara, G. Balleti, A. Gervasii, P. Gacheti, G. Rogeti, G. Ravonelli.

Egregius Guillelmus de Bosco exhibuit licteras licencie sibi date per quondam bone memorie reverendum dominum Johannem Ludovicum de Sabaudia, episcopum et principem Gebenn., de construendo turrim, quam construi fecit in rippa lacus pro tuhicione civitatis, requirendo illas sibi observari; vocetur consilium Quiquagenarum.

Hugoninus de Ponte, receptor generalis communitatis civitatis Gebenn., exhibuit quemdam rotulum de libratis per eum nomine civitatis, ascendentem ad xxvij florenos, x grossos; quo viso, et juramento per dictum receptorem prestito librasse prout in rotulo continetur, mandatur allocari per auditores computorum ejusdem receptoris, florenos xxvij, solidos x.

Mandatur receptori ut solvat Jacobo de Veruffis, appothecario, pro facibus per eum traditis causis in rotulo quem exhibet, videlicet florenos vj.

Comictitur visitacio edifficii fiendi in domo communi existente supra pontem Rodani Glaudio Ravonelli, Bezansono Dorerii, Hugon. de Ponte et Johanni de Lompnis.

Mandatur receptori quatinus solvat vigillibus civitatis pro pulsacione magni cimballi florenos ix.

*Jovis xij junii*, existentibus in Domo communi Gebenn. egregiis : Jo. Polliuti, Ste. Pecollati, Jo. Maliardi, consindicis; — M. Lingocti, Ja. Nerga, Bezansono Dorerii, Petro Gacheti, A. de Douris, Guillelmo Fabri, Andrea Guacti, Aymoneto Sonnerii, Guillelmo Cati, Guillelmo de Quarro, Henrico de Fontaneis, Reymondo de Plathea, Henrico Emerici, Glaudio Cavucini, Janino de Mara, Glaudio de Castronovo, Jacobo Paqueti, Petro Exertonis, Guillelmo Balleti, Johanne Turci, Dominico de Salatis, Johanne de Soex, Glaudio Arnodi, Petro de Palude, Johanne Bernardi, Johanne Roberti, Johanne Novelli, Johanne Lamberti, Petriquino Ciclacti, Perreto Chinuti, Jacobo Sechaudi, Martino Bellocti, Ste. Boni Johannis, Petro Johannis Bruni, Johanne Girodon, Johanne Ducis, Glaudio Cadodi, Hugon. Ramelli, Roleto Rosseti, Arnoleto Vallient, Richardo Barberii, Glaudio Falqueti, Mermeto

Montagnier, Petro Tornerii, Johanne Frocheti, Johanne Berteracti, Henrico Belleboche, Johanne de Poldo.

Fuit positum in deliberacione super hodie narratis in capitulo d. sindicis per rev. d. Philippum de Compesio, vicarium generalem Gebenn., videlicet quod ad ejus noticiam devenit quod illustris et reverendus dominus de Monjo est venturus ad hanc civitatem Gebenn., et an si cum vel sine armis venerit, debeat eidem denegari introitus civitatis; et conclusum quod habeatur voluntas domini nostri Gebenn. episcopi et ejus consilii ac capituli, et, habita, iterum convocetur consilium pro deliberacione fienda et interim, si domini de capitulo deliberaverin[t], mictatur ambassiata ad sciendum voluntatem prelibati domini de Monjo.

(21) *Martis xvij junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, consindicis; — Petro Braseti, G. de Quarro, G. Ravonelli, G. Fabri, G. Rogeti, Bezansono Dorerii, Jo. de Lunes, G. Cavucini, G. Ballet, A. Gervasii, P. Gachet.

Fuit producta copia licterarum per n. Johannem Ciclacti, Laurenciam ejus uxorem, et Stephanetam ejusdem Laurencie sororem, in castro Insulle detentorum, impetratarum a d. vicario Gebenn. cum inhibicione ne contra eosdem procedat, et assignantur ad horam octavam hujus diei in ecclesia Sancti Petri; et conclusum quod dictus Johannes relaxetur mediante caucione, contra vero mulieres procedatur ad rigorem juris ut cedat in exemplum aliis.

Et fuit positum in deliberacione factum Jacobi Charrotonis qui gavisus fuit franchesiis longo tempore absque eo quod fuerit burgensis creatus et qui traxit in causam d. sindicos; qua causa non obstante requirit sibi indulgeri et cum eo mite agi; et conclusum quod sumatur informacio de valore bonorum suorum, et, habito valore, agatur cum eo ut fuerit deliberatum cum se exhibuerit.

Et fuit notifficatum donum factum domino Montisjovis de sex facibus cere ponderantibus xv libras, sex alabostris confiture, duabus coquaciis vini et una coquacia ypocrati.

*Martis xxiiij^ta junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Maliardi, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, consindicis; — G. Roget,



G. de Quarro, G. Ravonelli, G. Cavucini, M. Toniaulx, G. Fabri, M. Lingocti, P. Mermodi, P. Gacheti, A. Gervasii, A. Regis.

Fuit positum in deliberacione factum Johannis Clerici qui detinetur in Insula; quod nullomodo relaxetur donec facta satisfactione de resta suorum computorum.

De facto uxoris Johannis Ciclacti, laudaverunt que gesta fuerunt.

Item fuerunt lecte lictere patentes et missorie ducales super obviacione facti operum domini Montisjovis; et conclusum quod fiat responsio per d. vicedompnum.

*(Lictere testimoniales.)* — Die ultima junii anno M° IIIJ^c LXXXIIJ, in ecclesia cathedrali Gebenn., n. Johannes de Fontana, locumtenens d. vicedompni, egregii Girardus de Vaudo et Stephanus Pecollat, consindici Gebenn., ac Guillelmus de Crosa, scriba curie vicedompnatus, parendo licteris domini nostri Gebenn. episcopi et principis, ibidem reperto n. Johanne Ciclacti, se obtulerunt sumptibus moderatis eidem n. Johanni et Laurencie, ejus uxori, ac Stephanete, ejusdem Laurencie sorori, expedire processum coram prefatis d. sindicis agitatum, instante prefato d. locumtenente contra easdem Laurenciam et Stephanetam, de quaquidem oblacione pecierunt licteras testimoniales, presentibus ven. viris d. Amedeo de Tereto, procuratore fiscali Gebenn., d. Fantino et Francisco Violani, salterio domus episcopalis Gebenn., testibus.

(22) *Martis prima jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Jo. Maliardi; — M. Lingocti, P. Braseti, G. de Quarro, G. Ravonelli, G. Rogeti, G. Cavucini, Andrea Gervasii, P. Gacheti.

Posita fuit in deliberacione rebellio facta per Petrum Burdet, patisserium, herina die, levando panem per eum factum non ponderantem pondus debitum; et conclusum quod non admictatur ad borgesiam, sed repellatur pro nunc ab omni immunitate franchesiarum et veniet ad octavam.

*(Burgensis.)* — De facto Jacobi Charrotonis fuit conclusum quod fiat sibi gracia, et fuit creatus burgensis pro et mediante quod solvat expensas contra eum in propterea fac(ta)tas et det florenos x, j collovrinam. — *(Levatum est.)*

*Martis viij^a jullii,* existentihus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, consindicis; — G. de Quarro, Jo. de Lompnis, B. Dorerii, G. Ravonelli, G. Ballet, P. Gachet, A. Gervasii, M. Lingocti, G. Roget.

Fuit positum in deliberacione de aya facta in rippa Areris a parte Terniaci, que est prejudi[ci]abilis communi Plani Palacii; compellatur Viry ad tollendum dictam ayam.

Item de quodam homine Sabati preterita sub ala nova capto et carceribus Insule mancipato ex eo quod ibidem vendendo bladum deppreciatum, octanam ad xiij solidos; obtulit se daturum xv solidos; habeatur conferencia cum d. vicario.

Item de arreragiis tallie exigendis.

Item de computo reddendo per Petrum Jaqueti, appothecarium, de per eum exactis racione gabellarum mercanciarum, quiquidem Petrus Jaqueti exhibuit ejus computa in caterno papiri descripta; commictuntur computa Ste. Pecollat, G. de Quarro, Ja. Paqueti et G. Ravonelli.

Item de cammeris in hospitali per confratrias fiendis; permictatur cuilibet confratrie facere cameras ut sibi placuerit.

Fiat crida ne cossoni et revenditores audeant emere victualia usque ad horam determinandam per d. vicarium.

De Johanne Clerici qui detentus erat in domo episcopali et heri fuit liberatus absque consensu sindicorum; et conclusum quod retrudatur.

De Petro Burdet, patisserio, ad hodie remisso, differatur.

(23) *Martis xv jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, Jo. Maliardi, consindicis; — G. Roget, H. Emerici, M. Scarron, G. Ravonelli, G. Balleti, P. Gachet, G. de Quarro, B. Dorerii, Jo. de Lunes, M. Lingocti, G. Cavucini, G. Richardeti, Ja. de Mara.

*(De marcha.)* — Supervenit Gerrardus Hugonis, pelliparius, qui detulit licteras parte civitatis d. comiti Rotondimontis directas, cum aliis licteris illu[strissimo] d. duci Burgondie missas, ad causam communicacionis marche date contra cives et mercatores Gebenn. ad causam capcionis persone et bonorum Johannis Griveti, ut dicitur, per n. Glaudium de Charanzonay, Johannem Bosset et Petrum Bordaz in villa Aquiani facte. Qui narravit obtinuisse prothelacionem hujusmodi



repreysaliarum per duos menses, dumtaxat conferatur cum domino nostro episcopo.

*(De Johanne Clerici.)* — De computis Johannis Clerici heri in consilio episcopali fuit commissa revisio P. Braset, G. Ravonelli, A. de Croseto, et assignatum ad Jovis proximam ad refferendum.

*(De Ciclacta.)* — De Laurencia, uxore n. Johannis Ciclacti, cui, propter ejus detestabilem et inhonestam vitam, fuit injunctum absentare civitatem et franchesias, et postremo per dominum nostrum Gebenn. episcopum indultum, propter quod heri hora noturna fuit facta certa congregacio populi ad eandem Laurenciam invadendum, quo prefato domino nostro episcopo notifficato, ad evictandum scandallum, prefatum ejus indultum retractavit licet non fuerit sibi facta fides de informacionibus que eidem mictende fuerunt tradite rev. d. Philippo ejus fratri. Instetur erga eundem ut easdem sibi remicti faciat per eum cui illas tradidit.

*Veneris xviij jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, consindicis; — G. de Quarro, Jo. de Lunes, Ja. de Mara, M. Scarron, G. Cavucini, A. Gervasii.

Fuit positum in deliberacione quid fiendum de commocione aliquorum juvenum civitatis Gebenn. contra Ciclactam facta, quam commocionem dominus noster Gebenn. episcopus exosam habet cum eidem Ciclacte peperserit; et conclusum quod d. sindici accedant ad d. vicarium et instare erga eum quod procuret indulgeri facere dictis juvenibus cum ipse fuerit causa commocionis ad eo quod non misit prefato domino nostro Gebenn. episcopo processum et informacionem contra Ciclactam ac licteram missivam, prout sumpsit onus pro civitate.

(24) *Martis xxij jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Jo. de Lunes, B. Dorerii, P. Gachet, G. Roget, P. Braset, A. Regis.

Supervenit Hugoninus Bocardi, burgensis Gebenn., qui requisiit sibi licenciam impartiri accipiendi inter Arvam et Rodanum, prope ecclesiam Sancti Johannis, parvos lapides pro pavimento sui penoris; datur licencia accipiendi lapides prout peciit.

De reparacione fienda in ponte existente prope ecclesiam Sancti Gervasii.

De precio carnium per macellarios civitatis Gebenn. vendendarum.

De abbate et abbatia juvenum civitatis Gebenn., quam, ut dicitur, rev. dominus noster Gebenn. [episcopus] gratam non habet, pretendens illam esse in detrimentum auctoritatis sue, quod tamen ipsi juvenes sic non intendunt, sed esse obedientes eidem domino nostro Gebenn. episcopo ad eundem et suos servitores ac totam civitatem protegendum. Exhibeantur domino capitula et articuli pridem facti, et eidem supplicetur ut juxta eadem capitula hujusmodi abbatiam confirmare dignetur.

*Martis xxviiij^a julli,* existentibus in consilio ordinario egregiis: Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — A. Regis, G. de Quarro, M. Lingocti, Ja. de Mara, G. Cavucini, A. Gervasii.

Petrus Bertheti fuit deputatus custos vinearum sub salario assueto, qui debitum prestitit juramentum in manibus d. sindicorum.

(25) *Sabbati secunda augusti,* existentibus in domo episcopali Gebenn. egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Johanne Maliardi, sindicis; — d. Johanne de Crosa, Jo. de Fontana, Henrico Emerici, Matheo Scarron, Marqueto Toniaudi, Petro de Versonay, Janino de Mara, Johanne de Lunes, Petro Braseti, Guillelmo Balleti, Hugonino de Ponte, Anthonio de Sancto Michaele, Petrimando de Malodumo, Bartholomeo Vincencii, Glaudio Cavucini, Petro Porralis, Nycodo de Nanto, Gabriele de Borjali, Petro de Genesta, Andrea Gervasii, Henrico de Fontaneis, Jacobo Paqueti, Johanne Balli, Petro Mermodi, Glaudio de Castronovo.

Fuit exponitum parte rev. domini nostri Gebenn. episcopi quod illustrissimus princeps d. dux Sabaudie eidem rev. domino nostro episcopo intimavit per suas patentes licteras quod, infra xv dies post hujusmodi intimacionem, se personaliter transferret ultra monte apud Pynorelium cum juribus et titulis sui episcopatus Gebenn., alias per easdem licteras mandavit omnia bona ejusdem domini nostri Gebenn. episcopi cum toto episcopatu ad manus ducales reduci, et petitum parte ejusdem domini nostri Gebenn. episcopi quid fiendum; et tandem



conclusum quod, actenta infirmitate longeva ejusdem domini nostri episcopi qua detentus fuit, et ne in eadem reincidat, quod fiat de suis juribus unum vidimus, quodque mictatur ad prelibatam ducalem celsitudinem ambassiata cum prefato vidimus, et si domini de capitulo hac de causa aliquem mictant, quod communitas Gebenn. ministret unum ex civibus ad eosdem associandum et pacifficandum prelibatam ducalem celsitudinem et eidem exponant que per instructiones eidem tradetur.

*Martis v^ta augusti,* existentibus in consilio generali in claustro ecclesie Gebenn. ad sonum grosse campane congregato egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — Johanne de Fontana, Henrico Emerici, Andrea Guacti, Guillelmo Fabri, Glaudio Ravonelli, Guillelmo de Quarro, Bartholomeo Vincencii, Bartholomeo Bernardi, Sebastiano de Freperii, Ludovico de Pontisio, Petro Tronchonaz, Glaudio Rolandi, Johanne Turci, Humberto Monachi, Johanne Novelli, Andrea Regis, Symondo de Rippa, Georgio Porterii, Reymondo Boneti, Guillelmo Bocardi, Johanne Nycodi, Rolando Boysserii, Johanne Margollieti, Ste. Bidialis, P. Braseti, Johanneto Bocardi, Hugon. Bocardi, Johanne Balli, Hugon. Consilii, Johanne Pecollacti, Hugon. de Ponte, Martino Bellocti, Petro Francisci, Petro Gusmandi, Anth. Vuaremberti, Matheo Scarron, Colino Chicandi, Hugon. Boconis, Johanne Donzelli, Johanne de Fernay, Jacobo de Muro, Henrico Folliosii, Johanne de Crosa, Petro Cardinalis, Stephano Therene, Petro Exertonis, Anthonio Mallanesii, Petro Gatilliardi, Stephano de Furno, Glaudio de Domo, Nycodo de Nanto, Petro de Nanto, Guillelmo Corti, Johanne Janini, Johanne Therene, Johanne de Palude, Johanne Nandini, Petro Mantillion, Nycodo Tornerii, Petro Vignioli, Henrico de Fontaneis, Glaudio Morelli, Johanne Ruphi, (26) Petro Navis, Glaudio Ruphi, Arnolleto Vallient, Johanne Debiti, Petro Gallouz, Humberto de Bona, Johanne Clerici, Stephano de Tornay, Petro de Veytey, Johanne Borsat, Humberto Collombi, Johanne Savarini, Bartholomeo Chivanderii, Johanne de Planis, Marqueto Toniaux, Petro Grueti, Johanne Luppi, Petro de Quercu, H. de Cellerio, Petrequino Ciclacti, Johanne Collombi, Clasquino de Castro, Petremando de Malodumo, Johanne Savoex, Johanne de Bauleduc, Henrico Beatrisii, Petro Joly, Johanne Clementis, Clemencio Poutex, Petro Franzonis, Johanne de

Lunes, Guillelmo Balleti, Petro Magistri Petri, Aymoneto Probi et pluribus aliis tam civibus quam burgensibus ejusdem civitatis Gebenn.

Rev. dominus noster Gebenn. episcopus narravit que in precedenti consilio fuere exposita, et requisiit ut aliquis de civitate suis sumptibus cum dominis de capitulo mictatur ad ducalem celsitudinem, et, eodem a consilio remoto, fuit conclusum, ut in precedenti consilio, et quod unus de civitate eligatur et mictatur cum dominis de capitulo, et datur potestas d. sindicis eligendi mictendum.

*Eodem die,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, Johanne Maliardi, consindicis; — Petro Braseti, Guillelmo de Quarro, Andrea Regis, Bartholomeo Vincencii.

Elegerunt ad associandum dominis de capitulo in dicta ambassiata...[1].

*Martis xij augusti*, existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, consindicis; — G. de Quarro, G. Cavucini, P. Gacheti, A. Regis, M. Lingocti, G. Ravonelli, A. Gervasii.

*(Burgensis.)* — Fuit inhibitum Petro Vuyton, patisserio, de Morney, habitanti in domo de Versonay ne se gaudeat franchesiis sub pena perdicionis denariatarum. — Paulo post fuit creatus burgensis pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

De Ludovico Camprumy, qui tenetur pro civitate in sex viginti florenis, fuit conclusum quod personaliter capiatur, prius habita conferencia cum domino nostro Gebenn. episcopo, si apprehendi posset; sinautem levetur domus ejus sita in Ripparia.

[1] La phrase est inachevée; les citoyens envoyèrent au duc de Savoie Jean de Fontana (voir plus loin, séance du 19 août), le chapitre P. Arlo (Registres du Chapitre, séance du 13 août); les instructions remises à ces ambassadeurs sont conservées aux Archives d'Etat, P. H., nº 725, et ont été publiées par Ed. Mallet, *op. cit.*, p. 339, Pièces justificatives, nº XL. — Cette ambassade n'eut aucun résultat et l'évêque ne s'étant pas rendu à Pignerol, comme il en avait été sommé par le duc de Savoie (voir séance du 2 août), les commissaires ducaux placèrent contre la porte du palais épiscopal les armes de Savoie, en signe de main mise, le 18 août, à l'expiration du délai fixé (voir plus loin, séance du 19 août).



De macellariis, compellantur ad observandum ordinacionem super vendicione carnium factam.

*(Burgensis.)* — Amedeus Regnaudi, patisserius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

(27) *Martis xix augusti,* existentibus in consilio ordinario : Girardo de Vaudo et Ste. Pecollacti, consindicis; — Michaele Lingocti, G. de Quarro, G. Ravonelli, Jo. de Lunes, A. Gervasii, P. Braset, B. Vincencii, A. Regis, Aymoneto Probi, Bezansono Dorerii, G. Rogeti, Petro Balli, Anthonio Pecollacti, A. Millaneys, Jo. Gachet, Jo. Boulo, Roleto Nycolay, Jo. de Soex, Colino Chicandi, Henrico Belleboche.

Fuit positum in deliberacione quomodo heri dominus Bellimontis et Johannes Anthonius Gambe, asserti commissarii ducales, apposuerunt arma ducalia in porta pal[ac]ii episcopatus Gebenn. in prejudicium libertatum ecclesie et civitatis, quos rev. dominus noster Gebenn. episcopus reverenter requisiit ut hujusmodi arma tollere vellent, qui hoc facere renuerunt; quod videns, idem rev. dominus noster, nolens pati talia ne eciam perjurium incureret, capite detecto et reverenter inclinato, hujusmodi arma abstulit et ea in sendone honeste reposuit et ea prope ejus lectum juxta imaginem beate Marie Virginis reponi fecit; et an premissa notifficari debeant n. Johanni de Fontana, ambassiatori jam ad ducalem celsitudinem parte civitatis destinato, quesitum extitit; et conclusum quod eidem n. Johanni rescribatur quod hec demonstret ducali celsitudini et aliis de consilio ducali.

Johannes de Nantuaco fuit hodie in Domo communi evocatus, et eidem parte sindicorum inhibitum ne gaudeat et utatur franchesiis; qui respondet quod uxor sua gaudebit, et ipse discurret per civitatem minas inferendo Michaeli Lingocti, quiquidem Johannes fuit per vigilles ad Insulam ductus ad eo quod in crastinum Pasche contra sindicos in consilio generali suam balistam...[1].

*(Burgensis.)* — Johannes Barrachini, de Quercu in Semina, patisse-

[1] La phrase est inachevée.

rius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro et mediantibus vij florenis, j collovrina. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxij augusti,* existentibus in Domo communi Gebenn. egregiis : Jo. Pecollat, Jo. Polliuti, G. de Vaudo, consindicis; — Jo. de Saxo juris doctore, L. Botholierii jurisperito, G. de Crosa, Jo. de Lunes, A. Guacti, P. de Genesta, Jo. Albi, Bezansono Dorerii, Glaudio Cavucini, Anthonio Milla[ne]ys, Anthonio Pecollacti, Amedeo Regnaudi, Petro Balli, Johanne de Soex, Jacobo Nepotis, Janino Bernardi, Galiachio de Casate, Johanne de Boulo, Roleto Nycolay, Guillelmo de Quarro, Michaele Lingocti, Jo. Regis jurisperito, Johanne de Crosa, Henrico de Fontaneis, Girardo Rogeti, Anthonio Vuaremberti, Stephano de Putheo, Guillelmo Serralion.

Fuit recitata querela per n. et potentem virum d. Anthonium de Montecanuto [1], militem, dominum Montiscanuti, de insultu ut pretendit, in ejus personam circa proxime preteritum carnisprivium per cives, burgenses et habitatores Gebenn. facto, cum cedula et interrogatoriis per egregium juris utriusque doctorem d. Henricum Gauteronis [2], nuncium ad hoc, parte dicti domini de Montecanuto missum, coram rev. patre domino nostro Gebenn. episcopo productis, super quibus petit examinari testes producendos et sibi de commissario provideri, seque eidem commissario adjuncti. Et inde quesitum parte d. sindicorum consilium in agendis, et conclusum quod ante omnia dictus Gauteronis justificet personam suam, et inde interrogetur si velit amicabiliter hujusmodi negocium terminare; si respondeat quod sic, petatur quod idem dominus Montiscanuti se submictat ordinacioni domini, et examinentur testes super interrogatoriis, nec admictatur idem Gauteronis pro adjuncto, cum sit pars; si vero (vero) agere in judicio contradictorio, det

[1] Aux Archives d'Etat est conservé, P. H., nº 727, un fragment du procès intenté à la communauté de Genève par Antoine de Montchenu pour les outrages qu'il prétendait avoir reçus de la part de quelques citoyens; les parties ne parvinrent pas à s'entendre sur la procédure à suivre et elles se firent délivrer des lettres testimoniales; les syndics niaient les faits allégués par Montchenu.

[2] Henry de Gauteron était alors « vibaillif » de Vienne; voir sur son compte : Nicolas Chorier, *L'estat politique de la province de Dauphiné* (Grenoble, 1671, 4 vol. in-12), t. I, p. 103.



peticionem concludentem et detur parte civitatis peticio reconvencionalis de insultu per eumdum dominum Montiscanuti contra civitatem facto die capcionis d. comitis Chissiaci [1].

(28) *Dominica xxiiij augusti,* existentibus in Domo communi civitatis Gebenn. egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, consindicis; — Guillelmo de Crosa, G. de Quarro, G. Ravonelli, Jo. de Lunes, Ste. de Furno, G. de Castronovo, P. Magistri Petri, A. Gervasii, Anthonio Pecollacti, H. de Nanto, Colino Chicandi, Anthonio condurerio, Girardino de Retro, Jo. de Vaudo, Petro Gacheti, Andrea de Douris, Johanne de Crosa, Petro Porralis, Humberto Donzelli, Bartholomeo Vincencii, Bartholomeo Bernardi, Johanne Roberti, Glaudio Falqueti, Nycodo de Nanto, Rolando Boysserii, Guillelmo Rogeti, P. Braseti, Michaele Lingocti, Petro Balli, Jacobo Paqueti, Anthonio Vuaremberti, Roleto Nycolay, Moneto Dorerii, Johanne Lingocti, Johanne Gribelli.

Supervenerunt n. Glaudius de Turre, forrerius domini Montisjovis, Amedeus de Gingino dominus Bellimontis et Johannes Anthonius Gambe; et exhibuerunt quamdam licteram missivam parte ducali missam et aliam parte rev. domini Montisjovis, quas pecierunt legi in consilio generali; quibus reverenter receptis, fuit conclusum quod vocentur cives et burgenses Gebenn. in consilio generali et in eodem consilio apperiantur et legantur.

*Lune xxv augusti,* existentibus in consilio generali ad sonum campane congregato egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis; — Jo. de Lunes, G. de Crosa, Guillelmo de Quarro, Jacobo Paqueti, Bartholomeo Bernardi, Johanne Boconis, Johanne de Boulo, Andrea Gervasii, Anthonio Millaneys, Andrea de Douris, Johanne de Crosa, Glaudio Ravonelli, Marqueto Thoniaudi, Hugon. Bocardi, Janino Bernardi, Jacobo Compareti, Perreto Chinuti, Bartholomeo Vincencii, Johanne Roberti, Jacobo Nepotis, Johanne Collombi, Anthonio Vuaremberti, Mermeto Sonerii, Guillelmo Berthodi, Jaquinino Belli, Ja-

[1] L'enlèvement de Chissé, ancien favori de l'évêque Jean-Louis de Savoie, par les gens de Montchenu eut lieu, d'après J.-A. Gautier (*op. cit.*, t. I, p. 416-419), à la fin de 1479 ou au commencement de 1480.

cobo Sentinaci, Petro Buffardi, Glaudio Ansermeti, Henrico de Nanto, Michaele Lingocti, Glaudio Ravonelli, Stephano de Putheo, Anthonio Pacocti, Jacobo de Cresto, Ludovico de Pontisio, Sebastiano Freperii, Jo. Madiva, P. Bertheti, Philiberto de Vaudo, Michaele de Cabulo, Johanne Macherry, Anthonio Puthodi, Johanne Regnaudi, Jaquemeto Rogoz, Johanne Balli, Petro de Genesta, Benedicto Mallieti, Johanne de Naulx, Ste. Marquet, Jo. Girodon, Bernardo Meynoz, Roleto Nycolay, Petro Samoen, P. Migardi, Johanne Turci, Andrea Regis, Petro Braseti, Johanne de Planis, Petro Porralis, Glaudio Cavucini, Nycodo de Nanto, Petremando de Malodumo, Henrico Folliosii, Petro Cortagerii, Arnoleto Vallient, Jacobo Sechaudi, Petro Navis, Johanne Pecollacti, Petro Gatilliardi, Philiberto Rubini, Petro Mermodi, Petro Gacheti, Johanne Janini, Johanne Pollitoz, Petro Heremite, Hugon. Bolardi, Bartholomeo de Cabanis, Hugon. Fuserii, Petro Quilliet, Petro Darlo, Nycodo Pelliet, Johanne Rambosson, Johanne Gauterii, Johanne Ducis, Henrico Tissocti, Anthonio de Fago, Johanne de la Roye, Symondo de Rippa, Amblardo Ponjardi, Jacobo Lingocti, Rolando Boysserii, Thoma de Medellia, Petro Scaliberti, Petro Falqueti, Anthonio Pilliczon, Galiachio de Casate, Johanne Bessonis, Baudissono Barberii, Fran. de Fontana, Jacobo Paniocti, Francisco Pecollacti, Petro Tronchonaz, Ste. Bidialis, Jo. Privissini, Gusmando Serex, Ja. de Veruffis, Petro Francisci, Aymone Bochet, Petro Joly, Johanne Brassardi, Reymondo Lullini, Johanne Luppi.

Fuerunt apperte et lecte lictere die herina in consilio ordinario presentate, et commissum fuit super responsione fienda vel obmictenda Jacobo Paqueti, Johanni Roberti, Bartholomeo Vincencii, Glaudio Jaqueti, Johanni Girodonis, Guillelmo de Crosa, Petro Gatilliardi, Bartholomeo Bernardi, Nycodo de Nanto, d. Johanni de Crosa, d. Johanni de Saxo, d. Johanni Regis, d. Ludovico Botholierii, Petro Jaqueti, Johanni Marchiandi, Petro Porralis, Petro Balli, Roleto Nycolay, Petro Mermodi, Ste. de Putheo, Henrico de Fontaneis, Anthonio Pecollacti, Anthonio Millaneys et Petro Cortagerii, habita conferencia dominorum de capitulo.

(29) *Martis xxvj augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis; — d. Jo. de Saxo juris doctore, G. Rogeti, G. Ravonelli, B. Dorerii, Johanne de Lunes, P. Braset, G. de Quarro, M. Lingocti, P. Gachet, Andrea Regis, G. Cavucini, d. Ludovico Botholierii.



Fuit lecta lictera per d. comitem Gebenn. missa, continens in effectu quod Ludovicus Ferriet detineatur, si apprehendi possit, propter ejus demerita corrigenda, et conclusum quod differatur donec locus et tempus.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Petrus de Archa, de Monthouz escofferius, parrochie Sancti Victoris, pro et mediantibus vij florenis, j collovrina. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxix augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis; — d. Jo. de Saxo juris doctore, d. L. Botholierii, d. Jo. Regis, G. de Crosa, Bartholomeo Vincencii, Jo. de Lunes, P. Levrerii, Ja. Paquet, P. de Genesta, P. Porralis, Henrico de Fontaneis, Johanne de Crosa, G. Ravonelli, Johanne Roberti, P. Gatilliardi, Ste. de Putheo.

Fuit lecta minuta lictere missive ducali celsitudini respondendo licteris per eandem ducalem celsitudinem missis; et conclusum quod scribatur prout in minuta penes me remanente.

De fratribus Augustinis pontis Areris in domo episcopali detentis, fuit conclusum quod non admictantur ad questam actenta infamia in eos existente.

(30) *Martis secunda septembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, Jo. Maliardi, sindicis; — P. Braset, G. de Quarro, G. Ravonelli, Bezansono Dorerii, G. Cavucini, A. Gervasii, P. Gachet, Andrea de Douris, Girardo Rogeti.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Glaudius Tallianderii, de Nantuaco, habitator Sancti Gervasii, pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Pariter fuit creatus burgensis Ludovicus Tissocti, de Fringiaco, escofferius, parrochie Sancti Leodegarii, pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

Fuit parte Petri Levrerii, civis Gebenn., supplicatum quatinus ei-

dem licencia imparciatur appodiandi super meniis civitatis existentibus retro et econtra domum ejusdem Petri; — visitetur locus.

Fuit creatus burgensis Lambertus Cusini, de Fargiis, chapellerius, parrochie Magdalenes, pro et mediantibus, — vacat quia allegavit ejus patrem esse burgensem et remictitur ad Martis proxime edocendum.

Fuerunt lecte lictere missorie parte tocius magne Lige confederatorum Alamanie d. sindicis directe; fuit facta responsio per dominum nostrum Gebenn. episcopum.

Pariter fuerunt lecte lictere per dominum Perrinum de Arlodo et n. Johannem de Fontana, ambassiatores ad ducalem celsitudinem destinatos.

Pater gardianus conventus Rippe narravit in carreria existente ante ecclesiam sui conventus esse plures mulieres lubricas, super quo petit pro honestate provideri; conferatur cum domino nostro Gebenn. episcopo. *(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Lambertus Aymonis de Fargiis, chapellerius, parrochie beate Marie nove, pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*Martis ix septembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — G. Ravonelli, B. Dorerii, G. Cavucini, G. de Quarro, Jo. de Lunes, A. Gervasii, P. Gachet, P. Braset, Girardo Rogeti, M. Lingocti.

Fuit positum in deliberacione de custode Insule, videlicet quis utilior videtur an Coqueti, an Jo. Naudini; et conclusum quod Coqueti perficiat annum prout incepit.

Supervenit Michael de Rippa qui conquestus fuit de injunctione facta ejus ancille, vocate Darboyse, que cum eodem moratur de consensu ejus viri et honeste vivit, ut dicit.

De nundinis habendis actenta morte regis Franchorum [1].

[1] La mort de Louis XI et l'avènement au trône de Charles VIII marquent le début d'une phase nouvelle dans l'histoire des foires de Genève : le Conseil espérait obtenir du nouveau roi l'annulation de l'Édit de 1462 par lequel Louis XI avait fixé les dates des foires de Lyon aux mêmes jours que celles de Genève, et interdit aux marchands se rendant en France de passer par la ville épiscopale; le Conseil ne réussit que partiellement (F. Borel, *op. cit.*, p. 21 et 44-45).



Mandatur receptori ut solvat sociis pro ludo baliste et archeriis collovrine || super burgensibus per eos reperiendis || xviij florenos.

Supervenit n. et potens Amedeus, dominus Ville, associatus nobili Anthonio Monitier, Annequino Copini et Glaudio Fardodi, qui exhibuit unam licteram parte ducali et aliam parte domini Montisjovis dicendo se habere in mandatis quod tradantur in consilio generali et ibidem legantur; — et conclusum quod ibi in consilio ordinario primo legantur, et, si expediens fuerit, ipsis visis, congregabitur consilium generale.

(31) *Eodem die post meridiem,* existentibus in Domo communi Gebenn. egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Malliardi, sindicis; — d. Johanne de Crosa, A. de Sancto Michaele, B. Dorerii, P. Gatilliardi, A. Millays, Jo. Gachet, A. Pecollat, P. Cortagerii, P. Porralis, Jo. Girodon, P. Flory, Jo. Calabri, R. Rosseti, Jo. de Poste, Glaudio Cadodi, Ja. Nepotis, Galliachio de Casate, Anthonio bonaterio, Petro Johanne Brivi, Glaudio Falqueti, Jo. Girardi, Petro Parrodi, Guillelmo Tissocti, Johanne Sallerii, Ny. Collognierii, Parvo Johanne illuminatore, Hugon. Ramelli, Michaele de Cabulo, Ja. Sechaudi, Henrico Folliosii, Perreto Chinuti, Guillelmo Vigecort, Johanne Chouzardi, Bernardo Meynoz, M. Lingocti, Jacobo Paqueti, Jacobo de Veruffis, Johanne Ruffi, Petro de Genesta, Johanne Parrodi.

Fuerunt lecte lictere in precedenti consilio exhibite et recitata verba portitorum earumdem, et quesitum quid fiendum pro utilitate civitatis; — et conclusum quod lictere defferantur domino nostro Gebenn. episcopo et quod conferatur cum dominis de capitulo an debea(n)t teneri consilium generale pro responsione fienda et si consulant quod teneatur, fiat; et si consulant e converso, fiat hic relacio.

*Jovis xj septembris,* existentibus in Domo communi Gebenn. egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — d. Jo. de Crosa, d. L. Botholierii, d. Jo. de Saxo, Henrico Emerici, Girardo Rogeti, Johanne de Fontana, Andrea de Douris, Glaudio Ravonelli, Guillelmo de Quarro, Petro Braseti, Petro Levrerii, Petro Gatilliardi, Angellino de Vellis, Guillelmo Boverii, Petro Porralis, Marqueto Toniaulx, Petro Magistri Petri seniore, Gusmando Serex, Guillelmo Fa-

bri, Glaudio Cavucini, Johanne de Lunes, Petro Gacheti, Andrea Gervasii, Jacobo de Veruffis, Glaudio de Castronovo, Anthonio Millaneys, Stephano de Furno, Janino Bornandi, Petro de Palude, Reymondo Lullini, Henrico de Nanto, Johanne Patri, Johanne Bernardi, Johanne Janini, Rolando Boysserii, Petro de Genesta, Petro Bidalis, Johanne Peytralis, Henrico de Fontaneis, Henrico Beatrisii, Petro de Palude, Perreto Chynuti, Johanne Fabri, Glaudio Arnaudi, Johanne Veluti, Guillelmo Friburgi, Jacobo Paqueti, Johanne Donzelli, Johanne Luppi.

Iterum fuerunt explicate lictere in duobus precedentibus consiliis exhibite et recitata verba per dominum Ville Magne illas tradendo prolata; et quesitum de responsione fienda, et consilio generali tenendo vel non; et de consensu omnium ibidem astancium, nemine discrepante, conclusum quod non congregetur consilium generale, actento quod portitor licterarum nullam habet licteram credencie ad hec instandum, et super responsione fienda expectetur adventus Guillelmi Faverii, cum responsione aliarum licterarum, ad ducalem celsitudinem missi.

De macellariis et carnibus vendendis commictitur n. Johanni de Fontana, Ste. Pecollat et Petro Levrerii ut apponant finem.

(32) *Martis xvj septembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — G. Roget, G. Ravonelli, P. Gachet, G. Cavucini, G. de Quarro, A. Gervasii, B. Dorerii, A. Regis.

*(Burgensis.)* — Lambertus Cusini, de Fargiis, chapellerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

De Petro Regis, macellario detento in Insula, absolvatur.

De muro Nycodi Arnaudi construendo inter ejus ortum et communia de Urte Bise, super quo fuit commissa visitacio certis lathomis et michi; et conclusum quod ante aliqualem relacionem fiendam fiat fides per eundem Nycodum de albergamento ejusdem orti.

De lictera rev. domino nostro Gebenn. episcopo et principi per dominum Pontis Vitrey missa communicando quod nisi fiat sibi justicia de insultu eidem facto illam de se accipiet.

De Petro de Sancto Michaele dicto Jorsin, qui fuit in insultu facto



in personam quondam domini nostri Gebenn. episcopi, capiatur, et fiat justicia.

De pedagio quod pretendit petere banderetus Nyviduni super bocetis vini quod adducitur ad hanc civitatem Gebenn. absque eo quod unquam fuerit visum; conferatur cum domino nostro Gebenn. episcopo et deinde rescribatur.

Fuerunt posita in deliberacione verba per Johannem Girodonis dicta, videlicet quod quidam mercator petebat uni ex burgensibus pecunias, et ille burgensis respondit non habere et tunc dictus Girodonis dixit detur sibi dilacionem duorum mensium et unius diei et tunc ipse et qui non habent pecunias habebunt et qui habent non habebunt; et conclusum quod petatur idem Girodonis et sciatur ab eo unde procedunt verba.

*Martis xxiij septembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: Jo. Polliuti, Ste. Pecollact, Jo. Maliardi, consindicis; — Girardo Rogeti, Andrea de Douris, Glaudio Ravonelli, G. de Quarro, G. Cavucini, Bezansono Dorerii, Guillelmo Fabri, Johanne de Lunes, Michaele Lingocti, Guillelmo Balleti, Andrea Gervasii, Petro Gacheti.

Fuit positum in deliberacione de rev. domino nostro Gebenn. episcopo et principe Johanne de Compesio qui dominico lapsa hora noturna hospite insalutato absentavit civitatem; — fiat vigil ad evictandum scandalla[1].

De clamore quod fit in civitate, hora suspecta, fiat crida ne quis incedat per civitatem hora suspectata absque candela.

N. Johannes de Fontana supervenit ac dixit quod n. Bonifacius de Sancto Michaele eidem petit xlij scuta que habet de pecuniis civitatis et que debebant spectabili d. Petro de Sancto Michaele, olim cancellario Sabaudie. Mandatur Johanni de Fontana ut solvat receptori civitatis.

N. Petrus de Lugerno(?) exhibuit licteram sibi factam de trecentum

[1] Sur les conditions dans lesquelles l'évêque Jean de Compeys, se sentant incapable de résister aux menées des commissaires ducaux, quitta Genève, voir Albert Rilliet, *Le billet d'adieu d'un évêque de Genève (1483),* dans M. D. G., t. XXII, p. 274-296; voir également Gabotto, *op. cit.*, t. II, p. 245.

et quinquaginta florenis sibi assignatis super domo que fuit Johannis Carrerii; et conclusum quod eidem serventur lictere.

(33) *Mercuri xxiiij septembris*, existentibus in Domo communi civium Gebenn. egregiis: Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — Girardo Rogeti, G. de Quarro, G. Cavucini, Michaele Lingocti, Johanne de Lunes, Petro Gachet.

Supervenit dictus Nixe, cavalcator ducalis, associatus nobili et potenti viro Amedeo de Greyllier, condomino Ville Magne, dicto Berthodi, scutiffero, egregio Jacobo Bisardi et Annequino Copini, requirens parte ducali sibi dari responsionem et causas, quare licteras ultimo parte ducali et illustrissimi domini Montisjovis huc destinatas in consilio generali non publicaverunt, prout prefatus dominus Ville illas tradendo fieri requisiit.

*Martis ultima septembris*, existentibus in consilio ordinario egregiis: Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — G. de Quarro, Andrea Regis, Michaele Lingocti, G. Cavucini, Johanne de Lunes, Andrea Gervasii, G. Ravonelli, Matheo Scarron, Petro Gachet, Girardo Rogeti.

Fuit positum in deliberacione quomodo n. Amedeus de Greyllier, condominus Ville et commissarius ducalis, et alii ejus consortes inhibuerunt rev. d. Philippo de Compesio, vicario Gebenn. ne quovismodo se intromicteret de justicia ministranda, et pariter castellano ne traderet domino nostro Gebenn. episcopo jura eidem competencia et similiter aliis officiariis episcopalibus absque eo quod docuerint de aliqua commissione, in enervacionem franchesiarum civitatis Gebenn.; fuit conclusum, prout heri in capitulo, quod mictatur ad ducalem celsitudinem cum instructionibus.

De fratribus Augustinis pontis Areris de quibus heri in capitulo mencio facta fuit, admictantur, prout fuit ordinatum in capitulo, dummodo non sint ultra sex, et quia predicaverunt pro hospitali deponant medietatem pecuniarum pro hospitali.

De pecuniis debitis per Anthonium Millaneys ad causam introgiorum bocetorum quas renuit expedire ex eo quod habet causam



contra unum ex monetariis qui renuit solvere introgium unius boceti vini; et conclusum quod receptor civitatis assumat onus prosequucionis cause et quod idem Millaneys solvat que debet.

(34) *Mercuri prima octobris*, existentibus in Domo communi Gebenn.: Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — Anthonio de Sancto Michaele, Henrico Emerici, Johanne de Fontana, Glaudio Cavucini, Matheo Scarron, Guillelmo Fabri, Michaele Lingocti, Johanne de Lunes, Marqueto Toniaudi, Humberto Monachi, Petro Magistri Petri seniore, Bartholomeo Chivanderii, Johanne de Fontana alias Colleti, Humberto Grossi, Petrequino Ciclat, Petro Johanne Brivi, Glaudio Ravonelli, Jacobo de Veruffis, Anthonio Pecollat, Roleto Rosseti, Johanne Albi, Johanne Lombardi, Johanne Boconis, Hugon. Bocardi, Nycolino Ginodi, Girardo Rogeti, Petro Porralis, Stephano de Putheo, Hugon. Frecheti, Petro Mermodi, Nycolao Bellocti, Aymone Bocheti, Galeas de Casate, Roleto Marchiandi, Petro Gacheti, Johanne Ducis, Henrico Folliosii, Michaele de Cabulo, Andrea Gervasii, Janino de Mara, Johanne de Boulo, Johanne Challe, Petro Tornerii, Johanne Luppi, Benedicto Malieti, Johanne Dorerii, Johanne Bernardi, Guillelmo Joly, Anthonio Millaneys, Petro Parrodi, Philiberto Robini, Ja. Sechaudi, Petro Chabodi, Colino Chicandi, Jacobo Paniocti, Guillelmo de Quarro, Glaudio Pensabini et pluribus aliis civibus et burgensibus Gebenn.

Fuerunt posita in deliberacione gesta per n. Amedeum de Greyllier, dominum Ville, et alios commissarios ducales qui domum episcopalem Gebenn., ex commissione parte ducalis celsitudinis sibi facta, intraverunt et eos quos ibi reperierunt detinuerunt, presertim Marquetum Toniaudi, aurifabrum, equosque in eadem domo existentes ceperunt, associati dicto Nixe, heraldo ducali, defferenti coctam armorum ducalium; et conclusum quod requiratur prefatos d. commissarios ut relaxent detentos et restituant bona ablata, si que sint, et custodiantur porte civitatis ad obviandum scandallis.

Paulo post in domo episcopali predictus dominus Ville, dominus Bellimontis et dictus Gambe, informati de tenore franchesiarum civitatis Gebenn. quas se offerunt observare, dictum Marquetum Toniaudi in eadem domo episcopali, ut prefertur, repertum et

detentum remiserunt honorabilibus viris Stephano Pecollacti et Johanni Maliardi, consindicis civitatis Gebenn., sub condicione quod de eo ministrent justiciam ubi in aliquo delinquisse reperietur et quem dicti consindici habere confessi fuerunt, in stupha domus episcopalis, presentibus nobili Anthonio Monitier et Annequino Copini.

*Veneris tercia octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — G. de Quarro, Jo. de Lunes, Bezansono Dorerii, P. Gacheti, G. Cavucini, Jo. de Fontana locumtenenti d. vicedompni, G. de Crosa, curiali ejusdem, Guillelmo Balleti.

Rev. pater frater Audinetus || Bonefoy || Bonacor, sacre theologie professor, provincialis provincie Narbone et Burgundie ordinis fratrum herimitarum sancti Augustini, realiter tradidit in manibus Hugon. de Ponte, receptori[s] civitatis, et ad opus hospitalis noviter constructi, de et pro questa per eos nomine ejusdem hospitalis facta, florenos c.

N. et potens Amedeus de Greyllier, condominus Ville, et alii commissarii ducales deputati ad regendum episcopatum Gebenn., supervenerunt et narraverunt quomodo heri, hora octava de nocte, fuit facta certa congregacio quorumdam aurifabrorum et aliorum habitatorum Gebenn., qui eundem dominum Ville percusserunt et Guillelmum de Grenando, ex servitoribus eorumdem commissariorum, morti dederunt, que premissa pretendunt fuisse facta contra eosdem. Qua de re pecierunt sumi veridicas informaciones, protestando de dampnis et interesse ducalis Sabaudie celsitudinis; predictus vero Guillelmus de Crosa, curialis vicedompnatus, dixit sumpsisse hodie informaciones, ex quibus non constat ea fuisse facta contra eosdem commissarios sed ex malivolencia particulari inter eosdem aurifabros et certos alios habitatores Gebenn. existente.

(35) *Martis vij octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — Jo. de Fontana, d. Francisco de Viriaco jurisperito, Girardo Roget, G. Ravonelli, G. de Quarro, G. Fabri, Michaele Lingocti, B. Dorerii, G. Cavucini, P. Gachet, B. de Sancto Michaele.



Fuit lecta lictera parte ducali communitati Gebenn. missa continens quod obvietur ne cessus in civitate apponatur; fiat obviacio possibilis.

Fuit positum in deliberacione an vel ne Petrus Cortagerii et Jacobus Nepotis, detenti in castro Insule ad causam insultus 2ª octobris de nocte in hac civitate facti, de cujus promocione inculpantur; compleantur informaciones et, completis, videatur quid juris, et si fieri possit, amicabiliter pacificentur.

*(Consiliarii.)* — Egregius legum doctor dominus Franciscus de Veyriaco et vir discretus Petrus Porralis, notarius, fuerunt admissi in consiliarios, qui juraverunt fidelia consilia prebere et secreta secrete tenere.

Supervenerunt Johannes Albi, Anthonius Pecollat, Johannes Gachet, Petrus Falqueti, Glaudius Pensabini et plures alii carrerie Pessonerie qui requisierunt predictos P. Cortagerii et Ja. Nepotis, si non reperiantur culpabiles, a carceribus relaxari. Fiat ut supra.

*Veneris x octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, consindicis; — d. F. de Veyriaco, Andrea de Douris, Michaele Lingocti, Glaudio Cavucini, Bezansono Dorerii, Petro Gacheti, Andrea Gervasii, Guillelmo Ballet, Jacobo de Muro, Amedeo Oboli, Stephano Boni Johannis, Glaudio Falqueti, Johanne Calabri, Petro Mermodi, Johanne Berterati, Hugon. Boconis, Glaudio Cadodi, Petro Rambosson, Anthonio Pecollat, Johanne de Lunes, Petro Porralis, Henrico Fabri, Petro Falqueti, Petro Palu, Johanne Luppi, Hugon. de Boulo, Petro Johanne Brivi, Glaudio Regnardi, Johanne Charnavelli, Reymondo Lullini, Petro de Genesta, Bartholomeo Chivanderii, Jaquemeto Boverii, Nycodo de Nanto, Johanne Roberti, Petremando de Malodumo, Clasquino de Castro, n. Johanne de Fontana, Andrea Guacti, Guillelmo Fabri, Guillelmo de Crosa, d. Ludovico Botholierii, Guillelmo de Quarro, Georgio Ginodi, Johanne Martini, Stephano de Putheo, Colino Chicandi, Anso Hugonis, Johanne Bellessert, Jaquemino ferraterio dicto Bel, Valterio Ruphi.

Fuit lecta lictera per dominum Vuarambonis missa super recuperacione nundinarum; conferatur cum dominis de capitulo.

De pecuniis per Bonifacium de Sancto Michaele petitis, differatur solvere eidem Bonifacio propter indigenciam civitatis et solvat n. Jo-

hannes de Fontana que debet in manibus receptoris, et prefati consindici promictunt eumdem servare indempnem erga dictum Bonifacium.

De differenciis existentibus inter socios civitatis Gebenn., datur potestas sindicis eligendi arbitros pro concordio fiendo et compellantur rebelles.

Ibidem prefati consindici requisierunt n. Joh. de Fontana ut exequatur cridas quantum in eo inest, et ipsi se offerunt eum fortem facere et de nocte pariter facere quod debebunt.

(36) *Dominico xij octobris,* existentibus in Domo communi nobilibus ac egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — n. Amedeo de Gingino, n. Amedeo Berthodi, d. Francisco de Veyriaco, d. Ludovico Botholierii, Guillelmo de Quarro, G. Cavucini, Petro Porralis, Janino de Mara, Jo. de Lunes, Bezansono Dorerii, Guillelmo Rogeti, Johanne Balli, Petro Gachet, Hugon. de Boulo, d. Johanne de Saxo, Andrea de Douris, Guillelmo Balleti, Hugon. Boconis, Nycodo de Nanto, Stephano de Putheo.

Pro sedanda differencia existente inter socios civitatis Gebenn. et scandallis in futurum evictandis, conclusum extitit quod abbacia et imperatoria inter eos cepte ex nunc in antea cassentur et aboleantur.

Johannes Girodonis, Johannes Buffleti et Johannes Magnini super differenciis existentibus inter eos et alios socios civitatis Gebenn. stare ordinacioni prefatorum sindicorum et n. Amedei de Gingino.

Prefati nobiles Amedeus de Gingino et Amedeus Berthodi consencierunt, ymo eciam requisierunt quod si aliquis eciam de servitoribus suis in aliquo delinqueret et inobediens esset, de eis fiat justicia, paratos se offerendo prefatis d. sindicis pro justicia ministranda assistere ne scandella eveniant.

*Martis xiiij octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — A. de Douris, G. Ravonelli, G. de Quarro, B. Dorerii, Jo. de Lunes, G. Cavucini, Petro Porralis, Andrea Gervasii.

Fuit expositum quod rev. d. Philippus de Compesio, vicarius generalis episcopatus Gebenn., dedit commissionem dicto Gambe et michi Anthonio Lyonardi simul, qui tamen Gambe solus et insolidum ad



hujusmodi commissionem procedere actemptavit; fiat diligencia pro conservacione franchesiarum.

Ibidem fuit relatum scripsisse ducali celsitudini super recuperacione nundinarum et pariter rev. d. Andrea de Malvenda pro solicitando ubi expediens fuerit; G. de Quarro non consentit alicui super hiis scribi debere absque deliberacione generalis consilii.

Item an debeat pro dictis nundinis recuperandis rescribi domino Montisjovis; fuit conclusum quod egregius Andreas de Douris defferat licteram credencie [1].

*(Burgensis.)* — Robertus Ginicandi, de Arares, parrochie de Compesieres, habitator parrochie Sancti Germani, condurerius, fuit creatus burgensis et constitutus vigil pro et mediantibus florenis vij, plastrono j. — *(Levatum est.)*

(37) *Eodem die* existentibus in Domo communi Gebenn. : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — n. Francisco de Montefacone, n. Petro Boyssardi de Monte Dragone, n. Amedeo Berthodi, n. Georgio de Anthiochia, n. Jacobo Bisardi, n. Johanne Anthonio Gambe; — Guillelmo de Crosa, Petro Braseti, Guillelmo de Quarro, Michaele Lingocti, Johanne de Lunes, Glaudio Cavucini, Johanne Ruphi, Jacobo Paqueti, Petro Magistri Petri, n. Amedeo de Gingino, Petro Mermodi, Johanne Luppi, Guillelmo Balleti, Anthonio Millaneis, Anthonio Pecollat, Jacobo Lingocti, Francisco de Fogia, Johanne de Tulia, Petro Porralis, Hugon. de Ponte.

Nullus ignorare debet cridas in hac civitate Gebenn. pro scandallis evictandis factas quod nullus auderet portare arma offensibilia sub pena in eisdem cridis comprehensa, neominus, ut fertur, hodie Johannes Magnini, Johannes Girodonis, Johannes Buffleti et certi alii, in spretum cridarum, alabardas, enses et alia arma per civitatem die noctuque de-

[1] La réponse du prieur de Montjou est conservée aux Arch. d'Etat (P. H. 730); il n'en n'est pas fait mention dans les procès-verbaux du Conseil; à la demande relative au recouvrement des foires, François de Savoie répond aux Genevois ce qui suit : « Monstrez-vous nos amis et vous portez par « façon qu'ayons cause de nous contenter en favorisant nos affaires, et vous « cognoistrez... le vouloir que nous avons et le bien que par le moyen de « ceulx de la maison dont nous sommes partiz vous pourra advenir. » Ce passage indique clairement comment le futur évêque de Genève cherchait à rallier des partisans à sa candidature.

tulerunt, nobilemque Johannem de Fontana, locumtenentem magnifici d. vicedompni Gebenn. pugnire volendo inobedientes vulneraverunt; quo facto, Johannes Buffleti, ut fertur, unus ex inobedientibus et qui per prius minas dicto locumtenenti intulerat, se retraxit in domo episcopali, et pro justicia de eo ministranda Ste. Pecollat et Johannes Polliuti, consindici, associati certis eorum burgensibus, requisierunt per prefatum n. Amedeum de Gingino et dictum Gambe sibi remicti, qua requisicione facta, prenominati omnes se congregaverunt in hac domo in qua conquestus fuit dictus Gambe de Johanne Luppi, qui domum episcopalem intravit cum sindicis; dicti vero sindici responderunt quod sunt servitores ducalis celsitudinis et eidem se offerunt servire et obedire in licitis.

Supervenit prefatus n. Johannes de Fontana notifficans se habere in castro Insule Johannem Magnini et Johannem Girodonis qui eundem, uti locumtenentem magnifici d. vicedompni Gebenn., in manu vulneraverunt, requirendo de eis justiciam ministrari et de hiis licteras testimoniales sibi fieri.

*Jovis xvj octobris,* existentibus in Domo communi civitatis Gebenn. egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — A. de Sancto Michaele, Henrico Emerici, Glaudio Ravonelli, Guillelmo Fabri, Guillelmo de Quarro, G. Cavucini, Petro Porralis, d. Francisco de Veyriaco, Johanne de Lunes, Bezansono Dorerii, A. Gervasii.

Expositum et narratum extitit quod n. Amedeus de Gingino, Johannes Anthonius Gambe, commissarii parte ducali deputati ad reducendum episcopatum Gebenn. ad manus ducalis celsitudinis, hodie in ponte Areris et aliis locis, voce cride, prohibuerunt victualia vehi ad hanc civitatem Gebenn., pretendentes civitatem sibi in commissis fuisse inobedientem, que tamen eis in omnibus licitis paruit juxta mandata ducalia, et conclusum quod fiant processiones ix diebus continuis, fundendo preces Deo omnipotenti, beate Marie Virgini, beato Petro ut nos protegant in adversitatibus et quod mictatur ambassiata cum informacionibus sumptis ad ducalem celsitudinem, consilio tamen et consensu habito a venerabili capitulo Gebenn.



(38) *Dominico xix octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis viris : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — G. de Quarro, G. Fabri, Bezansono Dorerii, Johanne de Lunes, G. Cavucini, P. Gachet, H. de Ponte.

Fuerunt lecte minute licterarum mictendarum ducali celsitudini, d. preposito Montisjovis, d. comiti Gebenn., cum instrussionibus factis d. Johanni Regis, jurisperito, et Ste. Pecollacti, consindico, ambassiatoribus.

Mandatur receptori ut tradat dicto Stephano Pecollat, conambassiatori, || xxxviij scuta || videlicet xxxij scuta.

*Martis xxj octobris,* existentibus in consilio ordinario : Jo. Polliuti, Jo. Maliardi, G. de Vaudo, consindicis; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Jo. de Lunes, G. Cavucini, B. Dorerii, P. Gachet, P. Braset.

Mandatur receptori ut solvat Jacobo de Muro, causa vendicionis unius equi beardi empti pro Ste. Pecollat, consindico, misso heri in ambassiata ad ducalem celsitudinem Sabaudie et dominum Montisjovis ad eo quod commissarii ducales prohibuerunt victualia hic afferre, xxxiiij florenos.

Fuit positum in deliberacio[ne] quod ducales commissarii, qui prohibuerunt hic afferre victualia, et Sabbatis preterita suspenderunt hujusmodi prohibiciones per xij dies et petunt pro expensis per eos factis ij$^{c}$ scuta; et conclusum quod bonis verbis interteneantur donec habita relacione ab ambassiatoribus.

Non permictantur dicti ducales commissarii procedere ad aliquam informacionem sumendam, sed illam sumant officiarii civitatis Gebenn., et si alter ipsorum velit esse presens cum officiariis, admictatur dummodo non se intromictant interrogare nec scribere et quod informaciones non portentur extra civitatem.

Si opus fuerit porrigatur supplicacionem consilio Chamberiaci residenti super premissis prohibicionibus, et eligitur Johannes Maliardi, consindicus, pro eundo Chamberiacum.

(39) *Jovis xxiij octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Maliardi, Jo. Polliuti, G. de Vaudo, consindicis; — d. Johanne Ludovici, d. Francisco de Viriaco, d. L. Botholierii, G. Ravonelli, P.

Braset, Henrico Emerici, G. de Quarro, G. Cavucini, P. Porralis, G. Ballet, d. Jo. de Saxo, G. Fabri, B. Dorerii.

Fuit lecta lictera parte ducali tramissa et per n. et potentem Amedeum de Greylier, condominum Ville, tradita, quam peciit legi in consilio generali, et pariter alia(m) lictera(m) per illustrem Philippum de Sabaudia dominis sindicis directa(m), que tamen lictere non sunt sigillate prout sigillari consueverunt, et positum in deliberacione quid fiendum; et conclusum quod legantur in consilio generali, prius consulto domino vicario.

*Veneris xxiiij*ta *octobris,* existentibus in consilio generali, in claustro ecclesie cathedralis Gebenn. ad sonum campane congregato, honorabilibus et egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, consindicis; — d. Jo. de Saxo, doctore, d. Francisco de Veyriaco, d. Johanne Loys, d. L. Botholierii, Petro Versonay, Petro Porralis, Glaudio Cavucini, Petro Magistri Petri seniore, Henrico Emerici, Jo. de Bauleduc, Guillelmo de Quarro, Michaele de Cabulo, Henrico Folliosii, Jaquemeto Rogoz, Johanne de Lompnis, Nantermeto Tissocti, Petro de Orseriis, Annequino Prepositi, Stephano Folliosii, Petro Braseti, Anthonio Pecollat, Johanne Novelli, Henrico de Fontaneis, Clasquino de Castro, Anthonio de Ulteriis, Jaquemino Belli, Hugonino de Ponte, Stephano Boni Johannis, Petro de Palude, Aymone de Cresto, Ludovico de Pontisio, Anthonio Bullifroz, Johanne Ruffi, Nycodo de Nanto, Guillelmo Fabri, Glaudio Ravonelli, Bezansono Dorerii, Johanne Balli, Henrico Fabri, Janino Bornandi, Petro Ballieti, Reymondo Lullini, Glaudio de Domo, Petro Bidialis, Hugoneto de Maliis, Petro Johanne Bruni, Johanne de Molia, Jacobo Chautens, Johanne Bernardi, Henrico Pelardi, Guichardo Philippi, Bonifacio de Sancto Michaele, Francisco Clerici, Petro Tornerii, Jacobo Sechaudi, Petro Cortagerii, Petro de Saxo, Stephano Bechodi, Nycolao Grasseti, Hugon. Bocardi, Hugon. Artaudi, Henrico Gauterii, Perreto Chinuti, Georgio Ginodi, Francisco Mallieti, Johanne Ginodi, Johanne de Roye, Michaele Borgesii serralione, Girardo Veluti, Johanne Gauterii, Guillelmo Rogeti, Jacobo Paqueti, Johanne Borgesii, Petro Flory, Petro Mermodi, Amedeo Oboli, Aymone Bochet, Petro Regis, Johanne Ponceti, Annequino Copini, Johanne Brassardi, Petro Navis, Anthonio Bellieti, Johanne Luppi, Glaudio Grimandi, Glaudio Cadodi, Hugon. de Fontana, Sebastiano Freperii, Johanne de Prato, Jaquemeto patisserio, Michaele patisserio, Johanne Bracoz, Andrea Guacti, Guillelmo Balleti, Jacobo Nepotis, Guillelmo Balleti, Petro de Monte, Petro Tronchonaz, Nycolao erubiquiatore, Petro Sabaudie, Glaudio Taconis, Johanne Taconis, Roleto Marchiandi, Johanne Berterat, Anthonio Pacocti, Johanne de Soex, Johanne Albi, Lionardo du Duc, Hugon. de Nanto, Glaudio Balli, Guillelmo Gesson, Johanne Monet, Johanne Perrodi, Petro Bidalis, Johanne Martini, Bernardo Restignini, Andrea Viennesii, Glaudio Faqueti, Francisco Petri et pluribus aliis.



Fuerunt lecte lictere missorie in precedenti consilio mencionate, et ulterius n. et potens Amedeus, dominus Ville, exposuit suam licteram credencie, et fuit conclusum quod civita(ta)s prebeat favores possibiles illustri et rev. domino Montisjovis et suis servitoribus.

(40) *Martis xxviij octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, consindicis; — d. Francisco de Veyriaco, Glaudio Ravonelli, Petro Braseti, Guillelmo de Quarro, Johanne de Lunes, Glaudio Cavucini, Bezansono Dorerii, Petro Porralis, Petro Gacheti.

*(Admodiacio alarum.)* — || Prefati d. consindici, de consilio quorum supra, admodiant Petro Balli, presenti, jura alarum hujus civitatis Gebenn. civitati pertinencia, spacio unius anni hodie incohandi et simili die finiendi, sub firma ducentum et quadraginta quinque florenorum cum turture solito, quam firmam idem Petrus, velut principalis et ejus precibus Bezansonus Dorerii, velut fidejussor, et quilibet ipsorum insolidum solvere promictunt terminis assuetis. || — Cancellatum est de voluntate parcium quia satisfecit [1].

Mandatur receptori ut solvat Johanni Maliardi, in deductionem majoris summe in qua civitas eidem tenetur causa mutui, florenos ijc xlv. Hii ijc xlv floreni includuntur in mandato die xj novembris hujus anni sibi facto de summa iijc lxxxxij florenorum et x grossorum.

*(Lictere testimoniales.)* — Pro pace fienda inter subnominatos, appunc-

[1] Ces derniers mots ont été rajoutés après coup.

tuatum extitit quod evocentur in ecclesia Fratrum Minorum hujus civitatis Gebenn., coram d. sindicis pacem tractantibus, ad horam meridianam hujus diei, videlicet Petrus Balli, Johannes de Soex, Petrus Tornerii, Jacobus Sechaudi, Michael de Cabulo, Henricus Follioz et Glaudius Tacon, ex una parte, et Jacobus Nepotis aurifaber, dictus Panyot aurifaber, Johannes de Lione aurifaber, Jacobus Robini et Petrus Cortagerii. Qui, licet petiti et assignati per Reymondum Coste, vigillem, ut retulit, minime comparuerunt, licet fuerint expectati per egregios Johannem Polliuti, Girardum de Vaudo, consindicos, Petrum Braseti et Guillelmum de Quarro ab hora meridiana usque ad unam horam post meridiem, qui eorum contumaciam accusaverunt et licteras testimoniales pecierunt quas eisdem concessi.

*Mercuri xxix octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Girardo de Vaudo, Jo. Maliardi, consindicis; — P. Braseti, Francisco de Vaudo, Guillelmo de Quarro.

*(Juramentum locumtenentis d. vicedompni.)* — Ibidem n. Mermetus de Mandalla, velut procurator magnifici d. Amedei de Viriaco, domini de Rotulo, vicedompni Gebenn., constante instrumento recepto per egregium Guillelmum Detro Recaso die xvij decembris anno preterito, vigore potestatis sibi in dicto instrumento actribute, fecit et constituit locumtenentem ipsius d. vicedompni Gebenn. discretum virum Guillelmum de Quarro, civem Gebenn., presentem et acceptantem, quem presentavit d. sindicis et qui juravit franchesias servare.

(41) *Jovis penultima octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, Jo. Maliardi; — Glaudio Ravonelli, Johanne de Lompnis, Petro Gachet.

*(Contra Jo. de Plathea.)* — Supervenit Hans Milot, de Lucerna, Alamanus, qui conquestus fuit de Johanne de Plathea, cive Gebenn., qui sibi tenetur in certis expensis per eundem Hans in domo dicti Chachemallie factis, expectando solucionem sui principalis debiti, requirendo sibi justiciam ministrari et responsionem sibi dari. Petatur Johannes de Plathea pro appunctuamento fiendo.

Fuerunt recepte lictere per ducalem celsitudinem, d. comitem Gebenn., ac egregium Andream de Douris misse et lecte.



*Martis iiij^ta novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Jo. Maliardi, consindicis; — Jo. de Lunes, A. Gervasii.

*(Admodiacio.)* — Datur licencia Johanni Vulliet, alias Panisset, extrahendi lapides in aqua Areris a parte Lanciaci spacio unius anni pro et mediantibus triginta grossis quos solvere promictit in manibus receptoris hinc ad proximum festum Epiphanie Domini, floreni ij, grossi vj.

*Sabbati viij novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, sindicis; — A. de Sancto Michaele, G. Fabri, d. Jo. Regis, G. de Quarro, P. Braset, G. de Crosa, G. Ravonelli, Jo. de Lunes, A. Gervasii.

Fuerunt lictere patentes per d. Jo. Regis et Jo. Pecollat heri a celsitudine ducali apportate super suspensione prohibicionis vitualium [1], et lictera missiva ejusdem ac d. A. de Malvenda, officialis Gebenn.

*(Martis.)* — Jo. Maliardi exhibuit unum rotulum de pecuniis per eum civitati concessis, jurans tantum exbulsasse, requirens sibi satisfieri; remictitur ad Martis.

*Martis x [xj] novembris.*

*(Admodiacio.)* — || D. sindici admodiaverunt Petro Magistri Petri seniori et Johanni de Tulia introgium bossetarum anni presentis sub firma quinque centum florenorum quos solvere promictunt terminis assuetis et cavent per Johannem de Lompnis, presentibus Ja. Nerga, Francisco Malieti, Petro Cortagerii et pluribus aliis. — *(Registratum est ad plenum.)* ||

(42) *Martis xj novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis; — G. Ravonelli, P. Braseti, G. de Quarro, Jo. de Lunes, B. Dorerii, G. Cavucini, P. Porralis.

Mandatum extitit admodiatario introgiorum bossetarum civitatis Gebenn., insequendo ordinacionem alias in consilio ordinario factam, ut solvat honorabili viro Johanni Maliardi parcellas in rotulo per eum

[1] Arch. d'Etat, P. H., n° 729; ces lettres ont été publiées par Mallet, *op. cit.*, p. 236.

exhibito et jurato ac ascendenti ad iij$^{c}$ lxxxxij florenos, x grossos. — *(Expidivi mandatum.)*

Mandatur receptori ut solvat Johanni de Lunes et Petro Gacheti pro refectione pontis Molaris quantitates in rotulo per dictum Johannem exhibito et jurato ascendenti ad xiij florenos, vj grossos, ix denarios. — *(Expedivi mandatum.)*

Mandatur receptori solvat Bezansono Dorerii pro locagio sui equi xix dierum locati Ste. Pecollat pro suo servitore, qui cum eodem fuit in Pedemoncio in ambassiata, iiij florenos, ix grossos. — *(Expeditum est.)*

Mandatur receptori ut solvat egregio d. Johanni Regis pro labore per eum habito in ambassiata facta ad ducalem celsitudinem Sabaudie, ultra xvj florenos eidem libratos per Stephanum Pecollat, consindicum, qui cum eo fuit in dicta ambassiata, xij florenos.

*(Vendicio equi.)* — Ibidem prefati consindici et consules vendiderunt Stephano Pecollat, consindico, equum pridem per eos emptum a Jacobo de Muro precio xxviij florenorum, de quibus computare tenebitur.

Mandatur receptori ut solvat Ste. Pecollat, causa in rotulo, x florenos, xj grossos, vj denarios. — *(Expedivi mandatum.)*

Item fuit ordinatum quod de xxv florenis per d. presidentem et suos servitores in domo Johannis Bonilucri factis quod communitas solvat medietatem et d. vicarius aliam medietatem et ita mandatur receptori ut solvat xij florenos, vj grossos. — *(Expedivi mandatum.)*

*Dominico xvj novembris,* existentibus in consilio generali ad sonum grosse campane et voce cride more solito egregiis : Girardo de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis; — d. Anthonio de Villiaco, d. Andrea de Croseto, d. Johanne Regis, Glaudio Ravonelli, Glaudio Cavucini, Guillelmo de Quarro, Petro Porralis, Janino de Mara, Johanne de Crosa, Johanne de Lompnis, Anthonio Millaneys, Nycodo Colognierii, Glaudio Chabodi, Jacobo Paqueti, Bezansono Dorerii, Johanne Balli, Anthonio Cortagerii, Janino Bornandi, Petro Francisci, Johanne Challes, Roleto Marchiandi, Petro Montagnierii, Stephano Boni Johannis, Glaudio Jordani, Francisco Patry, Aymone de Cresto, Francisco de Foresta, Clasquino de Castro, Petro Levrerii, Jaquemeto Calabri, Johanne de Soex, Roleto Nycolay, Johanne Peytralis, Stephano de Furno, Johanne



de Tulia, Annequino Prepositi, Johanne de la Roye, Michaele de Cabulo, Hugoneto Boconis, Petro Frochet et pluribus aliis.

Fuit expositum quod Jaquemetus de Ponte in suo ultimo testamento legavit communitati cridam hujus civitatis Gebenn. et signaturas mensurarum sub ea condicione quod omnes hac die in consilio congregati, pro remedio anime sue et quorum habet intencionem, dicere debeant unum Pater noster et totidem Ave Maria; quod et factum fuit per omnes ibidem astantes flexis genibus.

*(Venda vini.)* — Deinde, de communi consilio et assensu ibidem astancium, venda vini anni presenti[s] gitata extitit ad quatuor solidos monete pro singulo sextario vini ad mensuram Gebenn.

Item et ordinatum, et inde inhibitum sub pena confiscacionis vini, quod nullus presumet vendere quarteronum vini patrie ultra quatuor denarios et de Somonte ultra sex denarios pro singulo quarterono vini.

Item fuerunt recitate per Ste. Pecollat et d. Johannem Regis gesta per eos in ambassiata erga ducalem celsitudinem Sabaudie factam, prout in precedentibus ordinariis consiliis dicta fuerunt.

(43) *Martis xviij novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, consindicis; — G. de Quarro, G. Cavucini, Jo. de Lunes, Petro Porralis, Andrea Gervasii, G. Ravonelli.

*(De macellariis.)* — Supervenerunt Johannes Debit et Johannes Bocardi, macellarii, querelam facientes de macellariis extraneis qui vendunt carnes in hac civitate Gebenn., in ipsorum grande prejudicium; quibus responsum fuit quod cavetur in trigesimo capitulo franchesiarum quod macellarii extranei vendere possunt die mercati et prima die nundinarum, et ulterius quod fuit ordinatum in consilio episcopali quod dare deberent libram mutonis pro v denariis, et bovis pro tribus denariis omni tempore, quod tamen non observaverunt, sed vendiderunt libram mutonis sex denariis, et bovis quatuor cum obolo; et inde conclusum quod conferatur cum aliis macellariis quo precio vendere possunt omni tempore et inde refferant.

*(Crida.)* — Fiat crida(t), insequendo ordinacionem in consilio generali factam, quod nullus presumat vendere vinum de Choutagnia quarteronum videlicet ultra ix denarios, vinum de Semina et Somonte vj

denarios et vinum de patria iiij denarios, et sub pena trium solidorum et confiscacionis vini.

Locetur domus n. Ludovici de Camprumy pro leva super eadem domo facta recuperanda, prout alias in consilio ordinario idem Ludovicus consenciit.

*Mercuri xix novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis ; — G. Cavucini, G. Fabri, G. de Retro, P. Porralis, Andrea Gervasii, Ja. Paqueti, Galiaschio de Casate, Perreto Chinuti, Petro de Versonay, Petro de Genesta, Hugon. Boconis, Henrico de Nanto, Petro Charnavelli, Johanne Debit, Glaudio Regnaudi, Guillelmo de Quarro, Guillelmo de Crosa, Johanne Veluti, Petro Mermodi, Ste. de Putheo, Johanne Challes.

Fuit lecta lictera credencie parte domini Breyssie missa super recuperacione nundinarum et exposita credencia, et iterum publicate lictere ultimo parte ducali super hujusmodi materia misse.

Et fuit conclusum quod mictatur lictera cum graciarum actione domino du Saix in dictis licteris credencie nominato, et ulterius quod mictatur cum ambassiata ducali unus homo cum duobus equis, et eligitur Ste. Pecollat.

(44) *Martis xxv novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis ; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Johanne de Lunes, Andrea Gervasii, P. Gachet, d. Francisco de Veyriaco, G. Cavucini, Petro Porralis, P. Braset, d. Jo. Regis.

Fuit lecta lictera per nobilem et potentem virum Jacobum de Challant missa.

*(Burgensis.)* — Item fuit creatus burgensis Petrus Perchey, de Vigilly in Dalphinatu, macellarius, parrochie Sancti Germani Gebenn., pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Item et Glaudius Reffeyti, de Sancto Eugendo, borserius, parrochie Sancte Crucis, pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Item et Johannes Roseti, de Clarofonte in Semina, parrochie beate Marie Magdalenes, barbitonsor, pro et mediantibus vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*



Et supervenit egregius Petrus Levrerii, procurator n. Johannis de Fontana, qui peciit sibi justiciam ministrari ; et conclusum quod die crastina assignetur in Domo Ville processurum in causa prout justicia suadebit.

*Veneris xxviij novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis ; — G. Ravonelli, G. Cavucini, Guillelmo Fabri, Andrea Guacti, Johanne de Lompnis, Johanne Luppi, Anthonio Turci, Clasquino de Castro, Petro Exertonis, Guillelmo Balleti, Johanne de Tulia, Petro Magistri Petri seniore, Petremando de Malodumo.

Fuit lecta lictera per d. Andream de Malvenda, et pariter alia lictera per egregium Andream de Douris missa, advertentes communitatem de mictendo sollicitatorem cum ambassiata ducali pergente ad Franchorum regem pro nundenis recuperandis ; et conclusum quod vocetur major numerus civium et burgensium pro conclusione fienda.

(45) *Martis 2ª decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, consindicis ; — Glaudio Ravonelli, Glaudio Cavucini, Guillelmo de Crosa, Michaele Lingocti, Johanne de Lompnis, Bezansono Dorerii, P. Gachet, P. de Versonay, Andrea Guacti, Petro Porralis, Andrea Gervasii, Petro Cortagerii, Guillelmo Richardeti, Johanne de Tulia, Guillelmo de Quarro, Guillelmo Curti, Henrico de Ulmo, Petro de Palude, Petro Levrerii, Hugon. Boconis, Galiachio de Casate, Glaudio Falqueti, Ludovico Magnini, Henrico de Fontaneis, Symone de Rippa, Glaudio de Castronovo, Petro Exertonis, Johanne Luppi, Anthonio Pecollat, Guillelmo Fabri, Janino de Mara, Laurencio Neyrodi, Johanne Calabri, Henrico Folliosii, Guillelmo Vigecort, Hudriodo Ferrandi, Glaudio Cadodi, Jacobo Rubini, Hugon. de Rage, Petro Quileti, Anthonio Pacocti, Petro Braseti, Bernardo Meynoz, Ludovico Pertemps, Anthonio Turci, Johanne Albi, Petro Parfontane, Henrico Fabri, Janino Bornandi, Jacobo Nepotis, Petro de Genesta, Glaudio Taconis, Guillelmo Balleti, Anthonio Vuaremberti, Petro Rosieres, Aymone Probi, Petro Johanne Bruni, Johanne Tallianderii, Henrico Belleboche, Fortino Forcadaz, Ansermeto Bernardi, Johanne de Bello Exerto.

Iterum fuerunt lecte lictere parte ducali, domini Breyssie, d. cantoris Gebenn. et egregii Andree de Douris, super facto restitucionis nundinarum; et positum in deliberacione an debeat micti ad Franchorum regem cum ambassiata ducali, et qui micti debeant, et de pecuniis habendis; et conclusum quod mictantur P. de Versonay et Hugon. de Boulo, quibus tradantur quinquaginta scuta, et datur licencia d. sindicis mutuo accipiendi pecunias et mandata faciendi.

*Veneris v^ta decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, consindicis; — d. F. de Veyriaco, G. de Quarro, G. Ravonelli, G. Cavucini, P. Braset, P. Gachet, Petro Porralis, Petro Cortagerii, P. de Versonay, A. de Orseriis, Andrea Guacti, Benedicto Malliet, P. de Saxo, P. Levrerii, P. Mermodi, Ja. de Muro, Clasquino de Castro, Cugnardo Artodi, Ludovico Pertemps, d. Jo. de Saxo, Petremando de Malodumo, Glaudio de Castro novo, Glaudio Falqueti, Petro Falqueti, Guillelmo Balleti, Glaudio de Villario.

Iterum fuit positum in deliberacione de mictendo cum ambassiata ducali pro nundinis recuperandis et pecuniis habendis; conferatur cum d. vicario et dominis de capitulo.

(46) *Martis ix decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, consindicis; — G. Cavucini, M. Lingocti, Bezansono Dorerii, P. Gachet, P. de Versonay, A. de Orseriis, G. Ballet, G. Ravonelli, G. de Quarro, P. Porralis.

Mandatur receptori solvat Johanni de Mallens pro salario sue grangie pro recolligendo infectos morbo epidimie locate, et pro termino festi beati Michaelis proxime decurso, xij florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Anthonio Millanesii, causa in rotulo, x florenos, j grossum, ix denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur eidem receptori solvat vigillibus hujus civitatis pro vestibus fiendis, xxx florenos. Fiant eisdem vestes bispartite. — *(Levatum est.)*

Fiat confessio de habuisse a d. Ludovico Botholierii pro turri et gerdili qui fuerunt Johannis Balme, quos pridem tradidit ven. vir d. Johannes de Chissiaco, et quos sindici eidem restituerunt, videlicet xxx florenos[1]. — *(Levatum est.)*



|| Tollatur scanum existens ante domum heredum Anthonii Fabri a parte ville tanquam super communi appositum. ||

*Veneris xij decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, consindicis; — G. de Quarro, Glaudio Cavucini, G. Ravonelli, || Johanne de Lunes, || P. de Versonay, Henrico Emerici, Andrea Gervasii, P. Gachet, B. Dorieres, P. Porralis.

Pro conferencia habenda cum dominis de capitulo super facto nundinarum recuperandarum, eliguntur Henricus Emerici, Anthonius de Sancto Michaele, Glaudius Ravonelli et Petrus Braset.

Recepta fuit lictera graciarum actionum per nobilem et potentem Amedeum de Viriaco de honore sibi impenso in sepellimento condam sue uxoris.

(47) *Martis xvj decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, consindicis; — Henrico Emerici, A. de Sancto Michaele, G. de Quarro, G. Ravonelli, G. de Crosa, G. Cavucini, Jo. de Lompnis, P. de Versonay, B. Dorerii, P. Gachet, P. Porralis, A. Gervasii, Michaele Lingocti.

Fuit expositum quod ducales commissarii ad custodiam episcopatus Gebenn. deputati, in enervacionem franchesiarum, in pluribus locis apposuerunt arma ducalia cum licteris quibus notifficant rev. d. vicarium Gebenn. Philippum de Compesio fore in disgracia illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis. Instetur ad revocandum.

*(Latro.)* — De Roleto Durodi, in carceribus Insule detento pro pluribus latrociniis per eum confessis, propter que venit, ut refferunt doctores, (venit) suspendendus; et conclusum quod fiat justicia.

De bastardo Brimeris in eisdem carceribus detento; perquiratur de vita[2].

[1] Voir ci-dessus, p. 261.

[2] Arch. d'Etat, Procès criminels, n° 137; voir plus loin, séance du 3 février 1484.

Tollatur scanum appositum ante domum Anthonii Fabri a parte Domus Ville tanquam super communi appositum.

Mandatur receptori solvat n. Michaele Lingocti, causa in rotulo per eum exhibito, lxix florenos, ix grossos cum dimidio. — *(Levatum est.)*

Ibidem retulerunt Henricus Emerici, Anthonius de Sancto Michaele, Petrus Braseti et Glaudius Ravonelli, ad hoc deputati, pro facto nundinarum accessisse ad dominos de capitulo qui contribuere distulerunt.

*Martis xxiij decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, consindicis; — P. Floret, G. de Quarro, F. de Veyriaco, G. Ravonelli, P. de Versonay, Andrea Guacti, G. Cavucini, Jo. de Lompnis, B. Dorerii, A. Gervasii, P. Gachet, G. Ballet, P. Porralis.

Recepta fuit lictera per n. Petrum de Peymes, dominum de Brandis, missa, et audita credencia d. curati de Cholex, super facto nundinarum; rescribatur prefato domino de Brandis.

(48) M° IIIJ$^{c}$ LXXXIIIJ$^{to}$

*Martis penultima decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Jo. Maliardi; — d. Francisco de Veyriaco, P. Floret, G. de Quarro, P. Braset, G. Cavucini, G. Ravonelli, B. Dorerii, P. Porralis, A. Gervasii, P. Gachet, G. Ballet, P. de Versonay, Andrea Guacti, Michaele Lingocti.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Hugoninus Fuserii, de Charlier, clericus, parrochie Sancte Crucis, qui dedit communitati vij florenos, j plastronum. — *(Levatum est.)*

*(Pro nundinis.)* — Super facto nundinarum et pecuniis habendis fuit conclusum quod Hugon. de Boulo accedat pro solicitacione d. ambassiatoris ducalis celsitudinis Sabaudie et aliorum dominorum, qui Hugon. onus impresenciarum in se assumpsit, et eidem mandatur expediri quinquaginta florenos parvi ponderis,l florenos. — *(Expeditum est.)*



*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes Paniaz, de Sancto Beserio, patisserius, parrochie Sancti Gervasii, [qui dedit] vij florenos, j plastronum. — *(Levatum est.)*

*Lune v$^{ta}$ januarii,* existentibus in Domo communi Gebenn. venerabilibus viris dominis : P. de Grandivalle officiale Gebenn., P. Chivallerii decretorum doctore, P. Mermeti procuratore fiscali, F. de Veyriaco legum doctore, Jo. Regis jurisperito, L. Botholierii jurisperito, Jo. Maliardi consindico, G. de Quarro, P. Braset, G. Fabri, P. Levrerii, Jo. de Planis, Jo. Roberti, G. Balleti, P. Gacheti, P. Porralis.

Fuit expositum quod ducales commissarii ad custodiam episcopatus Gebenn. deputati pecierunt rev. d. Philippo de Compesio, vicario dicti episcopatus, sigilla cum communicacione quod, nisi eadem sigilla eisdem expediat, quod vi eadem sigilla querent, et quesitum quid fiendum ad evictandum scandella et indignacionem quorumvis dominorum; et conclusum quod accedatur ad prefatos commissarios eosdem requirendo ut doceant de mandato, si quod habeant, ad petendum sigilla, et si doceant, contemplacione ducali observetur; si non habeantur, exortentur graciose ut supersedeant donec habito beneplacito ducalis celsitudinis.

Item de verbere heri hora noturna facto in personam Johannis de Lugduno, capiatur forefactor et fiat justicia, et protestantur domini ecclesiastici quod non intendunt quod fiat effusio sanguinis.

(49) *Martis xiij januarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, consindicis; — P. Floret, G. Cavucini, Michaele Lingocti, Jo. de Lunes, Petro Porralis, Andrea Gervasii, G. Ravonelli, Bezansono Dorerii, P. Gachet, G. de Quarro, P. de Versonay.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Petrus Potarelli, de Sancto Symphoriano in Burgundia, pelliparius, qui dedit vij florenos, j plastronum. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori ut solvat, causa in rotulo, Benedicto Mallieti, serraliono, xlvj grossos tres denarios. — *(Levatum est.)*

Supervenerunt nobiles et potentes viri Amedeus de Greylier, condo-

minus Ville, et [1] de Turre, ex commissariis ducalibus ad custodiam episcopatus Gebenn. deputati, requirentes de delinquentibus justiciam ministrari eciam si aliquis ex ipsis delinquet, non intendentes in aliquo franchesiis contravenire.

Pro adventu d. comitis Gebenn. dentur duo bosseti vini, duodecim faces et xij alabostra confiture.

*Martis xx januarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollat; — G. de Quarro, G. Cavucini, G. Ravonelli, Jo. de Lunes, P. Gachet, A. Gervasii, P. Porralis, P. de Versonay.

Fuit positum in deliberacione quod ille d. comes Gebenn., velut gubernator cismontaneus, vult exercere juridicionem in hac civitate, non obtento territorio; petantur domini Jo. Regis et L. Botholierii cui associentur eundo ad dominum comitem.

Item quia ad causam quorumdam forefactorum captorum penes prioratum Sancti Victoris prior (ejusdem) ejusdem loci citari obtinuit officiarios apud Bellicium; et conclusum quod prosequatur causa.

Datur receptori onus reparandi vallos in aqua Areris.

Supervenerunt liberi n. Nantermeti Festi associati n. Mermeto de Vignies, eorum tutori, dicentes quod, de facto jure incognito, in parte posteriori ipsorum domus fuerunt derupte certe latrine in ipsorum grande prejudicium, requirentes sibi super hiis provideri. Visitetur locus.

(50) *Mercurii xxj januarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis; — P. Floret, G. Cavucini, B. Dorerii, G. de Crosa, Jo. de Lunes, Hugon. de Ponte, Michaele Lingocti, P. Gacheti, A. Gervasii.

Exhibita fuit sentencia per egregium dominum Franciscum de Viriaco, legum doctorem, scripta contra Petrum Ponpe de pluribus criminibus intitulatum, per quam eundem condempnat fore suspendendum [2]. Et conclusum quod fiat prout scripsit et jus disponit.

*Sabbati xxiiij januarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis :

[1] Le prénom est resté en blanc.
[2] Arch. d'Etat, Procès criminels, nº 138.



G. de Vaudo, Ste. Pecollacti; — P. Braset, G. Cavucini, P. de Versonay, G. de Crosa, Jo. de Lunes, Andrea Gervasii.

Exhibite fuerunt sentencie per doctores scripte contra Ludovicum Baronis et Jacobum Pernet, per quas condempnantur fustigandi per parrossas, et relegandi per x annos; et conclusum quod fiat.

*Martis xxvij januarii,* existenribus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, Ste. Pecollat, consindicis; — d. F. de Veyriaco, d. Ludovico Botholierii, P. Floret, G. de Quarro, G. Cavucini, M. Lingocti, Jo. de Lunes, B. Dorerii, P. Porralis, Andrea Gervasii, P. Gachet.

Supervenit Johannes de Tulia, admodiatarius bossetarum, dicens quod illustris d. comes Gebenn. intrusit certos bossetos vini de quibus introgium non exegit, volens scire an vel ne ab eodem exigere debeat introgium; ostendantur dominis doctoribus informaciones et franchesie, et inde deliberetur quod justum fuerit.

Fuit parte Henrici Folliosii civis Gebenn. et suorum parentum per quam petunt eundem Henricum, carceribus Insule detentum, ad suas defensiones admicti, et sibi copiam judiciorum et articulorum eidem dari; nichil exigat et servetur ordo alias servari solitus.

(51) *Martis tercia februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, G. de Quarro, G. Ravonelli, P. Braset, G. Cavucini, Jo. de Lunes, B. Dorerii, P. Porralis, A. Gervasii, P. Gachet.

Supervenit rev. d. Philippus de Compesio, vicarius episcopatus Gebenn., associatus venerabilibus viris d. Francisco de Veyriaco, Jeronimo de Sancto Michaele, canonicis Gebenn., Petro Farodi, officiali Gebenn., Petro Chivallerii, decretorum doctore, Petro Mermeti, procuratore fiscali, exortans, ex parte rev. domini nostri Gebenn. episcopi, prefatos d. sindicos et consules, ac monens, sub pena excommunicacionis, quatenus deposita omni affectione eligere debeant pro anno futuro sindicos ydoneos et utiles civitati.

Et pariter n. [1] Banosii, ex parte n. et potentis viri Antermi domini Myolani et marescalli Sabaudie.

[1] Le prénom est resté en blanc.

Commictitur Ste. Pecollat visitacio hospitalis Magdalenes et mutacio hospitalerii.

Mandatur auditoribus computorum quatenus receptori Hugonino de Ponte intrent et allocent pecuniarum summas in rotulo descriptas ascendentes ad lxxxv florenos, xj grossos, v denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori ut solvat Roberto de Cresto, cride civitatis Gebenn., pro certis laboribus per eum habitis ij florenos. — *(Levatum est.)*

Item fuit conclusum de facto bastardi Brimeris, in Insula detenti, quod d. vicarius advocet ad se causam.

*Dominico viij^a^ februarii,* existentibus in consilio generali, more solito congregato, egregiis : Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, consindicis; — d. Francisco de Veyriaco, d. Johanne de Crosa, d. Jo. Regis, Johanne de Planis, Nycodo de Nanto, Henrico Beatrisii, Michaele Lingocti, Janino de Mara, Petro Mermodi, Petro Balli, Hugon. Fuserii, Johanne Janini, Petro de Orseriis, Petro Oboli, Guillelmo de Quarro, Johanne Ruphi, Petro Burgensis, Aymone Bocheti, Jacobo Robini, Glaudio de Castro, Jacobo Paqueti, Petremando de Malodumo, Johanne Albi, Perreto Chinuti, Hugon. Bocardi, Glaudio Cavucini, Petro Cortagerii, Anthonio Pecollat, Petro Levrerii, Andrea Gervasii, Jacobo Nepotis, Glaudio Taconis, Laurencio Neyrodi, Roleto Nycolay, Benedicto Franzonis, Petro de Nemoribus, Stephanus de Furno, Petro Tronchonaz, Reymondo Lullini, Johanne Malagniodi, Glaudio Cadodi, Johanne Buffleti, Aymone Chapellerii, Gabriele de Borjali, Gervasio Taconis, Johanne Peytralis, Nycodo Armandi, Guillelmo Luppi, Johanne Babelli, Johanne de Crosa, Petro de Canali, Johanne de Tulia, Hugon. de Ponte, Janino Bornandi, Ste. Folliosii, Johanne Veluti, Michaele de Cabulo, Henrico de Nanto, Petro Mantillion, Theobaldo Albi, Petro Ruphi, Johanne de Turre, Ludovico de Potisio, Petro Gallosii, Johanne Calabri, Annequino Copini, et pluribus aliis tam civibus, burgensibus quam habitatoribus Gebenn.

*(Licencia.)* — Fuit data licencia n. Michaeli Lingocti et Jacobo Paqueti faciendi supra Terrallietum inter eorum domos unum archum econtra alium ibidem jam constructum, una teysa cum dimidia intermedia, et super eisdem arcubus edifficandi prout eis utile videbitur, et



hoc pro et mediantibus quinquaginta florenis auri parvi ponderis, quos in manibus Hugon. de Ponte, receptoris generalis, persolverunt. — *(Registrata est ad plenum.)*

*(Electio sindicorum.)* — Ibidem fuerunt electi sindici ven. vir utriusque juris doctor d. Franciscus de Veyriaco, hon. vir Henricus Emerici, n. Petrus de Versonay, et Petrus de Nanto; ibidemque prefati d. Franciscus de Veyriaco et P. de Versonay acceptaverunt casu quo prefatus Henricus eciam acceptet, et non alias, et sub ea condicione prestiterunt juramentum solitum.

(52) *Lune ix februarii,* existentibus in consilio generali, in claustro ecclesie cathedralis Gebenn. congregato, ven. et egregiis viris : rev. patre d. Philippo de Compesio, vicario generali episcopatus Gebenn.; — d. Petro de Viriaco, d. Jeronimo de Sancto Michaele, d. Anthonio de Villiaco, canonicis; — d. Francisco de Veyriaco, Guillelmo de Quarro, Glaudio Cavucini, Johanne de Planis, Petro de Versonay, Johanne Polliuti, Girardo de Vaudo, Johanne de Crosa, Petro Francisci, Benedicto Franzonis, d. Johanne Regis, Petro Quillet, Johanne Parrodi, Johanne Malagniodi, Leodegario de Nanto, Anthonio Pacocti, Jo. de Nemore, Glaudio Jordani, Henrico de Nanto, Petro Braseti, Nycodus Collognierii, Glaudio Borjalis, Petro de Monte, Bartholomeo Chivanderii, Petro Oboli, Stephano de Furno, Glaudio Gavit, Johanne Roberti, Petro Porralis, Petro Cortagerii, Janino Bornandi, Glaudio de Salse, Johanne Veluti, Guillelmo Ballet, Francisco Clerici, Romaneto Carpini, Hugon. Boconis, Andrea Guacti, Stephano de Putheo, Anthonio Pecollat, Petro Mermodi, Perreto Chinuti, Glaudio Taconis, Theobaldo Albi, Rolando Boysserii, Petro Braseti, Stephano Folliosii, Anthonio Philippini, Jacobo de Fontana, Johanne Ruphi, Petro Charnavelli, Ludovico de Pontisio, Petro Mantillion, Petro Tronchonaz, Petro Bossonis, Johanne de Bauleduc, Petro Mermodi, Glaudio Falqueti, Bertrando Collumbi, Johanne Calabri, Aymone Bocheti, et pluribus aliis tam civibus, burgensibus quam habitatoribus Gebenn.

*(Constitucio sindicorum.)* — Fuerunt electi et inde creati et constituti sindici ven. vir d. Franciscus de Veyriaco, utriusque juris doctor, egregii Petrus Floreti, ducalis secretarius, Glaudius Cavucini et

Johannes de Planis, qui prestiterunt juramentum prestari solitum, quia Petrus de Versonay et Petrus de Nanto acceptare noluerunt [1].

*(Ordinacio.)* — Item fuit ordinatum quod electis sindicis in consilio generali, ex nunc imperpetuum electi acceptare debeant, sub pena, pro renuente, privacionis borgesie et solucionis decem florenorum communitati applicandorum, nisi tamen talis electus reperiatur fuisse sindicus infra quatuor annos ante hujusmodi electionem fiendam, quam ordinacionem prefatus d. vicarius confirmavit et ejus decretum interposuit.

[1] Une copie de l'acte constatant l'élection des Syndics par le Conseil général existe aux Arch. d'Etat et a été publiée par Ed. Mallet dans *op. cit.*, p. 343, Pièces justificatives n° XLI ; l'acte est daté du lundi 9 février 1484 et indique comme élus Fr. de Veyriaco, P. Floreti, H. Emerici et P. de Nanto (cf. séance du 10 février).

---

(53) Registrum appunctuamentorum et ordinacionum factorum per ven. virum d. Franciscum de Veyriaco, legum doctorem, ac egregios viros Petrum Floreti, Glaudium Cavucini et Johannem de Planis, sindicos hujus insignis civitatis Gebenn., per me Anthonium Lyonardi, ipsorum sindicorum secretarium receptorum de anno Domini Mo iiijc LXXX quarto.

*Lune ix februarii,* existentibus in Domo communi dicte civitatis egregiis : d. Francisco de Veyriaco, Petro Floreti, Glaudio Cavucini et Johanne de Planis, sindicis.

*(Consiliarii.)* — Ipsi siquidem sindici receperunt in consules ipsorum et dicte civitatis : egregium Girardum Rogeti, n. Glaudium Gavit, Petrum Braseti, n. Anthonium de Sancto Michaele, d. Johannem Regis, Matheum Scarron, Petrum Gacheti, Anthonium Pecollati, qui in manibus dictorum sindicorum prestiterunt juramentum in talibus prestari solitum. — Lyonardi.

*Martis x februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, G. Cavucini, Jo. de Planis, sindicis ; — d. Jo. Regis, A. de Sancto Michaele, H. Emerici, G. Gavit, M. Scarron, P. Gachet, A. Pecollat.

*(Consul.)* — Hon. vir Henricus Emerici fuit receptus in consiliarium dictorum sindicorum et communitatis, qui prestitit juramentum prestari solitum.

Fuit positum in deliberacione quod devenit ad noticiam illustrem d. comitem Gebennesii, huc Gebenn. existentem, velle civitatem absentare, quod poterit cedere in scandallum ad causam discencionum

existencium inter certos habitatores Gebenn. Et quesitum an debeat requiri quod, pro bono tocius civitatis, resideat hinc ad Pascha in eadem civitate ; et conclusum quod conferatur cum d. vicario.

De macellariis nolentibus matare mutones, nec vendere ad pondus prout promiserunt, advertantur per castellanum graciose.

(54) *Eodem die,* et in exitu dicti consilii.

*(Mutacio consindicorum.)* — In ecclesia cathedrali Gebenn. fuit congregata magna multitudo populi civitatis Gebenn., qui electionem primo factam de honorabilibus viris Henrico Emerici et Petro de Nanto confirmaverunt, et aliam postremo factam de Johanne de Planis et Glaudio Cavucini reprobavit, et, hec insequendo, ipsi Johannes de Planis et Glaudius Cavucini de sindicatu fuerunt depositi, et loco ipsorum predicti Henricus et Petrus fuerunt, cum aliis duobus videlicet d. Francisco de Veyriaco et Petro Floreti, sindici constituti.

*(Juramentum consindicorum.)* — Quiquidem Henricus Emerici et Petrus de Nanto solitum prestiterunt juramentum.

*Veneris xiij februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis ; — Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ny. Lingocti, G. Ravonelli, G. Gavit, P. de Versonay, Ja. Paquet, P. Gachet, Anthonio Pecollat, G. de Crosa, G. Roget, Ste. Pecollat.

*(Consiliarii.)* — Fuerunt constituti consiliarii per prefatos d. sindicos : n. Nycolinus Lingocti, n. Petrus de Versonay, Glaudius Ravonelli, Guillelmus de Crosa, Jacobus Paqueti, qui solitum in manibus dictorum sindicorum prestiterunt juramentum.

*(De ala bladi.)* — Fuit parte n. Georgii de Anthiochia per quam petit sibi satisfieri de summa iiij$^{c}$ lxvj florenorum principalis debiti, et ij$^{c}$ florenorum pro expensis sibi debita per quondam Anthonium Hospitis, qui n. Perrino, ejusdem Georgii patri, ypothecavit cum clausa constituti domum que reducta fuit in ala bladi, aut se in possessione ejusdem in qua fuit reintegrari. Querantur jura quia nullum jus sibi competit.

Fuit parte illustris d. comitis Gebenn. quod fiat monetariis, sui contemplacione, gracia de introgio vini; et conclusum quod fiat ad



certum tempus dummodo, et cum protestacione quod non trahatur in consequenciam.

De Georgio Bruneti, monetario, causam habente contra receptorem introgiorum vini, in consilio ducali querente amiciciam; et conclusum quod videatur amicabili via dummodo non concludatur nisi prius viso in consilio ordinario.

*(Macellarii.)* — Supervenerunt Franciscus Borsat, Johannes Debit, Johannes de Gerdili, Petrus Gallosii, Johannes Bocardi, Mauricius Vuy, Girardus Veluti, Stephanus Folliosii, Glaudius Tissocti, Johannes Veluti, Nycodus Coste, Petrus Chey, Glaudius Bolet, Johannes Coponis et Ludovicus Comitis, macellarii, quibus fuit injunctum ut sint fulsiti carnibus condecentibus et illas expediant ad pondus hinc ad Carnisprivium prout fuit ordinatum, alias protestantur contra eosdem de penis etc., et facta promissione.

(55) *Martis xvij februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis ; — Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Ste. Pecollacti, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, H. de Ponte, Ja. Paquet, Anthonio Pecollat, Matheo Scarron, Jo. de Planis, Jo. Veluti, Jo. de Tulia, Jo. Debit, Jo. Borcadi, Ja. Nerga, Jo. de Boulo, Hugon. Burdigniaco, P. de Peymes, Guillelmo Fabri, Ja. de Veruffis, Guillelmo Richardeti, Ny. de Nanto, B. Chivanderii, Glaudio de Castro, Stephano de Furno, Jo. de Crosa, Ja. de Muro, Anthonio Millaneys, Johanne Gachet, Galiachio de Casate, Jo. Charnavelli, Jo. Malagniodi, P. de Genesta, B. Malliet, Glaudio Arnaudi, Nycodo Armandi, Richardo Barberii, Johanne de Soex, Jo. de Plathea, G. de Crosa, Hugon. Borcadi, P. Exerton, Guillelmo Rogeti, Ja. de Mara, Jo. Albi, Petro Jaqueti, Ludovico Ginodi, Glaudio Taconis, Bernardo Meynaz, Laurencio Neyrodi, Ste. Folliosii, P. Levrerii, G. Cavucini, G. Balleti, Hugon. Ramelli, G. Veluti, P. Bidalis, Hugon. Artaudi, Roleto Bordaz.

*(Pro nundinis.)* — Fuit lecta lictera per Hugoninum de Boulo, qui destinatus fuit cum ambassiata Sabaudie ad regem Franchorum pro facto nundinarum missa [1]; et data fuit potestas providendi consilio

[1] Voir ci-dessus p. 300, séance du 2 décembre 1483.

ordinario, eis asslstentibus n. P. de Peymes, Ja. de Mara, Nycodo de Nanto, Glaudio de Castro, Guillelmo Richardeti, Girardino de Retro, Jacobo de Veruffis, Ja. Nerga, P. Jaqueti, Guillelmo Rogeti, Jo. de Lompnis, Guillelmo Fabri, P. Levrerii, Monitier, Hugon. Bocardi, Gabriele de Borjali, Ste. de Furno.

*(Receptor.)* — Ibidem fuit constitutus receptor generalis communitatis hujus civitatis Gebenn. honestus vir Petrus Gachet qui prestitit juramentum solitum etc.

*Eodem die.*

*(Pro equancia.)* — In ecclesia cathedrali, prefati d. sindici, de consilio plurium ex predictis consiliariis ad providendum super facto nundinarum recuperandarum ordinaverunt quod fiat graciosa equancia, et quod major non solvat ultra duos florenos, et deputaverunt, pro ipsa equancia fienda, Glaudium Ravonelli, Jacobum Nerga et Jacobum Paqueti.

*Mercuri xviij februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Viriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — n. P. de Peymes, Ny. Lingocti, P. de Versonay, G. de Vaudo, Ja. Nerga, G. Fabri, M. Scarron, G. de Crosa, Jo. de Planis, Jacobo Paqueti, A. Pecollacti.

Quia ambassiatores Ligarum impresencia et in hac civitate Gebenn. advenerunt, pergentes ad curiam regiam [1], et eisdem prelocutum extitit de instando erga regem pro restitucione nundinarum, volentes ipsi ambassiatores pro labore habendo premium reportare; fuit conclusum quod eisdem conveniantur et promcitantur iij$^{c}$ floreni regnenses, casu quo procurent cum effectu quod nundine in hac civi-

[1] Cette ambassade avait pour mission de négocier le renouvellement de l'alliance entre les Confédérés et la Couronne de France, renouvellement qui avait été sollicité par Charles VIII; les envoyés des cantons avaient dû se trouver le 8 février à Berne pour y recevoir leurs instructions, E. A., t. III, 1. Abt., p. 168 d, 170 c, 174 p, 175 d; voir également *Die Berner Chronik des Valerius Anshelm* (éd. Blösch déjà citée), t. I, p. 246, et Ed. Rott, *Histoire de la représentation diplomatique de la France auprès des cantons suisses*, t. I (1430-1559), p. 65.



tate restituantur, et non alias; et pro hac promissione fienda fuerunt deputati n. Petrus de Peymes et H. Emerici.

(56) *Veneris xx februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — Jo. Polliuti, M. Scarron, A. Pecollat, Jo. de Planis, Ja. Paqueti, Ste. Pecollat.

*(Consul.)* — Fuit creatus consiliarius dicte communitatis egregius Johannes de Planis, episcopalis secretarius, qui solitum prestitit juramentum.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Ludovicus, filius quondam Petri Thome, de Laconay, tissoctus, parrochie Sancti Leodegarii, qui dedit communitati vij florenos, j plastronum. — *(Levatum est).*

*Martis xxiiij$^{ta}$ februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. Francisco de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Vaudo, Ny. Lingocti, G. Gavit, G. de Crosa, G. Fabri, Hugon. de Ponte, Jo. de Planis, A. Pecollat, Ste. Pecollat, P. de Versonay, G. Ravonelli, Ja. Paqueti.

Supervenit Johannes Ruffi, civis Gebenn., notarius, qui proposuit quod Bartholomeus Meynaz super domo ejusdem Johannis Ruffi pro leva mutuo tradidit ij$^{c}$ et quatuor florenos, qui, pro eisdem, pluribus annis eandem domum tenuit; petit sibi justiciam ministrari; petatur pars ad Veneris proximam.

*(Commissio.)* — Comictitur recepcio computorum Francisci de Fogia egregiis Nycolino Lingocti, Glaudio Ravonelli et Jacobo Paqueti.

*(Burgenses.)*

Fuit creatus burgensis Petrus Grassi, de Sancto Jorio, parrochie Sancte Crucis Gebenn., sutor, qui dedit vij florenos, j collovrinam.

Item Jacobus Sentenalis, de Clarofonte, gueynerius, parrochie Sancti Gervasii, qui dedit vij florenos, j sellioctum.

Item Stephanus Drapt, tisserandus, parrochie beate Marie Nove, qui dedit vij florenos, j plastronum.

Item Petrus Chenevalis, de Billiaco, expinguerius, parrochie Sancti Gervasii, qui dedit vij florenos, j plastronum.

Item Nicolaus Joz, de Cheysiriaco, sutor, parrochie Sancti Gervasii, qui dedit vij florenos, j plastronum.

Item Johannes de Parix, serrallionus, parrochie Sancti Gervasii, qui dedit vij florenos, j plastronum.

Item Matheus de Grangia, de Thoyriaco, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, qui dedit vij florenos, j collovrinam.

Item Henricus Bochuti, de Aysia, sutor, parrochie Magdalenes, qui dedit vij florenos, j collovrinam.

*(Levatum est.)*

(57) *Veneris xxviij* [*xxvij*] *februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — Jo. Polliuti, Ny. Lingocti, G. Ravonelli, G. Gavit, P. de Versonay, A. Pecollat, M. Scarron, G. de Crosa, Jo. de Planis, Ny. de Nanto.

Supervenit n. et potens vir Amedeus de Greyllier associatus domino de Montefloccrio, n. Ja. Bisardi et Anthonio de Monitier, dicens ad eorum noticiam devenisse prefatos sindicos prohibuisse patri gardiano ordinis Minorum, ne de alio pro hac instanti Quadragesima provideret preterquam de fratre Johanne Borgesii, quod fuit et est contra voluntatem illustris domini nostri Sabaudie ducis; quibus propositis auditis, ipsi sindici responderunt premissa non prohibuisse, quia ad eos non spectat providere de predicatore sed rev. domino nostro Gebenn. episcopo et dominis de capitulo.

Pariter supervenerunt ven. viri Petrus Farodi officialis Gebenn., Johannes de Crosa, P. Chivallerii et P. Mermeti, procurator fiscalis Gebenn., dicentes quod externa die commissarii ducales ad custodiam episcopatus deputati intimaverunt, ymo eciam injunxerunt, rev. d. Philippo de Compesio, vicario generali episcopatus Gebenn., ut infra duos dies absentare habeat civitatem, qui hodie recessurus est; qui proposuit omnes officiarios revocare, et sic justicia cessabit, quod cedet in grande prejudicium tocius rei publice; et fuit conclusum quod accedatur ad eundem d. vicarium eundem exortando ut super hiis providere dignetur.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes Marchiandi, de Mons in Semina, experonerius, parrochie Magdalenes, qui dedit vij florenos, j plastronum. — *(Levatum est.)*



*Lune prima marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, P. Gachet.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Mermetus Rillieti, de Collonges super Bellam Rippam, parrochie Magdalenes, qui dedit communitati vij florenos, j collovrinam. — *(Levatum est.)*

*Martis 2ª marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — Jo. Polliuti, G. de Vaudo, Nycolino Lingocti, G. Ravonelli, M. Scarron, Ja. Paquet, A. Pecollat, G. Gavit.

*(De predicatore.)* — Supervenit pater gardianus ordinis Minorum dicens quod, de usu et consuetudine in hac civitate observata, fuit et est quod ipsi et fratres Predicatores habent sermonare quolibet anno tempore quadragesimali alternatis vicibus, venitque locus sermocionandi in conventu Minorum, qui, pro serviendo probe, venire fecit ipse gardianus quemdam patrem in theologia magistrum, nichilominus ad ejus noticiam devenit huc fratrem Johannem Borgesii advenisse causa sermocionandi, requirens declarari quis predicare debeat; et conclusum quod domini de capitulo ordinent que sibi placuerit.

(58) *(Burgenses.)*

Fuerunt creati burgenses primo : Johannes Bonilucri, de Rossellione, hostellerius, parrochie Sancti Gervasii, qui dedit vij florenos, j collovrinam.

Yvo Cutant, aurifaber, parrochie Magdalenes, vij florenos, j sellioctum.

Petrus Ferrandi, de Montecallerio, carpentator, parrochie Sancti Gervasii, vij florenos, j sellioctum.

Petrus Gringet, barbitonsor, parrochie Sancti Gervasii, vij florenos, j sellioctum.

Cristinus, filius quondam Petri Tombeti, de Magnier, parrochie Sancti Gervasii, chapellerius, vij florenos, j sellioctum.

Jo. de Fossali, de Ambillier, mimus, parrochie Magdalenes, vij florenos, j sellioctum.

Petrus Falqueti, de Seyssello, appothecarius, parrochie Magdalenes, qui asserebat ejus patrem fuisse burgensem, fuit confirmatus et denuo burgensis creatus, qui dedit pro sigillo sue lictere, vj florenos.

Stephanus Charveti, de Pirono, boellerius, parrochie Sancti Germani, vij florenos, j sellioctum.

Petrus Chatron, de Megeva, parrochie Sancti Germani, vij florenos, j sellioctum.

*(Levatum est.)*

De facto Johannis Maliardi detenti ad instanciam d. prioris Sancti Victoris occasione assassinorum captorum in ecclesia Sancti Victoris quia causa pendet coram d. comite Gebenn., locumtenente Sabaudie, videatur de quibus impetitur et viso provideatur.

De solvere nolentibus levam ultimo factam pro nundinis recuperandis, exigatur.

*Veneris vta marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto ; — d. L. Botholierii, A. de Sancto Michaele, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. Versonay, G. de Crosa, Hugon. de Ponte, Ja. Paqueti.

*(Burgenses.)*

Fuit creatus burgensis Hugonetus Ruphi, de Mota, peyrolerius, parrochie Sancti Leodegarii, qui dedit vij florenos, j plastronum.

Pariter fuit creatus burgensis Thomas Chabodi, de Chamberiaco, borserius, parrochie Sancti Leodegarii, qui dedit vij florenos, j plastronum.

*(Levatum est.)*

*(Super facto Jo. de Fontana.)* — Ibidem fuerunt exhibite sentencie in puncto juris per dominos Johannem de Saxo, Ludovicum Botholierii et Johannem Ludovici scripte super absolucione Johannis de Fontana de morte Johannis Girodonis inculpati; demonstretur adhuc processus uni vel duobus doctoribus qui non sint de civitate ad tollendum omnem suspicionem. — *(Vide Lune.)*

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Henricus Voeronis, de Prisingio, carpentator, parrochie Sancte Crucis, qui dedit vij florenos, j plastronum. — *(Levatum est.)*

(59) *Lune viij marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto ; — Glaudio Ravonelli, G. Gavit, P. de Versonay, M. Lingot, Ja. Paquet, A. Pecollat, A. de Sancto Michaele, Jo. de Lunes, P. Levrerii, P. Magistri Petri seniore.



*(Pro Maliardi.)* — Fuerunt lecte instructiones facte n. et potenti viro Johanni de Sergier cum lictera credencie quas defferre debet illustri d. duci Sabaudie super facto et relacione Johannis Maliardi; et conclusum quod signentur, et mictantur ducali celsitudini.

*(Pro nundinis.)* — Iterum fuerunt lecte lictere scripte pro facto nundinarum dominis Breyssie, Rotondimontis, ambaxiatoribus Sabaudie, Roleto Sechodi et Hugon. de Boulo, destinato ad regem pro facto nundinarum, et ordinatum quod eidem mictantur, ut jacent, cum xxv scutis auri.

Insequendo appunctuamentum super facto n. Johannis de Fontana Veneris preterita factum, iterum fuit conclusum quod demonstretur processus adhuc duobus doctoribus non suspectis.

*Martis ix marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto ; — Ny. Lingocti, G. Ravonelli, G. Gavit, G. Crosa, P. de Versonay, Ja. Paqueti, Hugon. de Ponte, G. de Vaudo, G. Fabri, A. Pecollacti, G. de Quarro.

*(Burgenses.)*

Fuit creatus burgensis Bertholinus Grassocti, de Montecallerio, appothecarius, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j plastrono.

Pariter fuit creatus burgensis Glaudius Michaelis, de Saconeto ultra Arerem, mugnierius, parrochie Sancti Leodegarii, vij florenis, j plastrono.

*(Levatum est.)*

(60) *Veneris xij marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici ; — Ja. Paqueti, Anthonio Pecollacti.

*(Burgenses.)*

Fuit creatus burgensis Glaudius Bocheti, de Grandivalle, patisserius, parrochie Sancti Germani, qui dedit communitati vij florenos, j plastronum.

Item Guillelmus de la Doy, de Marlio, condurerius, parrochie Sancti Germani, vij florenos, j plastronum.

Item Petrus de Chevrens, de Hermencia, tonsor, parrochie Magdalenes, vij florenos, j plastronum.

Item et Johannes Richardi, alias Cabussat, de Thoyrier in terra Gaii, filius quondam Andree Cabussat, vij florenos, j plastronum.

*(Levatum est.)*

*Sabbati xiij marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — d. Johanne de Saxo, d. L. Botholierii, A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, G. Gavit, P. de Versonay, G. de Quarro, Ny. Lingocti, Ja. Paquet, G. de Castronovo, A. Pecollat, G. de Crosa.

Fuit positum in deliberacione de sentencia ferenda pro vel contra n. Johannem de Fontana; feratur sentencia in loco solito juxta relacionem sex doctorum concordancium.

Item de tallia recuperanda, congregetur consilium generale cum omnes tangat.

Item de aqua Areris, exponatur in consilio generali.

(61) *Dominico xiiij marcii,* existentibus in consilio generali, voce preconia et sono grosse campane congregato, egregiis d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — Jo. de Crosa, Petro Boconis, Jacobo de Muro, Glaudio Fardodi, Bartholomeo Chivanderii, Jo. Albi, Jo. Calabri, Nycodo Hermandi, Jacobo Nepotis, Glaudio Garini, Glaudio Taconis, Ny. Grasseti, Gallias de Casate, H. Fuserii, Francisco Clerici, R. Boysserii, P. Tornerii, A. Pecollati, Ny. Lingocti, Clasquino de Castro, Francisco Petri, P. Garmesii, Ste. de Putheo, Jo. Charnavex, Nycodo Janini, G. Pensabini, Cristino Tombeti, Jo. de Tulia, Petro Bossonis, Francisco Exchaqueti. Jo. Bufflet, Jo. Bueti, Ay. Probi, Jo. Lombardi, Petro Exertonis, Hugon. Bocardi, Henrico Beatrisii, Olyverio Chapuysii, Petro Francisci, Aymone Bochet, Jo. Mochy, Glaudio Morelli, P. Tronchonaz, Andrea Conet, Girardo Conet, Johanne Grossi, A. de Urteriis, G. Arnaudi, Hermando de Domo, Petro Besson, Jo. Novelli, Benedicto Franzonis, Aymone Sonnerii, Glaudio Rolandi, Henrico Folliosii, Anthonio Pacocti, H. Renguisii, P. de Genesta, Roleto Marchiandi, Jo. Roberti, P. Porralis, A. Cortagerii, Janino Bornandi, P. Versonay, Andrea Guacti, Ste. Borgesii, Johanne Bernardi, Jo. Molet, Ste. de Furno, A. Millaneys, L. de Pontisio, Reymundo



Lullini, H. Belleboche, H. de Fontaneis, Jo. Burlandi, A. Bonaterii, H. de Malliis, Jo. Peytralis, Jo. Perrodi, Jo. Ginodi, Oddeto Taconis, Jo. Turchi, P. Navis, Ja. Villete, Sy. de Rippa, G. de Rodano, Jo. de Belloexerto, Jo. Durodi et pluribus aliis bono numero civibus, burgensibus et habitatoribus Gebenn.

Fuit positum in deliberacione quod fuit facta quedam leva per modum comodati seu mutui, nichilominus sunt aliqui qui solvere renuunt; et conclusum quod compellantur.

Fuit pariter notifficatum quod d. sindici sunt citati coram consilio Chamberiaci ad xxv hujus [mensis], facturi solucionem de subsidio ducali; et conclusum quod mictatur cum franchesiis per quas constat non teneri contribuere [1].

De Arva fuit conclusum quod petantur designarie et obvietur propter communia conservanda.

*Martis xvj marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Vaudo, Ny. Lingocti, G. Fabri, G. Gavit, G. Ravonelli, Ja. Paqueti, H. de Ponte, A. Pecollati, G. de Crosa, P. de Versonay.

*(Pro Arva.)* — Fuit positum in deliberacione de tornis fiendis in

[1] La requête adressée par les syndics au duc de Savoie pour protester contre la prétention de son receveur d'astreindre les citoyens de Genève au paiement d'un subside levé sur les sujets du duc est conservée aux Arch. d'Etat (P. H., nº 733); elle est accompagnée de la copie des quatre pièces suivantes sur lesquelles les syndics fondaient leur droit :

1. Sentence rendue par l'empereur Frédéric à Saint-Jean-de-Losne le 7 septembre 1162 contre le duc Berthold de Zæringen et le comte de Genevois qui s'étaient emparés des régales de l'Eglise de Genève (Arch. d'Etat, P. H., nº 17, impr. par Ed. Mallet dans *op. cit.*, p. 346, Pièces justificatives, nº XLIII).

2. Vidimus de 1483 de la pièce apocryphe dite *Bulle d'or* (Arch. d'Etat, P. H., nº 16, impr. par Spon, *Histoire de Genève*, Genève, 1730, 2 vol. in-4º, Preuves, nº VII ; voir sur le caractère apocryphe de cette pièce, Ed. Mallet, *op. cit.*, p. 245 et suiv.).

3. Lettres patentes de l'empereur Charles IV du 25 février 1367 (Arch. d'Etat, P. H., nº 293, impr. par Spon, *op. cit.*, Preuves, nº XXXVIII).

4. Lettres patentes du comte de Savoie Amédée VI du 25 juin 1371 (Arch. d'Etat, P. H., nº 302, impr. par Spon, *op. cit.*, Preuves, nº XLIII).

Le duc de Savoie renvoya la requête des syndics à l'examen de la Chambre des comptes de Chambéry (voir plus loin, séance du 21 avril).

aqua Areris ad conservacionem Planipalacii, et conclusum quod petantur designarie per ordinem, et fuerunt deputati Jacobus Paqueti, Hugon. de Ponte et Petrus Gachet.

De subsidio ducali, fuit conclusum quod fiat supplicacio d. comiti Gebennesii, gubernatori Sabaudie, ad habendum provisionem, et quod mictatur ad jornatam cum excepcionibus et privilegiis.

*(Admodiacio.)* — Admodiatur Petro Ferrandi de Monte Callerio, burgensi Gebenn., carroneria seu tegularia civitatis Gebenn. spacio sex annorum die prima maii incohandorum sub firma cujuslibet anni duorum millium carronum per eum solvendorum in manibus receptoris. — *(Vide Veneris.)*

Fuit parte Nycodi Hernandi exhibita supplicacio per eum rev. domino nostro Gebenn. episcopo porrecta unacum commissione eidem adnexa ac relacione a tergo ejusdem agetata requirendo sibi provideri; fiat mandatum juxta relacionem. — *(Levatum est).*

Fiat mandatum Petro Marepoz, carpentatori, pro perda per eum facta in hospitali de vj florenis, et dirigatur mandatum H. de Ponte.

*(Substitucio.)* — Prefati d. sindici ad causas loco sui constituunt Johannem de Putheo et alios.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes Regis, alias Floquet, de Filingio, sutor, parrochie Sancti Victoris, qui dedit vij florenos, j plastronum. — *(Levatum est.)*

(62) *Veneris xix marcii*, existentibus in consilio egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Crosa, G. de Quarro, G. Ravonelli, G. Gavit, P. de Versonay, A. Pecollat, Ja. Paquet, H. de Ponte.

Petrus Ferrandi, acceptando admodiacionem sibi factam de tegularia Martis preterita, promictit solvere communitati in manibus receptoris quolibet anno duo milliaria carronum.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Petrus Jogueti de Gieta, navaterius, parrochie Magdalenes, qui dedit communitati vij florenos, j plastronum.

Fuit lecta lictera per rev. d. Philippum de Compesio, vicarium Gebenn., nunc commorantem Lausanne, d. sindicis missa.

De hiis qui se intromictunt de negociis civitatis absque deliberacione consilii; inquiratur et fiat crida ne quis se intromictat sine deliberacione consilii.



De arreragiis exigendis.

De lxxxxvj florenis debitis per dominum Ranversi; conveniatur cum eodem ut comodius fieri poterit.

*Martis xxiij marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — Ste. Pecollacti, A. Pecollati, G. Ravonelli, G. Gavid, G. de Crosa, P. Versonay, Ja. Paqueti, H. de Ponte, G. de Vaudo, M. Lingocti, G. Fabri, Jo. Levrerii.

Egregius Petrus Levrerii, pridem missus ad illustrissimum dominum Sabaudie pro liberacione Johannis Maliardi, fecit ejus relacionem; super qua fuerunt obtente lictere per eum exhibite coram consilio perlecte.

Super facto subsidii fiat supplicacio d. comiti Gebenn. et scribatur d. Francisco Vincencii et Johanni de Putheo.

Scribatur domino Clavisonis pro Guillelmo Joly, prout in minuta coram consilio perlecta.

*(Burgenses.)*

Franciscus Exchaqueti, sartor, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis qui dedit x florenos.

Item et Guillelmus Mistralis, de Sorra, lathomus, parrochie Sancti Germani, qui dedit vij florenos, j sellioctum.

Item Petrus Bruneti, de Vendovres, parrochie Sancti Victoris, qui dedit vij florenos, j sellioctum.

Item Andreas Copeti, lathomus, parrochie Magdalenes, qui dedit vij florenos, j sellioctum. — *(Levatum est.)*

(63) *Veneris xxvj marcii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis; — G. de Crosa, G. Fabri, G. Gavit, P. Versonay, P. Levrerii, A. Pecollat.

*(Burgensis.)* — Petrus Hospitis, de Chamonix, nauta, fuit creatus burgensis, qui dedit vij florenos, j plastronum. — *(Levatum est.)*

*(Vigil.)* — Mermetus Billiardi, alias Gringandi, fuit creatus vigil civitatis.

*Martis penultima marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis ; — G. de Vaudo, Ny. Lingocti, G. de Crosa, G. Ravonelli, G. Gavit, P. Versonay, P. Levrerii, Ja. Paquet, G. Roget, G. Fabri, A. Pecollat, H. de Ponte, G. de Quarro.

*(Burgensis.)* — Johannes Pilliodi, de Villario in Breyssia, condurerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis, qui dedit communitati viij florenos. — *(Levatum est.)*

Sigilletur appotheca Petri Falqueti, appothecarii, donec solverit sex florenos ex concordio super borgesia, aut satisfecerit de penis incursis. — *(Vide Veneris.)*

Mandatur receptori solvat egregio Petro Floreti, pro expensis per eum et ejus servitorem durantibus quatuor diebus quibus vacavit eundo ad. d. comitem Gebenn. ad causam subsidii ultimo in patria Sabaudie concessi, videlicet iiij florenos. — *(Levatum est.)*

De tallia domus domini Montiscanuti taxata lxxxxvj florenis, recipiantur septuaginta floreni, de residuo gracia facta, videlicet de xxvj florenis. — *(Levatum est.)*

De mictendo ad illustrem d. ducem pro causa subsidii, fuerunt deputati d. Franciscus Vincencii.

Pro causa monetarii, mictatur Chamberiacum cum pecuniis, videlicet v florenis pro actis et uno floreno pro expensis nuncii.

*(Burgensis.)* — Franciscus de Ayseriis, de Herchant, sellerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis, qui dedit viij florenos. — *(Levatum est.)*

(64) *Veneris 2ª aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis ; — G. de Quarro, G. Ravonelli, G. Gavit, Ny. Lingocti, G. de Vaudo, G. Fabri, G. de Quarro, P. Versonay, P. Levrerii, Ja. Paquet, H. de Ponte, A. Pecollat.

*(Burgenses.)*

Fuit creatus burgensis Guillelmus Berthodi, de Albenco, condurerius, parrochie Sancti Gervasii, qui dedit viij florenos.

Pariter fuit creatus burgensis Glaudius Pariseti, de Asserens, centurerius, parrochie Magdalenes, qui dedit viij florenos.



Mandatur receptori ut solvat [1] qui apportavit licteras libertatis concesse per serenissimum regem Franchorum mercatoribus eundi et redeundi etc., iij florenos, que ibidem fuerunt lecte.

De facto Petri Falqueti, appothecarii, qui non est burgensis, qui nichilominus continue pluribus annis in minutis vendidit, ob quod, secundum franchesias, omnia bona vendita fuerunt confiscata, super quo prefati consindici fecerunt clamam in manibus Guillelmi de Quarro, locumtenentis d. vicedompni, eundem requirendo quatenus eis justiciam ministret et ejus appothecam sigillet donec habita racione de commissis, et remictitur ad Martis ad audiendum appunctuamentum. — *(Martis.)*

Mandatur receptori solvat egregio Petro Levrerii, pro expensis per eundem factis durantibus xv diebus quibus vacavit eundo ad illustrissimum d. ducem, et aliis per eundem fiendis reeundo ad eundem d. ducem pro negociis civitatis, eciam portando licteras domini Montisjovis, d. officialis Gebenn. et domini de Alimes, prout in minutis, xij florenos.

*Dominico quarta aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis ; — d. P. Millieti, d. Jo. de Crosa, d. Jo. Regis, G. de Quarro, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. de Versonay, Andrea Guat, P. Levrerii, H. de Ponte, Jo. de Cro, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, G. de Crosa, B. Vincencii, Jo. de Lompnis, B. Montyonis, Ste. Marquet, Jo. Novelli, Andrea Bernardi, Rolando Boysserii, Henrico Beatrisii, P. Bidalis, Hugon. Borcadi, Reymondo Lullini, Henrico de Nanto, Ny. de Nanto seniore, B. Malliet, Jo. Ballieti, G. Borcadi, d. Jo. de Saxo, Ste. de Furno, Hugon. Larchier, Jo. de Monte, Aymoneto Sonnerii, P. Johanne Bruni, Jo. Galliardi, Nycodo Janini, Johanne Chassiez, Anthonio de Fontana, Johanne Luppi, Martino Bellocti, Glaudio de Castronovo, Petro Jaqueti, Jacobo Le Barbier, P. Braset, Girardino de Retro, Aymonino Bocheti, Anthonio Bonaterii, Jo. de Aveneriis, Ste. Jacobi, P. Francisci, Colino Chicandi, Jo. Boconis, Andrea de Nomine, P. Mermodi, Ste. de Furno, Glaudio Cadodi, Jo. Boconis, Hugon. Ra-

[1] Le nom est resté en blanc.

melli, P. Janini, P. Laurencii, Bezansono Dorerii, Johanne Pollitoz, Janino Bornandi, Hugon. Artaudi, Ste. de Putheo, Janino de Mara, Marqueto Boudet, Glaudio Faguex, H. Montagnier, Petremando de Malodumo, Francisco Borsat, G. Fabri, Petro Gabet, B. Savarini, Paulo Macheret, Jo. Alesii, Johanne Balli, Amedeo Oboli, P. de Orseriis, Hugon. Renguisii, Aymone Regis, Ja. de Muro, P. Perfontane, Ansermeto de Tupho, Georgio Ginodi, Henrico Fabri, Ja. Rore, Johanne Ponceti, Thoma Banosii, P. Flory, Johanne de Bign[ino], A. Millaneys et pluribus aliis bono numero civibus et burgensibus Gebenn.

Fuerunt lecte lictere cessus exequute instante rev. domino nostro Gebenn. episcopo Jo. de Compesio [1], et fuerunt deputati ad conferendum super contentis in eis cum dominis de capitulo consilium ordinarium et cum eodem venerabiles viri d. P. de Millieti, Jo. de Crosa, Johannes Regis, jurisperiti, ac B. Vincencii, Jo. de Lunes, Petremandus de Malodumo, Ja. de Mara, Ste. de Putheo, Bezansonus Dorerii, Petrus Jaquet, Glaudius de Castronovo, Girardinus de Retro, P. Mermodi, Jo. Novelli, P. Francisci, P. Braseti, Ja. de Muro et Henricus Beatrisii.

Ibidem fuerunt lecte lictere regales dacionis libertatis mercatoribus mercandi et negociandi tam in patria Sabaudie quam alibi [2].

Ibidem Johannes Maliardi retulit quo modo fuit detentus per dominum Lompnarum, et indebite compositus ad iij$^{c}$ et l$^{ta}$ florenos ult[r]a triginta scuta regia et unum scutum vetus que defferebat; fiant provisiones erga d. vicarium super disposicione juramenti et illustrem ducem.

(65) *Martis vj aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, P. de Nanto, consindicis; — G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, G. de Crosa, Ny. Lingocti, G. Gavit, G. Fabri, P. de Versonay, Ja. Paquet, H. de Ponte, A. Pecollat, G. de Quarro.

[1] La bulle papale qui mit l'interdit sur Genève est conservée aux Arch. d'Etat, P. H., n° 721; elle est imprimée dans le *Magnum bullarium romanum, Continuatio,* pars III (Luxemburg, 1730, in-fol.), p. 284-286; voir Ed. Mallet, *op. cit.*, p. 259, et J.-A. Gautier, *op. cit.*, p. 430 et n. 4.

[2] Arch. d'Etat, P. H., n° 722; ces lettres patentes sont datées de Tours, 24 février 1483 [v. st.].



Mandatur inhiberi Nycodo Armandi ne procedat ad constructionem muri inter communia et ejus ortum prope Urtebise.

*(Injunctio.)* — Injungitur relicte Anthonii Fabri, presenti, ut infra Dominico futura deruat scanum econtra ejus domum a parte Domus ville constructum, cuiquidem injunctioni eadem relicta non consenciit sed de appellando protestata fuit. — *(Vide xxj aprilis.)*

De franchis pro pondere bladi, servetur lictera super hoc confecta.

De Petro Falqueti, fiat sibi confirmacio borgesie, prout fuit appunctuatum 2$^{a}$ marcii proxime decursa.

*Veneris ix aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, P. de Nanto consindicis; — G. de Crosa, G. Quarro, Ny. Lingocti, P. de Versonay, Ja. Paqueti, G. de Vaudo.

*(Lictere testimoniales.)* — Prefati d. sindici requisierunt G. de Quarro, locumtenentem d. vicedompni, quatenus eisdem justiciam ministret de debentibus de leva ultimo facta, et de hujus requisicione licteras testimoniales fieri.

Mandatur receptori ut solvat Glaudio de Chinigno, dicto Boveron, servitori d. comitis Gebenn., qui fuit Lausane pro requirendo d. vicarium ut revertatur ad hanc civitatem Gebenn. pro justicia ministranda, ij florenos.

Supervenerunt cives et burgenses commorantes supra pontem Rodagni, querelam facientes de macellariis scana tenentes supra eundem pontem in prejudicium boni communis, quod cedere potest in scandallum equorum et personarum ibidem transitum faciencium; remictitur ad Martis ad audiendum ordinacionem. — *(Martis.)*

*(Burgensis.)* — Johannes Minardi, borserius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis, qui dedit viij florenos. — *(Levatum est.)*

(66) *Martis xiij aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Vaudo, G. de Quarro, G. Gavit, P. de Versonay, G. Fabri, G. de Crosa, Ja. Paqueti, H. de Ponte, A. Pecollat, Ny. Lingot, Jo. Maliardi, G. Rogeti.

Mictatur Rome supplicacio pro hospitali ad obtinendum veniam a pena et culpa in favorem hospitalis [1].

*(Assignacio.)* — Ibidem d. sindici fecerunt clamam contra Petrum Baconis, piscatorem, et Petrum de Chambet, lathomum, qui fuerunt usi franchesiis absque eo quod fuerint burgenses, qui fuerunt assignati per castellanum G. de Quarro comparituri in Insula, et ibidem arrestum tenturi donec satisfacto de pena franchesiarum.

*(De macellariis.)* — De macellariis existentibus supra pontem Rodagni, fuit appu[n]ctuatum quod teneant macellum infra domos, et quod nullum fiat scanum econtra et prope pontem levantem ad evictandum scandellum.

Ibidem Franciscus de Fogia exhibuit ejus computa que commictuntur recipienda et audienda Ny. Lingocti, et Ja. Paqueti.

De fratribus pontis Areris, qui obtinuerunt veniam in ipsorum conventu hiis tribus futuris diebus, et requirunt deputari duos homines ad recipiendum pecunias ne perdantur; conferatur cum dominis de capitulo.

De scanno relicte Anthonii Fabri fuit conclusum quod tollatur incontinenti post Pascha.

*Mercuri xxj aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. de Quarro, A. de Sancto Michaele, Ny. Lingocti, G. Ravonelli, G. Gavit, P. de Versonay, Ste. Pecollat, Jo. Malliardi, G. de Crosa, P. Levrerii, H. de Ponte, Ja. Paquet, A. Pecollat, G. de Vaudo, G. Fabri.

Fuit ordinatum quod in exitu consilii deruatur scanum existens econtra domum liberorum Anthonii Fabri a parte Domus ville.

*(Pro libertate nundinarum.)* — Hugoninus de Boulo, pridem missus ad regem Franchorum pro libertate habenda in favorem mercatorum negociandi ubi sue fuerit voluntatis, et exhibuit licteras originales super hoc factas et sigillo regio sigillatas et exhibuit rotulum expensarum per eum factarum [2]; visitetur.

[1] Sur les démarches des syndics et du conseil pour obtenir une bulle en faveur de l'hôpital des pestiférés récemment construit, voir J.-J. Chaponnière et L. Sordet, *op. cit.*, p. 289; le texte de la bulle est imprimé, *ibidem*, p. 445, Pièces justificatives, nº XVII.

[2] Voir Borel, *op. cit.*, p. 45.



*(Pro subsidiis.)* — Petrus Levrerii exhibuit licteras a ducali celsitudine Sabaudie obtentas super subsidiis parte ducali petitis, per quas commictitur dominis cammere cognicio an vel ne civitas teneatur ad solucionem; mictantur Johanni de Putheo, procuratori civitatis in curia Chamberiaci, cum lictera missiva.

Dentur rev. patri [1] fratri Machardi, qui hac Quadragesima proxime lapsa in hac civitate verbum Dei predicavit, xv floreni.

Et pariter fratri Johanni Borgesii, qui eciam predicavit eadem Quadragesima, xij floreni. — *(Levatum est.)*

*(Requisicio.)* — Sumatur informacio de associantibus et retrahentibus P. Tornerii, et inde ministretur justicia et de ita faciendo fuerunt instanter requisiti de Quarro et Crosa.

(67) *Veneris xxiij aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — Jo. Maliardi, G. Gavit, P. de Versonay, Ny. Lingocti, G. Ravonelli, P. Levrier, G. Roget, Ja. Paquet, G. Fabri, G. de Quarro.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Petrus Gervasii, de Langino, lathomus, parrochie Sancte Crucis, pro et mediantibus vij florenis. — *(Levatum est.)*

Fuit parte communitatis de Yverdone presentata lictera missiva domini Montisjovis per quam exortatur expediri eidem communitati certam quantitatem bussy, et fuerunt deputati H. Emerici, G. Ravonelli et Jo. Maliardi ad requirendum mercatores bussum vendentes ut dictis de Yverdone, precio competenti, expedire velint.

Comictitur egregiis Petro Levrerii et Jacobo Paqueti taxandi libram carnium vendendarum hinc ad Ascensionem Domini.

Visitentur carnes per extraneos vendende.

*Dominico xxv aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — Ste. Pecollat, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. de Versonay, P. Levrerii, Ja. Paquet, H. de Ponte, A. Pecollat, Jo. Maliardi.

*(Requisicio.)* — Iterum et denuo G. de Quarro, locumtenens d.

[1] Le nom est resté en blanc.

vicedompni, fuit requisitus instanter parte d. sindicorum ut sumat informacionem de associantibus et retrahentibus P. Tornerii qui insultum commisit.

Pariter fuit requisitus ut sumat informacionem de intulentibus minas dicto Madina, patisserio, ad eo quod facit panem racionabilem.

Fuit positum in deliberacione quod d. commissarii episcopales ceperunt n. Franciscum Pellicerii qui presencialiter est detentus in castro Terniaci, allegans se esse clericum, et querunt consilium quid facere debent, et conclusum quod [1]

*(Requisicio.)* — Sumantur informaciones contra illos qui intulerunt minas d. sindicis, et super examinente magister Johannes serviens generalis, Henricus Folliosii, vigil, dictus arbalesterius, P. Levrier et n. Ludovicus de Fernay et de ita faciendo G. de Quarro fuit requisitus.

*(Crida.)* — Fiat crida ne quis de die sive de nocte defferat per civitatem arma offensibilia, nec incedat de nocte absque candela sub pena privacionis borgesie et sex tractuum corde.

De Ludovico filio G. Ravonelli et Philippo Curt, detentis in Insula instantibus d. commissariis episcopalibus, et conclusum quod relaxentur juxta tenorem franchesie nisi appareat denunciator.

Quia d. prior Sancti Victoris et dominus Lompnarum qui ceperunt Johannem Maliardi, et eundem composuerunt sine causa, eosdem requiratur ut partem lesam et communitatem contentare velint cum protestacionibus opportunis.

*(Denunciacio.)* — Ibidem dictus Johannes Maliardi denunciavit contra eos qui ipsum ceperunt requirens eos detineri per G. de Quarro.

(68) *Martis xxvij aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, G. de Quarro, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. de Versonay, H. de Ponte, P. Levrerii, Ja. Paquet, G. de Crosa (non expectavit consilium), Ste. Pecollat, A. Pecollat.

*(Burgenses.)*

Fuit creatus burgensis Georgius Sangaudi, aurifaber, parrochie Sancti Gervasii, pro et mediantibus viij florenis, j plastrono.

[1] La phrase est inachevée.



Item Johannes Belleboche, chausaterius, parrochie Magdalenes, pro et mediantibus viij florenis, j plastrono.

Item Sturphinus Botaz, de Savilliana, appothecarius, parrochie Magdalenes, pro et mediantibus viij florenis, j plastrono.

*(Levatum est.)*

Datur licencia Nycodo Armandi perficiendi murum per eum ceptum inter ejus ortum et communia de Urtebise pro et mediantibus iiij florenis.

*(De pondere bladi.)* — Fuit porrecta supplicacio parte patisseriorum per quam petunt experiri tabulam ponderis panis sumptibus ipsorum; commictitur experiencia ejusdem ponderis Glaudio Ravonelli, Girardo de Vaudo, Jacobo Paqueti et Petro Gachet, Martis refferendum. — *(Martis.)*

*Veneris ultima aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Quarro, A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, G. Gavit, P. de Versonay, P. Levrier, Ja. Paquet, H. de Ponte, G. de Crosa, G. Fabri, G. Roget.

Fuit lecta lictera parte ducali missa, et conclusum quod ad eum mictatur unus ad eum regraciandum de contentis in lictera.

Mandatur receptori solvat Mermeto Borsat, causa vendicionis certarum plantarum quercuum, ix florenos, ij grossos. — *(Levatum est.)*

De d. priore Sancti Victoris qui querit via amicabili differenciam existentem inter civitatem et eundem ad causam capcionis Johannis Maliardi; eligantur duo ad tractandum.

De Deygno faciat peticionem contra sindicos qui habent auctores.

Mandatur receptori solvat Hugon. de Boulo, causa in rotulo, lxxxix florenos, iij grossos. — *(Levatum est.)*

(69) *Sabbati p^a maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. de Versonay, Ja. Paquet, G. Fabri, A. Pecollat, Glaudio de Castro, Petro Bidalis, P. Magistri Petri seniore, Janino Bornandi, Henrico de Fontaneis, Anthonio Millanesii, Jacobo Nerga, Janino de Mara, Petremando de Malodumo, Johanne de

Lompnis, Johanne Albi, Petro Palu, P. Levrier, Ansermeto Bernardi, Hugon. Larchier, Monetus dorerius.

Iterum fuit lecta lictera par[te] illu. principis domini nostri Sabaudie ducis civitati directa, et positum in deliberacione an sit expediens mictere ad eundem illu. tam pro regraciando eundem de libertate nundinarum ejus favore a rege obtenta quam pro salvisconductibus nundinarum et subsidiis petitis; congregetur ad diem crastinam consilium generale.

*Dominico 2ª aprilis* [*maii*], existentibus in consilio generali, more solito congregato, egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — Nycolino Lingocti, Glaudio Gavit, Bonifacio de Sancto Michaele, Petro de Versonay, Jo. de Lompnis, Anthonio Pecollat, Petro Levrerii, Janino Bornandi, Andrea Gervasii, Gervasio Taconis, Petro de Orseriis, Johanne Veluti, Cristino Tombeti, Petro de Roverea, Francisco Borsat, Johanne Nandini, Clasquino de Castro, Johanne Lombardi, Nycolino Ginodi, Guillelmo Lullini, Johanneto Borcardi, Regnerio Lire, Johanne Nerga, Glaudio Rolandi, Anthonio Cortagerii, Andrea Guacti, Jacobo Lingocti, Guillelmo Curti, Johanne Margollier, Petro Vignioli, Roleto Nycolay, Glaudio Thoreni, Anthonio Millanesii, Nycodo Janini, Petro Janini, Hugon. Ramelli, Martino Bellocti, Johanne Debit, Henrico de Fontaneis, Petro Garnerii, Johanne Boulo, Jacobo de Vellis, Petro Mantillion, Glaudio Balli, Hermando de Domo, Petro Magistri Petri seniore, Stephano de Putheo, Ansermeto Bernardi, Petro Montagnierii, Petro Palu, Johanne Caudy, Johanne Guillet, Glaudio Fardodi, Nantermeto Tissocti, Glaudio de Castronovo, Johanne Albi, Johanne Malagniodi, Benedicto Franzonis, Petro Bidalis, Francisco Clerici, Stephano Borgesii, Ludovico Baruti, Johanne Cristini, Jacobo Vuarosii, Jaquinino Balli, Stephano Folliosii, Johanne Buffleti, Johanne Rolini, Emerico Pelardi, Aymone de Cresto, Guillelmo de Quarro, Guillelmo Balleti, Johanne Martini, Johanne Alesii, Guillelmo Borcardi, Roleto Marchiandi, Petro Scaliberti, Glaudio Taconis, Glaudio Ravonelli, Petro Gachet, Hugon. Vallerii, Johanne Luppi, Johanne Collombi, Oddeto Taconis, Reymondo Boneti, Francisco Patrici et pluribus aliis tam civibus, burgensibus quam habitatoribus Gebenn., totam communitatem representantibus.



Fuerunt lecte lictere dacionis libertatis concesse in favorem mercatorum per serenissimum regem Franchorum contemplacione illu. principis domini nostri Sabaudie ducis.

Item alie lictere missorie parte ducali sindicis et communitati directe.

Item declarate lictere dominicales vigore quarum fuerunt declarate pene contra quemlibet de civitate 1 marchorum ob non solucionem subsidii ultimo in ducatu Sabaudie concessi.

Item fuit declaratum qualiter fuerunt facte plures expense per Hugon. de Boulo qui solicitavit ambaxiatores ducales erga curiam regiam destinatos pro dicta libertate obtinenda, et inde plura dona conventa, et de modo habendi pecunias pro satisfaciendo.

Et fuit commissum consilio ordinario et duobus ex qualibet designaria civitatis de modo habendi pecunias sufficientes ad satisfaciendum de premissis, qui post modum refferre habeant in consilio generali.

Item quod P. Floret et Nycolinus Lingoti se transferre debeant ad ducalem celsitudinem pro responsione dicte lictere missorie fienda.

(70) *Lune tercia maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, consindicis; — G. de Quarro, Anthonio Monitier, Glaudio Gavit, B. de Sancto Michaele, Nycolino Lingocti, P. de Versonay, P. Levrerii, Andrea Guacti, Ja. Paquet, Jacobo Robini, Bartholomeo Vincencii, Girardino de Retro, Johanne Donzelli, Hugon. Vallerii, Henrico de Fontaneis, Petro Tornerii, Theobaldo Albi, Nycodo de Villario, Peroneto Cabussat, Jacobo Vuarosii, Petro Mollot, Bartholomeo Chivanderii, P. Exertonis, Regnaudo Rogoz, Hugon. Boconis, Johanne de Crosa, Jo. de Palude, P. Mermodi, Guillelmo Bolomerii, Vouterio Charnavelli, Johanne Calabri, Petro Mermodi, Petro Cortagerii, Petro Jaqueti, Bartholomeo Chivanderii, Reymondo Lullini, Nycodo de Nanto, Janino de Mara, Johanne de Fernay, Johanne Gachet, Gervasio Taconis, Francisco de Vaudo, Johanne Blanchet, Reymondo Bovet, Hugon. Artaudi, Michaele Cornuti, Johanne de Lyon, P. Magistri Petri seniore, Clasquino de Castro, Henrico Serrallion, Colino Chicandi, Stephano Folliosii, Girardo Veluti, Johanneto Borcardi, Andrea de Nomine, Roleto Marchiandi, Johanne Bernardi, Petro Mantillion, Petro de Genesta, Petro Vuazel, Jacobo

Charrotonis, Ja. de Veruffis, Symondo de Rippa, Guillelmo Balleti, Andrea Gervasii, Jacobo de Muro, Anthonio Millanesii, Olyverio Taconis, Johanne Veluti, Benedicto Mallieti, Hugon. Borcardi, Johanne Ramelli, Jacobo de Nemoribus, Hugon. de Nanto, Anthonio Vuaremberti, P. Gabet, Guillelmo Nycolay.

Insequendo ordinacionem die herina in consilio generali factam, fuit positum in deliberacione de modo habendi pecunias pro subvencione onerum communitati eventorum; et conclusum quod fiat imposicio super malvatico, ypocrate et vino ad unum grossum pro quolibet floreno, et conferatur cum dominis de capitulo et refferatur cras, in consilio generali.

*Martis iiij^ta maii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. Versonay, P. Levrerii, Ste. Pecollat, G. de Vaudo, B. de Sancto Michaele, A. Pecollati, G. de Crosa.

Fuit positum in deliberacione quomodo certi populares, ad obviandum conclusioni heri facte, certas fecerunt congregaciones minas inferendo sindicis et consulibus; et conclusum quod teneatur die crastina consiliuni generale in quo convocentur commissarii episcopales qui ostendere debeant dampna que evenire possunt ex rebellione popularium, de qua rescribent ducali celsitudini cum nominibus et cognominibus talia procurancium.

*(De P. Tornerii.)* — Ibidem fuit lecta lictera per rev. dominum Montisjovis missa super facto Petri Tornerii; rescribatur domino Montisjovis cum judiciis per eundem Petrum perpetratis ut, informatus, rescribat beneplacita adimplenda.

(72)[1] *Veneris vij maii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Quarro, G. Ravonelli, G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, P. Levrier, A. Pecollat, P. Braset, Jo. de Lompnis, P. Gachet.

[1] Le feuillet 71 est blanc.



*(Lictere testimoniales.)* — Johannes de Lompnis dixit prefato Petro Floreti : *Vous tenes une palliarde en votre mayson*, que verba incontinenti idem P. Floreti reputavit ad animum et injuriam et de hiis licteras testimoniales sibi fieri; quibus gestis, idem de Lompnis veniam peciit, cui idem P. Floret, de amore et contemplacione ibidem existencium, injuriam remisit, pro et mediante uno turture sero in cena expendendo cum pertinenciis.

*(Confessio.)* — || Ibidem prefatus Johannes de Lompnis debere confitetur n. Bonifacio de Sancto Michaele, presenti, videlicet quinquaginta florenos auri parvi ponderis ex causa boni mutui eidem realiter facti in presencia ibidem existencium, quos solvere promisit hinc ad nundinas augusti. — || *(Cancellatum est de voluntate parcium.)*

*Martis xj maii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, B. de Sancto Michaele substitutis; — G. de Vaudo, Ste. Pecollat, G. Ravonelli, Ja. Paquet.

*(Pro cridis.)* — Quia fuerunt facte cride ne quis defferre auderet per civitatem arma offensibilia sub penis in ipsis cridis descriptis, nichilominus tamen plures, in spretum ipsarum cridarum, eadem arma defferunt; requiratur locumtenens d. vicedompni ut illas exequatur, et quem requisierunt dicti consindici paratos se offerentes eundem fortem facere, alias protestantur contra eundem de negligencia sua.

*(De coreis.)* — Prohibeatur mimis et taborinis, sub pena lx solidorum, ne ipsi in platheis publicis suis instrumentis ludere audeant nec p(r)opulares ad coreas publicas convocent. — *(De coreis.)*

(73) *Veneris xiiij maii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, B. de Sancto Michaele, substitutis; — G. Ravonelli, Ste. Pecollat, P. de Versonay, Ja. Paquet.

Fuit lectum memoriale missum per Johannem de Putheo super facto subsidiorum, et conclusum quod rescribatur Johanni de Putheo quod recipiat responsionem dominorum camere mictendam egregio Petro Floreti consindico existenti presencialiter in curia ducali.

*Martis xviij maii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de

Veyriaco, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, Ste. Pecollat, G. Ravonelli, P. Levrier, Ja. Paquet, H. de Ponte, A. Pecollat, P. de Versonay, G. de Crosa, G. de Quarro, G. Vaudo.

Fuit positum in deliberacione quod Franciscus de Fogia petit sibi satisfieri de labore per Girardum, ejus quondam patrem, habito in reparacione Arve et constructione hospitalis, et scriptura computorum suorum; fiat ut consuetum est et non alias, et quia habuit labores extraordinarios eidem intrentur xxx floreni.

De adventu reverendi domini Montisjovis ut domini principis nostri [1]; notifficetur sociis.

De coreis prohibendis, fiat prohibicio voce cride.

De ponte Fusterie, fiant cride quod omnes occupantes platheam Fusterie vacuare habeant infra tres dies.

De muro quem Petrus de Genesta construi facit in ejus domo econtra Insulam, visitetur per sindicos et consilium hodie, post prandium.

Quia consilium ducale quasdam fecit condempnaciones contra cives, incolas et habitatores Gebenn., quemlibet quorum condempnavit ad l marchas argenti; fiat appellacio.

De Johanne Novelli, cui G. de Quarro minas intulit de ipsum personaliter capiendo, promictant stare ordinacioni consilii.

*Veneris xxj maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, G. de Vaudo, G. Ravonelli, P. de Versonay, Ja. Paquet, P. Braset, G. Cavucini, P. Porralis, A. Pecollat.

Quia fusterii non servaverunt ordinata fuit conclusum quod in exitu hujus consilii injungatur eisdem quod vacuent platheam communem Fusterie sub pena perdicionis fuste; et ita fuit injunctum per castellanum.

Item hora 2ª post meridiem visitetur novum opus (per) per Petrum de Genesta supra pontem Rodani econtra Insulam ceptum.

(74) *Martis xxv maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis :

[1] François de Savoie fit son entrée à Genève le 25 juillet (voir plus loin, séance du 26 juillet).



d. F. de Veyriaco, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, G. de Quarro, G. Ravonelli, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. Pecollat, P. Levrerii, Ja. Paquet, Hugon. de Ponte.

Fuit lecta lictera per n. et potentem Anthonium de Foresta, magistrum hospicii ducalis celsitudinis Sabaudie, de insultu sibi, ut pretendit, in Versoya facto et in domo n. P. de Saxo; rescribatur quod hii qui hujusmodi insultum fecerunt sunt ecclesiastici, super quibus non competit juridictio civitati.

Quia Petrus Tornerii, insistendo maleficiis suis, quodam sero accessit ad domum habitacionis relicte magistri Guillelmi scriptoris, et in eadem domo per fenestram per eum fractam intravit et ibidem plura illicita fecit.

Ulterius commissarii ducales ad custodiam episcopatus deputati minantur de incarcerando cives et burgenses et ulterius levaverunt certas mensuras.

Mandantur intrari Jacobo Robini, olim exactori introgiorum bocetorum, tresdecim florenos, quatuor solidos, pro quadam navi vini per n. P. de Peymes recepta, prout alias fuit ordinatum, xiij florenos, iv grossos; et eidem fiat quictancia de firma intratus dictorum xiij florenorum, iiij grossorum.

Mandatur receptori solvat Michaeli Lyonardi pro viagio noviter per eum facto in Pedemoncio, pro condempnacione facta per dominos camere [1] contra habitatores Gebenn., iiij florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat dicto Faulcon, heraldo ducalis celsitudinis Sabaudie, pro pena et labore per eum habitis eundo Lugdunum pro cridari faciendo libertatem per regem Franchorum mercatoribus concessam, vj florenos.

*Veneris xxviij maii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyrier, H. Emerici, consindicis; — G. Gavit, P. Levrier, Ja. Paquet, A. Pecollat.

Fuit lecta lictera missiva per cives et burgenses ville de Metis tramissa.

Supervenit Andreas Orjollet habens unum bovem alte pinguedinis

[1] Voir p. 319, n. 1.

requirens precium justum apponi; cui fuit licencia impartita vendendi libram iiij denariis.

*Martis p^a junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis: d. F. de Veyrier, P. Floret, H. Emerici, consindicis; — G. Gavit, Jo. Maliardi, A. de Sancto Michaele, P. de Versonay, P. Levrerii, H. de Ponte, Ja. Paquet, G. Ravonelli, G. de Castronovo, A. Pecollat, Ja. Nerga, P. de Genesta, Marqueto Toniaudi, P. Mermodi, Henrico de Fontaneis, P. Exerton, Ja. de Mara, P. de Malodumo, Guillelmo Roget, Richardo Baberio, Clasquino de Castro, Hugon. Ramelli, P. Braset, Mermeto Montagnierii, G. Cavucini, Bezansono Dorerii, Benedicto Mallieti, Dominico de Poys, Jo. Balli, Rolando Boysserii, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. de Crosa, Jo. Calabri, G. Couet, Andrea Gervasii, Olyverius Chapuysii, Gervasio Taconis, Johanne Luppi, Jo. de Plathea, P. Francisci, G. de Quarro, Andrea Guacti, Ste. de Putheo, Bartholomeo Chivanderii.

Egregius P. Floret, ducalis secretarius, consindicus, presentavit licteram missivam rev. domini Montisjovis cum licteris libertatis concesse per ducalem celsitudinem in favorem nundinarum et licteras provisionis ad causam subsidii ducali celsitudini concessi.

Mandatur receptori solvat dicto P. Floret, pro expensis per eum premissorum occasione factis et descriptis in rotulo, xliij florenos, j grossum. — *(Levatum est.)*

(75) Fuit positum in deliberacione quod fuit petitum parte illustris et revmi domini Montisjovis quod cives paciantur hospitari per forrerium et quod G. de Quarro cum n. Glaudio de Castro forrerio accedat ad hospicia amicabiliter habenda; et conclusum quod hoc esset contra libertates Gebenn. que servari debent et servari petantur [1].

De modo tenendo in adventu prefati domini qui, ut princeps et episcopus Gebenn., in brevi est venturus; et conclusum ut in rotulo.

[1] En 1473, les citoyens de Genève avaient obtenu de leur évêque, Jean-Louis de Savoie, moyennant un don de 400 florins, une déclaration qui les exemptait de fournir des logements aux gens de sa suite, *Reg. du Cons.*, t. II, p. 188-199 et Grenus, *Fragmens historiques sur Genève avant la Réformation* (Genève, 1823, in-8°), p. 41-42.



De predictis licteris salviconductus, fiant cedule et ponantur per carraphos civitatis ut mercatores scientes libencius veniant.

*(Mandatum.)* — Visa quictancia per quondam Girardum de Fogia, receptorem civitatis, facta n. Amblardo de Veygier de xx^ti florenis ad causam stabulorum Bartholomei Rupt, sitorum in Ripparia retro domum dicti Amblardi, sub anno Domini m° iiij^c lxxxij et die xxiij februarii, insequendo ordinaciones alias super hiis factas, mandatur micti in possessione dictorum stabulorum donec restitutis dictis xx florenis. — *(Levatum est.)*

Parte Francisci, Johannis, Ansermi et Ludovici, filiorum quondam Girardi de Fogia, fuit porrecta supplicacio per quam petunt super computis reddendis per eosdem de gestis per dictum eorum quondam patrem mite agi.

Fuit ordinatum quod fiant vigillibus vestes et pilea nova de devisa civitatis.

Reffert Johannes Calabri, lathomus, et Jacobus Paqueti visitasse murum constructum sub ponte Sancti Christofori, et ibidem reperisse septem teysias cum quarto ad racionem trium primarum teys[i]arum trium florenorum et quatuor cum quarto ad racionem xxx grossorum, summa xx floreni, xviij denarii.

Mandatur receptori solvat dicto Falcon, heraldo ducalis celsitudinis Sabaudie, pro pena et labore per eum habitis eundo Lugdunum et cridari faciendo libertatem per serenissimum regem Franchorum mercatoribus concessam, inclusis v florenis per eundem heraldum pro hujusmodi crida exbulsatis, xviij florenos. — *(Levatum est.)*

*Veneris iiij^ta junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis: d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, consindicis; — G. Gavit, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, G. de Quarro, P. de Versonay, Ja. Paquet, Anthonio Pecollat.

*(Admodiacio furni.)* — Admodiatur Francisco Mariglerii, habitatori Gebenn., fornerio, furnum civitatis Domus ville, spacio trium annorum die festi Penthecostes proxime futuri incipiendorum et simili die finiendorum, sub firma xxiiij^or florenorum et ducentum fassinarum pro quolibet anno solvendorum terminis assuetis.

*Lune vij junii,* existentibus in consilio generali more solito congregato egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, consindicis ; — G. Gavit, Bonifacio de Sancto Michaele, Ste. Pecollat, A. Pecollat, Matheo Scarron, Glaudio de Castronovo, Petro Francisci, Hugon. de Boulo, Petro Albi, Petro Braset, Glaudio Cavucini, Petro Porralis, Mermeto Montagnierii, Jacobo Paqueti, Marqueto Godet, Johanne Spatule, Johanne Boconis, Michaele Bernardi, Francisco de Mota, Petro Navis, Leodegario Prepositi, Hugon. Borcardi, Lamberto Cusini, Bartholomeo de Cabanis, Roleto de Vaudo, Petro Gachet, Reymondo Bonet, Ste. de Putheo, Glaudio Arnaudi, Hugon. Artaudi, Jacobo Quibleti, Francisco Patri, Johanne Challex, (76) Petro Johanne Bruni, Perreto Chinuti, Anthonio Pacocti, Hugon. Fuserii, Bartholomeo Savarini, Nycodo Testuti, Henrico Beatrisii, Francisco Malliet, Jacobo Nepotis, Girardino de Retro, Petro de Versonay, Johanne Buffleti, Petremando Culat, Bartholomeo Vincencii, Guillelmo Borcardi, Petro Laurencii, Anthonio Cortagerii, Bezansono Dorerii, Roleto Rosseti, Johanne Galliardi, Hugon. de Ponte, Ny. Lingocti, Johanne de Gayo, Moneto Sonnerii, Petro de Veytey, Guillelmo Cort, Johanne Braseti, Johanne Calabri, Georgio Porterii, Colino Chautens, Girardo Veluti, Roleto Marchiandi, Johanne Roberti, Johanne de Ferney, Petro Tornerii, Petro Vignioli, Johanne Bueti, Colino Chicandi, Johanne Besson, Glaudio Ravonelli, Johanne Balli, Francisco de Fogia, Jacobo de Fontana, Guillelmo Balleti, Benedicto Mallieti, Francisco Borsat, Guillelmo de Quarro, Georgio Ginodi, Guillelmo Bonifacii, Johanne Naudini, Andrea Gervasii, Petro Burgensis, Bartholomeo Chivanderii, Janino Bornandi, Henrico de Nanto, Johanne Lombardi, Johanne de Boulo, Ansermeto Jolit, Johanne Banderie et pluribus aliis tam civibus, burgensibus quam habitatoribus Gebenn.

Egregii Petrus Braseti, Mermetus Montagnierii, Glaudius Cavucini, Petrus Porralis et Jacobus Paqueti, super computis in alio generali consilio eisdem commissis, eorum relacionem fecerunt prout in quaternis in eorum manibus existentibus, requirentes sibi de labore satisfieri.

Et fuit commissum consilio ordinario deputandi exactores arreragiorum et aliorum debitorum communitatis, et cum eisdem exactoribus conveniendi ; laboresque dictorum commissariorum taxandi et eis satisfaciendi.



*Martis viij junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, consindicis ; — G. Gavit, G. Ravonelli, P. de Versonay, Ny. Lingocti, G. de Castronovo, Ste. Pecollat, H. de Ponte, G. de Quarro, A. Pecollat, G. de Vaudo, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa, P. Braset, A. Gervasii.

|| Deducantur receptori grossi hodie consiliariis debiti quia, Dei amore, dati fuerunt cuidam pauperi mulieri. ||

Pro facto Johannis de Plathea contra Angellum Mulet, rescribatur apud Luchernoz.

Fiat crida quod qui voluerit facere exactionem arreragiorum pro minori de v^to^ denario veniat ad d. sindicos.

*(Requisicio.)* — D. sindici requisierunt Petrum Braseti, Petrum Porralis et Glaudium Cavucini, presentes, ut eisdem expedire velint librum arreragiorum et debitorum civitatis, prout heri in consilio generali ; retulerunt paratos se offerendo eisdem de laboribus primis taxatis satisfacere ; quiquidem P. Braset et consortes se ad hoc obtulerunt sibi prius satisfacto, factis hinc inde protestacionibus quod per eos non stabit quominus eadem arreragia exigantur.

(77) *Veneris xj junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto ; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. de Versonay, Ste. Pecollat, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa, Ja. Paquet, G. de Castronovo, H. de Ponte, A. Pecollat, G. de Vaudo, Andrea Gervasii, P. Levrerii.

Mandatur receptori solvat Johanni de Crosa, causa in rotulo per eum exhibito et jurato, pro ponte porte Sancti Christofori xxij florenos, vij grossos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Hugon. de Boulo in deductionem expensarum per eum in Francia factarum pro facto nundinarum, liiij florenos, j grossum. — *(Levatum est.)*

Deputantur Glaudius Ravonelli, G. Gavit, Jacobus Paqueti, (et) P. de Versonay, P. Levrerii et Ste. Pecollat ad dictandum pacta fienda cum exactoribus arreragiorum, et assignantur in hac domo hora secunda post meridiem.

*Martis xv junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de

Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. Levrerii, Ste. Pecollat, G. de Castronovo, Ja. Paquet, H. de Ponte, A. Pecollat, A. Gervasii, G. de Crosa, Johanne Albi, Ny. Armandi, Roleto Nycolay, Francisco de Fogia, Glaudio Bernardi, Francisco Patri, Johanne Nergaz, Guillelmo Rogeti, Johanne de Lunes, Glaudio Falqueti, Johanne de Leone, P. de Genesta, Aymone Bochet, Girardo Veluti, Arnoleto Valient, Johanne Bracoz, Petro Palu, Ste. de Putheo, P. Cortagerii, Ste. de Furno, P. Vignioli, H. de Fontaneis, Jo. Calabri, P. Exerton, Petro Johanne Bruni, Bartholomeo Chivanderii.

*(Protestacio.)* — Retulerunt Michael Leonardi et Michael Bertelleti ad hujusmodi consilium evocasse egregios Petrum Braseti, Petrum Porralis et Mermetum Montagnierii, auditores computorum, apportaturos librum arreragiorum juxta per eos in consilio generali relata; qui tamen non venerunt nec librum dictorum arreragiorum apportaverunt, contra quos prefati d. sindici protestati fuerunt de dampnis et interesse domini et tocius communitatis Gebenn., et quod per eos non stat quominus eadem arreragia exigantur cum habeant personas ydoneas onus hujusmodi exactionis acceptare volentes.

Et quia, ad causam subsidii, communitas est remissa coram ducali celsitudini Sabaudie ad ultimam hujus [mensis], egregius Petrus Floreti, consindicus, fuit electus ad se transferendum ad eandem ducalem celsitudinem cum sit melius informatus de meritis negocii et notus in curia.

(78) *Veneris xviij junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, H. Emerici, consindicis; — G. de Quarro, Ny. Lingocti, Jo. Maliardi, P. Braset, G. Cavucini, Andrea Gervasii, P. Francisci, Johanne Collet, Olyverio Chapuysii, Jo. Roberti, Henrico de Nanto, Johanne Challex, Ste. de Furno, Bartholomeo Chivanderii, Henrico de Fontaneis, Mermeto Montagnierii, Girardo Veluti, Johanne Peytralis, Petro Porralis, Petro Exertonis, Hugon. de Boulo, Ja. Paquet, P. de Malodumo, P. Levrerii, G. de Castronovo, P. de Genesta, Petro Peytralis, G. de Crosa.

Quia in precedenti consilio egregius Petrus Floreti fuit electus ad eundum ad ducalem celsitudinem Sabaudie ad revocari faciendum



penas declaratas contra communitatem Gebenn. ad causam subsidii non soluti et demonstrandum causam quare non tenetur communitas ad solucionem dicti subsidii, qui Petrus Floret est consindicus, et dubitatur ne detineatur ad causam hujusmodi subsidii; et deputantur egregius d. Johannes Regis, jurisperitus, Johannes de Lompnis, Hugon. de Boulo cum uno servitore.

Egregii Petrus Braseti, Glaudius Cavucini, Mermetus Montagnierii, Petrus Porralis, auditores computorum, exhibuerunt librum arreragiorum per quondam Aymonem de Lestelley factum, continentem quaterviginti et tresdecim folia, ascendentem in summa ad sex millia sexcentum triginta sex florenos, duos solidos et sex denarios; item et alium librum arreragiorum per eosdem auditores factum, continentem quadraginta sex folia, ascendentem in summa ad quinque millia septem centum et triginta unum florenos, requirentes sibi satisfieri de labore; commictitur taxa laboris Guillelmo de Crosa, Petro Levrerii et Hugon. de Ponte; et commictitur dictis auditoribus detrahendi eos de quibus nichil haberi poterit.

*Martis xxij junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Vaudo, G. Ravonelli, G. Gavit, P. de Versonay, G. de Castronovo, B. de Sancto Michaele, A. Pecollat, A. Gervasii, Ja. Paquet, d. Jo. Regis, Jo. de Lunes.

Fuit lecta lictera parte d. episcopi Sedunensis missa in favorem Johannis Molitoris, capitanei, contra Johannem de Plathea; rescribatur eidem veritas.

Pariter fuit lecta lictera per dominos presidentem et consilium Chamberiaci residentes missa super facto monetarum. Fiat ut scribitur.

Simili modo fuit lecta lictera per Johannem Tignat missa, super insultu sibi facto per Petrum Tornerii de quo requirit justiciam ministrari.

Fuerunt expedite egregio d. Johanni Regis et Johanni de Lompnis instructiones super negociis per eos in curia ducali peragendis, quarum duplum retenui.

(79) *Veneris xxv junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis :

d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — Ste. Pecollat, G. Gavit, P. Levrier, Ja. Paquet, G. de Crosa, A. Pecollat.

*(Admodiacio.)* — Prefati d. sindici admodiant Glaudio Balet, macellario, suo et Amedei Dulcis macellarii [nomine], duo scanna macellariorum in Longamala existencia, hinc ad Carnisprivium, precio quatuor florenorum solvendorum infra festum Omnium Sanctorum, qui promictit vendere carnes bovinales hinc ad dictum festum videlicet libram precio trium denariorum et libram moutonis precio v denariorum cum obolo.

Reffert Jacobus Savoex, vigil, peciisse parte d. sindicorum Petrum Braseti ut ad eos, in Domo communi, venire, loquuturus eisdem d. sindicis qui claves magne arche Domus ville ab eodem petunt.

*Martis penultima junii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — A. de Sancto Michaele, G. de Crosa, G. de Vaudo, G. Ravonelli, G. Gavit, P. Levrerii, G. de Castronovo, H. de Ponte, Ja. Paqueti, Ny. Lingocti, Jo. Maliardi, Ste. Pecollat, A. Pecollat.

Differant receptores molestare Jaquetum de Rugo usque ad consilium generale, pretextu trium per eum debitorum.

Egregius Petrus Levrerii proposuit sicut nonnulli, numero quaterviginti vel circa, in domo Stephani de Furno vociferaverunt ipsum praticasse circa subsidium illustrissimo domino nostro duci in dicione Sabaudie concessum, et in hac civitate Gebenn. petitum habere pro comodo suo et eciam egregii Petri Floreti quilibet centum scuta, super quibus verbis petit sumi informaciones.

Eciam hanc requisicionem fecit egregius Petrus Floreti; sumantur ipse informaciones.

Super pena nuncii qui exhibuit licteras nundinarum, dentur eidem sex floreni du trec, cum expensis per eum factis in hospicio ascendentibus ad triginta solidos, videlicet xiiij floreni, vj solidi. — *(Levatum est.)*

(80) *Veneris 2ª jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — A. de Sancto Michaele, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. Levrerii, Ja. Paqueti, G.



de Castronovo, A. Pecollat, Guillelmo Rogeti, Andrea Gervasii, P. de Versonay, Aymoneto Sonerii, Hugon. Ramelli, Anthonio Cortagerii, P. Vignioli, Hugon. de Boulo, Amedeo Falqueti, Glaudio Rolandi, Johanne Blanchet, Johanne Pachie, Nantermeto Tissocti, Petro Braseti, Jo. de Plathea, H. de Maliis, P. de Genesta, Benedicto Franzonis, Johanne Martellet, Andrea Guacti, Glaudio Falqueti, Jo. Bochet, Hugon. de Maliis, G. Ravonelli, Jo. Maliardi.

Egregius Petrus Braseti fuit requisitus ut claves arche sibi traditas reddere velit, qui respondit se non habere, nisi unam quam offert tradere.

Mandatur receptori solvat Jacobo Boverii, mugnerio, pro reparacione ponderis bladi, xviij grossos. — *(Levatum est.)*

Lictere franchesie quondam egregio Glaudio Viennesii concesse fuerunt exhibite per d. Glaudium de Cotecya, requirendo easdem n. Marie, relicte ejusdem Glaudii, tutrici liberorum suorum, observari; et conclusum quod solvat in quantum concernit jura civitatis.

*Martis vjta jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. Ravonelli, G. de Vaudo, G. Gavit, Ny. Lingocti, P. Levrerii, Jo. Maiardi, Ja. Paqueti, G. de Castronovo, Ste. Pecollat, B. de Sancto Michaele, A. Gervasii.

*(Vinearum.)* — Johannes Champelli fuit deputatus custos vinearum de Secheron, sub salario assueto; qui prestitit juramentum prestari solitum.

Mandatur receptori solvat d. Johanni Regis, causa in mandato jam facto, xij florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur intrari receptori triginta sex florenos de quibus emit equum traditum d. Johanni Regis destinato ad ducalem celsitudinem Sabaudie pro facto subsidii petiti, xxxvj florenos. — *(Levatum est.)*

Reffert Parvus Johannes, vigil, ad hodie evocasse in consilio egregios Petrum Braseti, Glaudium Cavucini, Petrum Porralis et Mermetum Montagnierii in domibus suarum habitacionum apportaturos claves arche in qua sunt computa et alia jura civitatis, qui tamen minime comparuerunt, excepto dicto Mermeto qui respondit nullam habere clavem.

(81) *Veneris ix jullii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, Andrea Guacti, G. de Castronovo, B. de Sancto Michaele, Ste. Pecollat, G. de Crosa, A. Pecollat, Ja. Paquet, P. Levrier, G. de Vaudo, A. Gervasii.

Egregii Petrus Braseti et Mermetus Montagnierii exhibuerunt et tradiderunt claves magne arche Domus ville, in qua sunt plura jura civitatis.

Discretus vir Stephanus de Furno juravit super sanctis Dei Evvangeliis reddere bonum et legale computum de exactis et gestis per eum nomine civitatis cum reliquorum plenaria restitucione, et commictitur visio seu revisio Petro Braseti, Nycodo de Nanto et Petro Porralis.

Reffert Robertus de Cresto, preco civitatis, heri, more solito, cridasse quod omnes habentes computa, licteras, scriptura, claves, libros et alia jura civitatis, quod illa hodie, hora octava de mane, apportare haberent sub pena furti et perjurii quorum contumaciam accusaverunt prefati d. sindici protestando de pena cride.

Ibidem comparuit Franciscus de Fogia qui plures claves exhibuit.

Mandatur receptori solvat Petro Mantillion, causa in rotulo, xxij grossos, iiij denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur auditoribus computorum ut intrent Petro Gacheti, receptori, quos tradidit d. Johanni Regis qui fuit destinatus ad ducalem celsitudinem pro facto subsidii xxx florenos. — *(Levatum est.)*

*Martis xiij jullii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, G. de Quarro, A. de Sancto Michaele, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Crosa, P. de Versonay, Ja. Paquet, H. de Ponte, A. Pecollat, Nycolino Lingocti, Ste. Pecollat.

*(Admodiacio cride.)* — Fuit admodiata crida hujus civitatis Gebenn. Roberto de Crosa, presenti, spacio trium annorum die festi beate Marie Magdalenes proxime futuri incipiendorum, et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet anni quatuordecim florenorum, quos solvere promisit, terminis assuetis.

Johannonus Trufferii de Avelliana se opponit levacioni facte pro tallia civitatis, et protestatur de juribus suis, et interrogatus an domus



esse sua, qui respondit quod non, sed est sibi obligata pro centum et l florenis; domus sita est in burgo Sancti Gervasii, dicta de Sancta Caterina.

D. (Johannes) Johannes Regis et Johannes de Lompnes, qui missi fuerunt ad ducalem celsitudinem pro facto subsidii, exhibuerunt licteram missivam parte ducali, et aliam parte egregii Andree de Douris, et aliam parte d. Francisci Vincencii et inde coram consilio lecte.

(82) *Veneris xvj jullii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Quarro, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. de Versonay, P. Levrier, A. Pecollat, G. de Crosa, G. de Castronovo, d. Jo. Regis, Jo. de Lompnis, G. Cavucini, Reymondo de Plathea, Jo. Alesii, Mermeto Montagnierii, Jo. de Leone, P. Vignioli, Ste. de Putheo, Henrico de Fontanis, Georgio Porterii, Reymondo Boneti, Ste. de Furno, P. de Malodumo, Johanne Bueti, Guigone Prepositi, Johanne Janini, P. Charnaveys, G. Gervasii, P. Exerton, F. Clerici, P. Mermodi, P. Johanne Bruni, Rolando Boysserii, Johanne Challex, Roleto de Palude, Ja. de Fontana, Hans Hugonis, Glaudio Bernardi, Johanne Calabri.

Egregius d. Johannes Regis, jurisperitus, et Johannes de Lompnis, ambassiatores destinati ad ducalem celsitudinem Sabaudie pro facto subsidii parte ducali civitati petiti, et eorum fecerunt relacionem, videlicet quod expedit ut eidem fiat donum graciosum in ejus manibus reponendum; — expectetur adventus rev. d. F. de Sabaudia, episcopi et principis Gebenn., in brevi venturi, et fiat ejus consilio, deinde exponantur omnia in consilio generali.

Mandatur auditoribus computorum ut intrent in librata Petro Gacheti, receptori emolumentorum civitatis Gebenn., causis et racionibus in rotulo, viiij florenos. — *(Levatum est.)*

*Martis xx jullii*, existentibus in consilio ordinario : d. F. de Veriaco, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, P. de Versonay, P. Levrerii, H. de Ponte, Ja. Paquet, G. de Castronovo, A. Pecollat, A. Gervasii, G. de Crosa, H. de Boulo, G. de Quarro.

*(De Ludovico Fernet et Florimondi.)* — Supervenit n. Franciscus Florimondi, ducalis secretarius, dicendo quod externa die quidam ex civibus Gebenn. associatus certis Alamanis, eundem Franciscum invasit, minas eidem inferendo et dicendo quod eidem caput divideret; super quibus premissis fuerunt sumpte informaciones, requirendo eundem personaliter detineri cum eodem Francisco, donec quilibet ipsorum caveret de non alium offendendo.—Evocato hic in consilio, Ludovicus Fernet premissa fecisse confessus fuit, et tandem juravit super sanctis Dei Evvangeliis dictum Franciscum in hac civitate non offendere sub pena juris.

Quia aurifabri in ystoriis fiendis in adventu rev. d. Francisci de Sabaudia episcopi et principis Gebenn. in numero sunt pauci, eisdem deliberantur duo burgenses creandi.

Fuit lecta lictera per rev. Franciscum de Sabaudia, episcopum Gebenn., missa.

(83) *Veneris xxiij julli,* existentibus in consilio ordinario egregiis: d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. Gavit, P. de Versonay, Ja. Paquet, A. Pecollat, Ny. Lingocti, G. de Quarro, Jo. Maliardi, G. de Crosa, A. Gervasii, P. Levrerii, G. de Castronovo, Jo. de Lompnis.

*(Compromissum.)* — N. Nycolinus Lingocti et hon. vir Johannes Maliardi, super eorum differenciis ad causam litigii coram d. vicedompno ventilantis indecisi, promiserunt stare ordinacioni egregiorum d. Francisci de Veyriaco, Petri Floreti et Henrici Emerici, qui, visis juribus, pronunciaverunt quod omnes expense in causa facte compensentur, et quod dictus Nycolinus dare debeat dicto Johanni Maliardi xxv florenos parvi ponderis et quod, hiis mediantibus, inter eosdem sit bona pax et verus amor, que premissa incontinenti ratifficaverunt.

Mandatur receptori ut expediat Hugon. Consilii et Glaudio Bernardi, pro expensis per eos factis in ystoria in Burgo Foris pro adventu illustris et rev. domini nostri Gebenn. episcopi, xij florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Petro Vignioli pro quercubus per eum expeditis pro ponte Longemale xij florenos. — *(Levatum est.)*

*Eodem die,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Ravonelli, G. Gavit, A. de Orseriis, Ja. Paquet, G. de Quarro, A. Pecollat, B. Vincencii, A. de Sancto Michaele.



*(De adventu d. episcopi.)* — Quia Dominico proxime futura illustris et rev. d. Franciscus de Sabaudia, episcopus et princeps Gebenn., est venturus accepturus possessionem episcopatus Gebenn., fiat crida quod fiant panes et racionabiles.

Pariter fiat crida quod mundentur carrerie et fiant excubie, nullusque defferat arma offensibilia exceptis officiariis, nec incedat sine candela post ictus, et quod quilibet preparet frondes ante domum suam.

(84) *Sabbati xxiiij^ta jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, G. Gavit, Jo. Maliardi, Ja. Nerga, A. de Orseriis, Henrico de Fontaneis, Petro Johanne Bruni, Ja. Paqueti, Perreto Chinuti, H. de Boulo, G. de Quarro, G. de Crosa.

*(De pallio.)* — Fuit positum in deliberacione an pallium die crastina portari debeat super rev. d. Francisco de Sabaudia, archiepiscopo Occitanensi et administratore episcopatus Gebenn., possessionem dicti episcopatus Gebenn. accipiendo, et conclusum quod fiat pallium de taffetas et defferatur si eidem rev. domino nostro placuerit. — *(Vide Lune.)*

Retulit Reymondus Coste, vigil, peciisse ad hunc consilium ultra sexaginta cives et burgenses, qui eidem responderunt non posse venire propter occupacionem quam habent erga ystorias die crastina fiendas.

*Lune xxvj jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici; — B. de Sancto Michaele, G. Gavit, G. de Crosa, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. Pecollat, G. de Castronovo, Jo. de Lompnis.

Quia rev. d. Franciscus de Sabaudia, episcopus et princeps Gebenn., die herina intravit civitatem Gebenn. associatus illustri d. comiti Gebenn., ejus fratri, et pluribus aliis nobilibus et dominis, conferatur cum d. vicario an dari debeat malvaticum prefato d. episcopo. Detur malvaticum prefato d. comiti, domino Rotuli et Gruerie.

Egregius Petrus Floreti, ducalis secretarius et consindicus, protestatur quod per quecum[que] verba, conversacionem vel alia non intendit remictere injuriam sibi illatam per Johannem de Lompnis presentem

et d. Johannem Regis, jurisperitum, in ambassia[ta] erga ducalem celsitudinem Sabaudie facta, paratum se offerens idem Floreti facere relacionem horum que gessit in Chamberiaco ubi, parte civitatis, ultimo fuit destinatus.

(85) *Eodem die,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floreti, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Quarro, G. Gavit, G. de Castronovo, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, A. Pecollat, P. Levrerii, G. de Crosa, Ja. Nerga, Ja. de Mara, Nantermeto Tissocti, A. Guacti, Henrico de Fontaneis, B. Vincencii, P. de Genesta, Perreto Chinuti, Ste de Putheo, Jo. Maliardi, Petro Johanne Bruni, Martino Bellocti, A. Millanesii, B. Mallieti, Jo. Dorerii, Jo. Challesii.

Fuit positum in deliberacione an debeant solvi per communitatem Gebenn. expense facte per dominos et nobiles qui associati fuerunt dominum nostrum Gebenn. episcopum in hac civitate Gebenn.; et conclusum quod non, pluribus racionibus et causis; ac tamen detur malvaticum illustri d. comiti Gebenn., Gruerie et domino Rotuli.

*(De pallio cericeo.)* — Licet sabbati preterita fuerit ordinatum palleum fore fiendum et portandum super illustri et rev. d. Francisco de Sabaudia, episcopo et principe Gebenn., ac tamen non fuit portatum tam propter ystorias per civitatem factas, quam ex deliberacione consilii ejusdem d. episcopi. Et eundem palleum sericeum habet Petrus Gacheti, receptor civitatis.

Mandatur auditoribus computorum quod intrent in computo receptorum arreragiorum Petro de Nanto et sociis quos solverunt pro pallio portando super illustri et reverendo domino nostro Gebenn. episcopo, inclusis frangiis, astis, picturis et aliis propterea exbulsatis, xxxij florenos, vj grossos. — ‖ *(Levatum est.)* ‖ *(Vide decembris.)*

*Martis xxvij jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. Ravonelli, G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Crosa P. de Versonay, G. de Castronovo, A. Pecollat, A. Gervasii.

Mandatur receptori solvat egregio Petro Floreti, ducali secretario, causa in duobus rotulis, xiiij florenos, ij grossos. — *(Levatum est.)*



Fuit positum in deliberacione an debeant cridari nundine tempore assueto, et conclusum quod conferatur cum rev. domino nostro Gebenn. episcopo, et si bonum sibi videatur, cridentur tempore antiquitus assueto.

*(Substitucio.)* — Prefatus d. Franciscus loco sui substituit n. Glaudium Gavit.

(86) *Veneris penultima jullii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : Petro Floreti, P. de Nanto; — G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ja. Pacquet, G. de Quarro, G. de Castronovo, B. Vincencii, A. Gervasii, Hudriodo Ferrati, G. Roget, Jo. de Bauleduc, Hugon. Ramelli, Henrico Ramelli, Colino Chicandi, Ste. Folliosii, B. Mallieti, P. Mantillion, Jo. Falquet, Jo. Blanchet, Ste. Boni Johannis, P. Mermodi, Hugon. de Boulo, Petro Palu, Ja. de Mara, Francisco Marchiandi, Hugon. Boulardi, Petro Johanne Bruni, Petro Jaqueti, P. Magistri Petri seniore, Johanne Luppi, Guillelmo Curti, Jo. Veluti, Johanne de Soex, Jo. Albi, Ja. Charrotonis, Johanne Donzelli, Hen. de Fontaneis, Jo. Charravey, P. Flory, A. Pacocti, Jo. Bernardi, Jo. Challes, Jo. Regis, Leonardo Boconaudi, Jo. Maliardi, G. Ballet, P. de Versonay, A. de Orseriis, P. de Genesta, P. de Joex, Ny. de Nanto, Michaele de Sollerio, Reymondo Bonet, Glaudio Falqueti, Guillelmo Vigecort, Hugon. de Nanto, Glaudio Arnaudi, Ny. Rosieres, A. de Urteriis, P. Gabet, A. Millaneys, Glaudio Pariseti, Anso Hugonis, P. Gachet, P. de Malodumo.

Fiat processio Eucaristie Christi dominico proxime futura, et fiat crida quod mundentur carrerie et muniantur frondibus.

Fuit preceptum designariis quod hodie quilibet de sua designaria eligere debeat duos homines scientifficatos, et illos dare d. sindicis.

Fuit conclusum, omnibus concordantibus, septem exceptis, quod cridentur nundine tempore antiquitus assueto.

*Nota consilium generale.*

Anno Domini millesimo iiij$^{c}$ lxxxiiij$^{to}$, indicione secunda et die secunda mensis augusti, in claustro ecclesie cathedralis Gebenn. et presencia rev. in Christo patris d. Andree de Malvenda, vicarii et officialis

Gebenn., necnon spectabilium et potentum virorum d. Anthonii Bonardi, militis et magistri hospicii, domini Congiaci, Humberti de Lucingio, domini Heremorum et d. Mermeti Perneti, helemosinarii et consiliariorum illustris et reverendissimi domini nostri d. Francisci de Sabaudia, Auxitanensis archiepiscopi, et civitatis Gebenn. administratoris perpetui, consilium generale dicte civitatis voce cride, sono grosse campane horaque et aliis modis solitis congregatum et personaliter existens, quo erant nobiles, egregii honorabilesque viri : Petrus Floreti, ducalis secretarius, Henricus Emerici et Petrus de Nanto, consindici dicte civitatis, necnon Glaudius Gavit, Guillelmus Rogeti, Stephanus Pecollat, Glaudius de Castronovo, Bonifacius de Sancto Michaele, Petrus de Monte, Vincencius Lamberti, Mermetus Collombi, Johannes Clareti, Guillelmus Gotrosii, Matheus Chaudrosii, Stephanus Borgesii, Johannes Pollitoz, Roletus de Vaudo, Henricus de Ulmo, Petrus de Sirier, Petrus Francisci, Petrus Scaliberti, Johannes de Bauleduc, Petrus de Arlo senior, Johannes Maliardi, Nantermetus Tissocti, Anthonius Pecollat, Johannes Albi, Petrus Mantillion, Johannes de Crosa, Johannes de Lompnis, Anthonius Millaneys, Hugon. de Boulo, Hugon. de Ponte, Nycodus Collognierii, Johannes Bueti, Nycodus de Nanto, Johannes Challex, Hugon. Fuserii, Glaudius Taconis, Andreas Gervasii, Olyverius Chapuysii, Petrus de Versonay, Ansermetus de Tupho, Glaudius Cavucini, Johannes Galliardi, Petrus Porralis, Petrus Cortagerii, Amedeus de Orseriis, Stephanus Boni Johannis, Johannes Alesii, Benedictus Franzonis, Jacobus de Fontana, Amblardus Veygier, Barth. Chivanderii, Annequinus Coppini, Guillelmus Bonifacii, Petrus Levrerii, Petrus Bidalis, Glaudius Bernardi, Henricus de Fontaneys, Hugon. Boulardi, Gervasius Taconis, Johannes Cohendoz, Henricus Folliosii, Humbertus de Bona, Johannes Peytralis, Nycodus Vincencii, Johannes Parrodi, Stephanus Folliosii, Petrus Vignioli, Johannes de Crosto, Petrus Tronchonaz, Oddetus Taconis, Rolandus Boysserii, Humbertus Beatrisii, Perretus Chinuti, Johannes de Nemore, Nycolinus Chautendi, Glaudius Rolandi, Johannes de Gayo, Hugon. Artaudi, Petrus Mantillion, Glaudius Cadodi, Petrus Exerton, Petrus Joly, Johannes Roberti, Guillelmus de Quarro, Johannes Janini, (87) Petrus Tornerii, Johannes Caudy, Amedeus Gule, Johannes Nandini, Hugonetus Bosonis, Glaudius Jordani, Petrus Rambosson, Hugon. Lochet,



et alii quamplurimi tam cives quam burgenses et habitatores dicte civitatis, de licencia, voluntate et expresso consensu prefati domini nostri, ut prefati domini consiliarii ibidem publice retulerunt et asseruerunt, statutum fuit et ordinatum, nemine discrepante, quod deinceps imperpetuum tempore creacionis sindicorum eligerentur de qualibet disena per personas ipsius disene duo ex notabilioribus et prudencioribus ejusdem disene, qui, in rebus, negociis et agibilibus dicte civitatis, que per consilium ordinarium fieri et expediri non possent, unacum ipso consilio ordinario quamprimum et quociens peterentur in Domo communi dicte civitatis interesse deberent, et negocia ejusdem facere, tractare, concludere et expedire possent tamquam si ipsum consilium generale personaliter interesset, omniaque per ipsos invicem congregatos fienda, deliberanda et concludenda valere, tenere et perpetuo observari deberent tamquam si per dictum generale consilium gesta, ordinata et conclusa forent. Et quiquidem duo ex qualibet disena eligendi per unum annum integrum premissis interesse debeant; quo lapso, alii eligi debeant aut ipsi pridem electi, seu aliqui ex ipsis si personis singulis dictarum disenarum bonum videatur et placuerit confirmari; et juramentum per alios consiliarios prestari solent [1] in manibus dicti consilii ordinarii in principio cujuslibet anni prestare teneantur. Si vero vocati non compareant quandocumque opus fuerit, defficientes de pena parjurii intitulari possint nisi ex legitima et urgente causa valeant excusari; et quibus non comparentibus non obstantibus, comparentes omnia facere possint tanquam si omnes presentes interessent. — Datum ut supra sub signeto mis Anthonii Lyonardi, dicte communitatis secretarii subsignati, in testimonio premissorum.

Idem Lyonardi, notarius.

*Martis 3ª augusti*, existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floreti, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, G. de Vaudo, M. Scarron, P. de Versonay, G. de Castronovo, H. de Ponte, A. Gervasii, Jo. Maliardi, A. Pecollacti, P. Levrerii, G. de Crosa, Ste. Pecollat.

[1] *Lisez :* Solitum.

Fiant quod nundine hujus mensis incipient nona hujus augusti et, si opus sit, prolongentur nundine arbitrio sindicorum et mercatorum.

Obtineatur a domino nostro Gebenn. episcopo speciale privilegium quod nullus homicida voluntarius vel alius qui non meruerit absolucionem sui talis delicti in judicio contradictorio obtinere, non possit civitatem Gebenn. intrare nec habitare; et si contrafecerint, possint puniri juxta juris disposicionem, non obstantibus aliquibus licteris vel indulgenciis que eis in aliquo opitulari non debeant.

Supervenit Johannes de Leone, aurifaber, qui requisiit sibi justiciam ministrari de Petro Tornerii qui eum actemptavit occidere et in suo cubili. Et fuit requisitus n. Guillelmus de Quarro, locumtenens d. vicedompni, ut justiciam ministret et eum capiat.

*(Custos vinearum.)* — Mauricius Collonges deputatur custos vinearum de Cota Roz, sub salariis et comoditatibus assuetis, qui prestitit juramentum prestari solitum.

*(Desinarius.)* — Deputatur desinarius macelli Stephanus Folliosii, qui prestitit juramentum prestari solitum.

Deliberatur ut supplicetur domino nostro Gebenn. episcopo ut provideat de tali magistro alarum, quod mercatores non dubitent ibidem reponere mercandias.

‖ Hodie tradidi de consilio quorum supra Hugon. de Boulo et Petro Vignioli ducentum et quinquaginta septem licteras burgensium exigendas, cum aliis arreragiis sibi ad recuperandum traditis. ‖

(88) *Veneris vj^ta^ augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floreti, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, d. Jo. Regis, G. de Quarro, P. de Versonay, P. Levrerii, M. Scarron, G. de Castronovo, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, A. Pecollat, Petro Bidalis, Jacobo de Veruffis, Girardo de Boulo, Johanne Bueti, Petro Palu, Guillelmo Bessonet, Lionardo Aquinea, Nycolao Grasseti, Jaquemeto Michaudi, Roleto Nycolay, Johanne Berterat, Ste. Marqueti, Fran. Clerici, Petro Blonay, Marqueto Toniaulx, Johanne Ducis, Guillelmo Aubertini, Petro Bidialis, Jacobo Miquent, Arnoleto Vallient, Hudriodo Ferra, Hugon. Borcardi, Guillelmo Balleti, Johanne de Ferney, Guigone Prepositi, Petro Porralis, Perreto Chinuti, Petro Exertonis, Ja. Nerga, Ste. Boni Johannis, Johanne Girardi, Martino Libert,



Anthonio Monitier, Petro de Arlo, Ste. de Furno, Henrico de Nanto, Gabriele de Borjali, Johanne de Vaudo, Glaudio Jaquet, Johanne Bochet, Petro Chanavel, Petro de Monte, Johanne Debit, Petro Cortagerii, Petro Mermodi, Johanne de Domo, Mermeto Collombi, Petro Pacocti, Petro Bidialis tisserando, Petro Levrerii laico, Baudissardo Balardi, Jo. de Bauleduc, A. Gervasii.

*(De dono gracioso fiendo.)* — Fuit positum in deliberacione de dono gracioso fiendo rev. d. Francisco de Sabaudia, episcopo et principi Gebenn., et conclusum, unanimi consensu, nemine discrepante, quod eidem dentur mille floreni parvi ponderis, et ejus principalibus servitoribus ducentum floreni parvi ponderis, et de modo habendi pecunias conferant astantes cum personis de sua desinaria, et veniant Dominico mane ad concludendum.

Mandatur receptori solvat Hugon. Boulardi, pictori, pro penuncellis per eundem factis portatis per infantes in adventu domini nostri Gebenn. episcopi, viij florenos. — *(Levatum est.)*

*Dominico viij^a^ augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, G. Gavit, consindicis; — d. Johanne Regis, A. de Sancto Michaele, B. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, Jo. Maliardi, G. de Quarro, A. Pecollat, Ja. Nerga, M. Scarron, Ja. de Veruffis, Guillelmo Richardeti, A. Gervasii, Johanne de Vallibus, Glaudio Jaqueti, Jaquemeto Michaudi, P. de Genesta, Marqueto Toniaudi, Petro Exertonis, Petro Mantillion, Girardo Cohennet, Mermeto Collombi, Petro Burgensis, Petro Chanavelli, Humberto de Rodagno, Ste. Folliosii, Johanne Berterat, P. Blonay, Petro de Palude, G. Ravonelli, Laurencio Neyrodi, Johanne Bueti, Petro Cortagerii, Ny. Grasseti, Petro Pacocti, Hugon. Borcardi, Petro Porralis, Gabriele de Borjali, Hudriodo Ferra, Francisco Clerici, Hugon. Ramelli, Ja. de Mara, Ste. Pecollat, Girardo de Retro, L. Ginodi, Martino Bellocti, Benedicto Malliet, Ja. Charrotonis, (Hugon. Borcardi), Petro Bidialis, Johanne de Domo, Arnolleto Vallient, Petro Serrallion, Henrico de Fontaneis, Guillelmo Richardet, P. Magistri Petri, Olyverio Chapuysii, Hugon. Fuserii, (Francisco Clerici), Guillelmo Vigecort, Anthonio Marescalli, Girardo de Boulo, Petro Mermodi, P. Gabet, Vouterio Charavelli, Ste. Boni Johannis, Guigone Prepositi, Ste. de Furno, Henrico de Nanto,

Petro patisserio, Mermeto Cohenderii, Johanne Debit, Perreto Chinuti, Ste. Marqueti, Michaele Putodi, Johanne Ballieti, Michaele Cornuti, Guillelmo Aubertini, Petro Flory, Petro de Monte, Glaudio Morardi, Ja. Miquent, Petro Bidalis, Petro Pacocti, P. Levrerii layco, Petro Laurencii, P. de Brucellis, Johanne Girardi, Michaele Liberti.

Pro pecuniis habendis fuit dictum, per majorem partem dictorum civium et burgensium, quod solvantur toto anno tres solidi pro introgio cujuslibet bosseti vini.

(89) *Lune ix augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floreti, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, Jo. Maliardi, Anthonio Monitier, Johanne de Fernay, Marqueto Toniaudi, Petro Charavelli, Petro de Genesta, Stephano Folliosii, Petro Mermodi, Humberto de Rono, Johanne Debit, Colino Chicandi, Henrico de Nanto, Stephano de Furno, G. de Castronovo, Guillelmo Aubertini, Glaudio Jaqueti, Jo. de Bauleduc, Matheo Scarron, Francisco Clerici, Petro Blonay, Johanne de Valibus, Petro Exertonis, Batassardo, Hudriodo Ferrati, Petro Chanavelli, Henrico de Fontaneis, Petro Burgensis, Johanne Berterat, Petro Cohennet, Theobaldo Albi, Petro de Monte, Michaele Putodi, Ste. Marquet, Guillelmo Bessonet, Petro Gabet, Petro Levrerii, Guillelmo de Quarro, Jacobo de Veruffis, Aymone Bocheti, Arnoleto Vallient, Ja. Miquent, Perreto Chinuti, Ny. Grassi, Petro Flory, Petro Bidialis, Johanne de Domo, Jaquemeto Michaudi, Jacobo Charrotonis, Petro Bidalis, Reymondo Bonet, Benedicto Malliet, Johanne Ducis, Mermeto Cohendoz, Petro Porralis, Petro de Ruella, Girardo de Boulo, Guillelmo Balleti, Anthonio Pecollat, Guillelmo de Crosa, A. Gervasii, Hugon. Borcardi.

*(Gabella.)* — Per majorem partem dictorum civium et burgensium, et pro pecuniis habendis civitati neccessariis, quod toto anno solvantur per omnes, eciam franchos, tres solidi pro quolibet bosseto vini non vendendi, et pro quolibet vendendo ultra premissa alii tres solidi. Item quod d. canonici et alii ecclesiastici qui non solvent introgium et postmodum vendent vinum, quod solvant pro quolibet bosseto vini vendendo sex solidos, et pro quolibet carlatero malvatici vendendi sex



grossos; et sic, consilio ad unum resoluto, conclusum extitit, nemine discrepante.

Lyonardi.

*Martis x augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici; — G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, M. Scarron, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, A. Gervasii, G. de Castronovo, A. Pecollat, P. Levrerii.

De macellariis carnes nimis caras vendentibus apponatur racio cum eis, quia non servaverunt conventa; ideo, si dominus habeat gratum, inquiratur cum eis de tempore lapso, et pro tempore futuro imponatur gabella, videlicet pro quolibet bove mactando duo solidi, pro vacha unus solidus, pro quolibet porco unus solidus, et pro quolibet mutone unus dymidius grossus.

(90) *Veneris xiij augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, G. de Vaudo, G. de Castronovo, Ste. Pecollat, A. Pecollat, A. Gervasii.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Roletus de Vigniaco, de Chivrier in Vuachio, condurerius, parrochie Sancti Germani Gebenn., qui dedit viij florenos. — *(Levatum est.)*

*Martis xvij mensis augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, G. de Quarro, G. Ravonelli, P. de Versonay, M. Scarron, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, A. Gervasii.

Mandatur receptori ut restituat eis qui ultimo pecunias mutuaverunt in manibus ejusdem receptoris ascendentes ad — *(Levatum est.)*

*(Ordinacio.)* — Quia parte popularium civitatis Gebenn. dictum extitit quod murus per egregium Petrum Floreti constructus inter communia Plani Palacii a parte orientali et possessionem ejusdem Petri Floret erat super communi, et ut appareat de contrario, idem Petrus Floreti exhibuit testes alias super hiis examinatos cum licteris dominicalibus super hoc confectis, quibus visis, ordinatur quod dictus murus

remaneat prout constructus fuit, et quem murum prefati d. sindici herina die visitaverunt et illum super solo et fundo dicti P. Floreti fuisse constructum comperierunt. — *(Levatum est.)*

(91) *Veneris xx augusti,* existentibus in consilio ordinario : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis; — G. Gavit, G. de Quarro, A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, P. de Versonay, G. de Castronovo, G. de Vaudo, Matheo Scarron, Ja. Nerga, Ja. de Mara, A. Gervasii, A. Pecollat, Marqueto Toniaulx, Galias de Casate, M. Lingocti, A. Vuaramberti, Ste. Pecollat, Baptasardo, Symondo de Rippa, Ambrosino de Madiis, Janino Vuazel, Guillelmo Roget.

Pro utilitate rei publice, super valore auri et monetarum fuit conclusum quod rescribatur ducali celsitudini prout in folio papiri presencialiter lecto.

Fuit positum in deliberacione an vel ne debeat micti aliquis ad curiam regiam pro sollicitacione nundinarum, et conclusum quod mictatur, habito consensu domini.

Supervenerunt nobiles Mermetus de Vignier, tutor liberorum Nantermeti Festi, et Guillelmus Bolomerii conquerentes de latrinis eis deruptis a parte lacus.

*(Burgensis.)* — Jacobus Gantini, de Chuysier, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus xxx florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*Martis xxiiij^ta augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis ac nobilibus : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis; — P. de Peymes, G. Gavit, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, P. de Versonay, G. de Crosa, M. Scarron, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Castronovo, Hugon. de Ponte, A. Pecollat, A. Gervasii.

De monetis novis recipiendis vel refutandis, conferatur cum domino nostro Gebenn. episcopo et dominis de capitulo, insequendo tenorem franchesie et inde fiat crida.

Cridentur introgia bossetorum et inde, Veneris proxime futura, in claustro ecclesie Gebenn. plus offerenti expediantur.

De provisoribus victualium domini ne levent victualia inordinate advertatur dominus.



(92) *Veneris xxvij augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici; — n. P. de Peymes, G. Gavit, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, P. de Versonay, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Castronovo, A. Pecollat, A. Gervasii, P. Levrerii.

De scribendo Florentinis et Januensibus, conferatur cum domino nostro Gebenn. episcopo.

De provisoribus domini locatur magistro hospicii prefati d. episcopi.

Quia jurati episcopatus Gebenn. in adventu domini nostri Gebenn. episcopi ante communem Domum Gebenn. et in decorem civitatis quamdam fecerunt pulcherrimam ystoriam, pro supportacione expensarum ejusdem mandatur receptori ut solvat eisdem juratis, super duobus burgensibus per eos reperiendis, xij florenos. Reiteretur Martis in consilio antequam expediantur. — *(Levatum est.)*

Fiat crida ne quis locet aliquam domum nisi in presencia deputandorum, ut mercatores micius tractentur.

*Lune penultima augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, G. de Quarro, G. Ravonelli, P. de Versonay, A. Pecollat, B. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, A. Gervasii, G. de Crosa, M. Scarron.

Fuit lecta lictera mercatoribus de Ytalia Lugduni morantibus missa.

Et pariter minuta salviconductus mercatoribus ad nundinas Gebenn. venientibus per ducalem celsitudinem Sabaudie concedendus.

Et pariter instructiones parte domini nostri Gebenn. episcopi ad curiam regiam destinande per Hugon. de Boulo, qui ad hoc deputatur, et quia habet onus cum Petro de Nanto et Petro Vigniodi exigendi arreragia, ordinatur quod, durante tempore quo vacabit eundo et redeundo ad curiam regiam, tantum percipiat in exigendis quam si presens et personaliter interesset et ad hoc vacaret, cui expediantur pro expensis quinquaginta floreni parvi ponderis.

(93) *Martis ultima augusti,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, G. de Quarro, A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, H. de Ponte, G. de Castronovo, G. de Crosa, Jo. Levrerii, A. Pecollat.

*(Admodiacio, iij^m vij^c lxxv floreni.)* || Admodiantur Guillelmo Balleti, Anthonio Pecollacti, et Jacobo Robini, civibus Gebenn., presentibus et eorum cuilibet in solidum, tres grossi debiti pro introitu cujuslibet bosseti vini anni presentis per unum annum et ulterius usque ad festum sancti Martini inde sequuturum, item et pro quolibet bosseto vini vendendi tres grossi percipiendi per tempus predictum, unum annum incohandum die nona mensis proxime futuri septembris et simili die finiendum, sub firma trium millium septem centum et septuaginta quinque florenorum parvi ponderis, quos solvere promictunt in manibus receptoris terminis assuetis, presentibus Rolando Boysserii, Stephano de Furno, Guillelmo Rogeti, Petro Vigniodi. || — *(Registratum est ad plenum.)*

Mandatur dictis admodiatariis solva[n]t Hugon. de Boulo 1 florenos pro expensis per eum fiendis eundo ad curiam regiam pro facto nundinarum, et pro equo per eum empto premissorum occasione, xl florenos, et sic xc florenos. — *(Levatum est.)*

*Veneris 3^a septembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, consindiciis; — G. Gavit, G. de Quarro, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, P. de Versonay, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, H. de Ponte, A. Pecollat, A. Gervasii, A. de Sancto Michaele.

Dimictatur Aymoneto Catrier collovrina per ejus genitorem ex resta sue borgesie debita, ad eo quod idem Aymonetus a Chamberiaco apportavit acta civitatis contra monetarios.

Ematur una tuba nomine civitatis.

*(Confessio.)* — Prefati d. sindici, de consilio quorum supra, habuisse confitentur a Jacobo Collombi, absente, triginta florenos quos debebat Johanni Clerici et quos solvere fuit compulsus in deductionem horum in quibus idem Johannes Clerici communitate tenetur, et de quibus triginta florenis prefati d. sindici eundem Jacobum promictunt servare indempnem erga dictum Johannem Clerici.

(94) *Martis vij septembris;* existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, d. Jo. de Crosa, Girardo Roget, Ny. Lingot, P. de Versonay, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Quarro, d. Jo. de Saxo.



Provideatur de magistro scolarum et domo scole.

*(Contra Greyriis.)* — Petatur ministrari justicia de injuria illata civitati in personam egregii ducalis secretarii Petri Floret, tunc sindici Gebenn., per n. Aymonem de Greyriis, tunc locumtenentem d. vicedompni Gebenn., qui prefatum consindicum, nulla precedente legitima causa, carceribus Insule mancipavit.

De introgio personis ecclesiasticis petito, quod solvere differunt, congregetur consilium Quinquagenarium.

*Veneris x septembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, A. Pecollat, P. de Versonay.

Mictatur ad ducalem celsitudinem pro causa subsidii.

Item Chamberiacum pro causa monetariorum.

*(Contra de Greyriis.)* — Porrigatur supplicacio contra n. Aymonem de Greyriis qui injuriam intulit civitati in personam egregii Petri Floreti, consindici civitatis.

(95) *Martis xiiij septembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici; — G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, Ny. Lingocti, G. de Vaudo, P. de Versonay, H. de Ponte, B. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, A. Gervasii, A. Pecollat, G. Ravonelli, Girardo Roget.

*(Confessio.)* — Guillelmus Balleti, Anthonius Pecollat, Stephanus de Furno et Jacobus Robini debere confitentur n. Henrico Emerici mille florenos auri parvi ponderis causa responsionis facte communitate et de quibus habent exoneracionem a domino nostro Gebenn. episcopo.

Deducantur admodiatariis bossetorum presbiteri civitatis de quibus habere debeant certifficacionem.

*(Contra de Greyriis.)* — Fiat libellus contra n. Aymonem de Greyriis super capcione egregii Petri Floreti, consindici Gebenn., et sumptibus civitatis.

Quia n. Glaudius Gavit fuit substitutus in sindicatu per d. Franciscum de Veyriaco sindicum, ordinatur quod gaudeat immunitate loco dicti d. Francisci.

Mandatur receptori solvat nobilibus Henrico Emerici et Nycolino

Lingocti, pro perda per eos facta in mille florenis traditis domino nostro Gebenn. episcopo, x florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat vigillibus civitatis pro pulsacione grossi cimballi viij florenos. — *(Levatum est.)*

*Veneris xvij septembris*, existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, G. Gavit; — G. Ravonelli, B. de Sancto Michaele, A. Pecollat.

Supersedeatur recipere aliquid pro introgio vini egregii utriusque juris doctoris d. Johannis de Crosa qui in omnibus negociis consulit civitatem.

(96) *Martis xxj septembris*, existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, G. Gavit, P. de Nanto, sindicis; — G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Castronovo, H. de Ponte, A. Gervasii, G. Ravonelli, G. de Crosa, Ny. Lingot, Ste. Pecollat, A. Pecollat, G. Roget.

*(Burgensis.)* — Nycolaus Jo, escofferius, de Cheysiriaco, parrochie Sancti Gervasii Gebenn., fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

De mictendo a[d] d. ducem pro facto subsidii, eligitur magister Glaudius de Castronovo cui tradantur instructiones.

De mictendo ad Lucernam pro facto Hans Muler, mictatur querere Hans Miler hostellerium Nyviduni, qui conducet materiam.

Mandatur auditoribus computorum ut intrent receptori pro empcione unius trombete v florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Glaudio Ravonelli, causa in rotulo, videlicet xij florenos, vij grossos. — *(Levatum est.)*

Fiat crida ne quis vendat vinum anni presentis ultra pro quolibet quarterono ij denarios.

*(Burgensis. Vigil.)* — Petrus Mariglerii, de Saconeto ultra Arerem, parrochie Sancti Germani, creatur burgensis et vigil mediantibus vij florenis j selliocto. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxiiij^ta septembris*, existentibus in consilio ordinario: P. Floret, H. Emerici, G. Gavit, consindicis; — P. de Versonay, G. de Castronovo, Ja. Paqueti, P. Levrerii.



*(Burgensis.)* — Johannes Mitonis, de Burges, macellarius, parrochie Magdalenes, creatur burgensis mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Admodiacio.)* — Admodiatur eidem Johanni unum scannum macelli in Longa Mala spacio unius anni precio duorum florenorum.

Deputa[n]tur ad eundum ad Lucernam Johannes Janini, notarius, et Hans Miler hostellerius Nyviduni.

Ibidem fuerunt lecte instructiones tradende Glaudio de Castronovo qui destinatur ad ducalem celsitudinem Sabaudie.

(97) *Lune xxvij septembris*, existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floreti, H. Emerici, G. Gavit; — Ny. Lingocti, P. de Versonay, G. de Crosa, G. de Vaudo, A. Monitier, A. Pecollat, Francisco Clerici, Arnoleto Vallient, G. Ballet, Martino Liberti, G. Ravonelli, G. Jaqueti, G. Richardet, Ja. Donzelli, P. Darlo seniore, Hugon. Ranguisii, Benedicto Mallieti, Johanne Ducis, Petro de Palude, Guillelmo Aubertini, Petro Mermodi, Hudriodo Ferra, Johanne Charavelli, Jacobo Miquent, Johanne Janini, Ste. Pecollat, Petro Blonay, Ny. de Nanto, Johanne Blancheti, Petro Johanne Bruni, Petro Serralion, Petro Veteris, Petro Cortagerii, Stephano de Furno, Francisco de Vaudo, Hugon. Vallerii, Anthonio Millaneys, Petro Gabet, Petro Bidialis, Perreto Chinuti, Reymondo Bonet, Johanne Bernardi, P. Charnavelli, Ja. de Veruffis, P. Levrerii, Ja. Paqueti.

Fuit lecta peticio per n. Hans Muler de Lucerna civitati Gebenn. facta, que caret veritate.

Pariter fuerunt lecta capitula facta super narratis in peticione ac informacione[s] super eis sumpte.

Et pariter instructiones date Petro Levrerii et Hans Muler, hospiti, destinati[s] parte civitatis ad Lucernam.

Eliguntur ambaxiatores Petrus Levrerii et Hans Muler, hostellerius Nyviduni.

Fuit notifficata admodiacio Veneris preterita facta Johanni Mitonis de scano macelli Longemale.

(97) *Martis xxviij septembris*, existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, G. Gavit; — G. Roget, G. de Quarro,

G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, Ja. Paquet, H. de Ponte, Anthonio Pecollat, G. de Vaudo, A. Gervasii, P. de Versonay, Ny. Lingocti, G. Ravonelli, P. Levrerii.

*(Compromissum.)* — Roletus Rosseti et Franciscus Forrerii se compromictunt super eorum differenciis, videlicet dictus Roletus in Petrum Braseti, et Petrum Gacheti, et dictus Franciscus in Johannem Magnini et Glaudium Ravonelli; et promictunt obtemperare sub pena decem scutorum quos dant fabrice hospitalis Gebenn.

*(Ordinacio Ste. de Furno.)* — De computis Stephani de Furno, audita relacione Petri Braseti, Nycodi de Nanto et Petri Porralis, commissariorum deputatorum, ordinatur quod stet et observetur prima visio dicti computi.

*(Burgensis.)* — Amedeus Thome, de Chiollaz, macellarius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Petro Jaqueti pro quercubus per eum traditis pro ponte Longe Male x florenos. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Glaudius Rolandi, de Seysello, carpentator, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Pro hospitali.)* — Fiat obligacio Petro Foyssia usque ad centum ducatos pro indulgenciis hospitalis Gebenn. noviter constructi, ad solvendum quando apportabuntur.

(98) *Martis v^ta octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, G. Gavit; — G. de Quarro, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa, G. de Vaudo, A. Gervasii.

Mandatur receptori solvat ven. viris d. Johanni Chapuysii, utriusque juris doctori, et Petro Millieti, jurisperito, pro libello et aliis dictaminibus per eos factis pro communitate contra n. Aymonetum de Grieres, iij florenos. — *(Levatum est.)*

Lecta fuit lictera missa parte ducalis dominacionis concernens Tres Status tenendos xv hujus [mensis] Chamberiaci, que ostendatur dominis vicario et de capitulo; ostensa fuit et ordinatum quod nullus accedat quia non sumus in consue[tu]dine.



Fuit lecta lictera missa per Petrum Levrerii, accedentem Lucernam pro agibilibus hujus civitatis.

Solvantur egregio d. Johanni Chapuisii, legum doctori, xij grossi pro visitacione processus communis contra monetarios et ditami[n]e unus eadem continentis duo folia, j florenus.

*Veneris viij^a octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, G. Gavit; — G. de Quarro, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele, Ste. Pecollat, P. de Versonay, Ja. Paquet, A. Gervasii.

*(Burgensis.)* — Huguetus Malens, de Burgundia, chapellerius, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Johannes Lechex, de Bernex, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

(99) *Martis xij octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, G. Gavit; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, A. Pecollat, A. Gervasii, G. de Vaudo, d. Jo. de Saxo legum doctore, Jo. de Voserier.

*(Burgensis.)* — Vouterius Fimaz, de Groysier in Bornis, affanator, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Petrus de Cruce, alias Exclapaz, carpentator, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Contra Grieres.)* — Ibidem fuit lectus libellus parte sindicorum contra n. Aymonem de Greyres coram d. vicario porrectus per egregium utriusque juris doctorem d. Johannem Chapuysii signatus, continens quinque folia cum dimidio; quo lecto, totum consilium, nemine discrepante, laudavit, concludendo quod prosequatur causa prout juris fuerit.

Fuit porrecta supplicacio parte egregiorum d. Johannis Chapuysii et Johannis de Saxo, utriusque juris doctorum, super exempcione introgiorum bossetarum vini, et conclusum quod exponatur in consilio quinquagenario.

*(Burgensis.)* — Johannes Neyrodi, de Hostona, serrallionus, parro-

chie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*Veneris xv octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici ; — P. Levrerii, A. de Sancto Michaele, G. de Quarro, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, G. de Castronovo, A. Pecollat, Ja. Paquet, H. de Ponte, A. Gervasii.

*(Burgensis.)* — Johannes Glaudon, affanator, de Clusa Loci Dei, habitator parrochie Sancti Victoris, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Juramentum.)* — Johannes de Charboneria prestitit juramentum bene et fideliter exercere locumtenentis officium vicedompni Gebenn. — *(De Crosa.)*

Egregius Petrus Levrerii, pridem apud Lucernam destinatus, exhibuit licteras responsionis per illos de Lucerna super sibi scriptis facte tangentis negocium peticionis Hans Millier.

Mandatur receptori solvat Hans Muler, hospiti Nyviduni, pro laboribus per eum habitis eundo ad civitates Lucernensem, Bernensem et Friburgi xij florenos. — *(Levatum est.)*

Et pro loquerio equi xx dierum v florenos.

Magister Glaudius de Castronovo, aurifaber, presentavit licteras per dominum nostrum Gebenn. episcopum de Montecallerio civitati destinatas[1].

(100) *Eodem die,* post prandium, existentibus in Domo communi Gebenn. egregiis : P. Floret, H. Emerici, G. Gavit ; — Ja. Nerga, Ny. de Nanto, G. de Quarro, Marqueto Toniaudi, Glaudio de Castronovo, Petro Mermodi, Guillelmo Balleti, Anthonio Millan, Jacobo de Muro, Girardo Covet, Petro de Palude, Michaele Cornuti, Hugon. de Nanto, Francisco de Vaudo, Roleto Nycolay, Petro Exertonis, Baudissardo, Colino Chicandi, Johanne Blanchet, Petro Bidialis, Hudriodo Ferrati, Johanne Regis, Nycolao Grasseti, Johanne Ducis, Francisco Clerici, Johanne Donzelli, Petro Levrerii, Petro Pacot, Jacobo Michardi, Arnoleto Vallient, Jacobo Miquent, Johanne de Boulo, Petro de Genesta,

[1] Arch. d'Etat, P. H., nº 730



Glaudio de Domo, Petro Flory, Johanne Challex, Hugon. Borcardi, Petro Gabet, Guillelmo Aubertini, Humberto de Rono, Petro Blonay.

Deinde propositum an mictendum sit ad Tres Status, prout parte ducali fuit per licteras clausas mandatum, et conclusum quod non accedatur, quia non est consuetum.

Ibidemque fuerunt lecte lictere salviconductus mercatoribus ad nundinas Gebenn. venientibus concesse[1].

Fueruntque ibidem recitata gesta per Petrum Levrerii in Lucerna, et conclusum quod fiat responsum.

*Lune xviij octobris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici ; — G. de Quarro, G. Ravonelli, (G. de Quarro), P. Levrerii, B. de Sancto Michaele, A. Monitier, G. de Vaudo, G. de Castronovo, Jo. Dangiville, Colino Chicandi, Benedicto Malliet, Petro Palu, Hudriodo Ferra, A. de Sancto Michaele, P. Cortagerii, Jo. Bueti, G. de Boulo, Laurencio Neyrodi, P. Vigniolli, Johanne de Vallibus, Glaudio Jaquet, Johanne Caudy, Henrico de Fontaneis, Francisco Clerici, Petro Charnavel, Jacobo Miquent, Martino Symoneti, Glaudio Falqueti, P. Blonay, Johanne Charavex, Petro de Genesta, Perreto Chinuti, Reymondo Boneti, Johanne Bernardi, Hugon. Boulardi, Petro Mantillion, Petro Bidialis, Petro Gabet, Johanne Debit, Johanne Dorerii, Guillelmo Aubertini, Marqueto Toniaux, Clasquino de Castro.

*(Pro adventu d. ducis.)* — Expositus fuit felix adventus illustrissimi principis Caroli, domini nostri Sabaudie ducis, et pro jocis fiendis deputantur : Jacobus Paqueti, Glaudius de Castronovo, Johannes de Plathea, Jacobus Nepotis, Paulus appothecarius, Petrus Savoex, Petrus Mantillion, Roletus Nycolay, Johannes de Soex, Aymo Bochet, Laurencius Neyrodi, et Jacobus Robini.

Portetur pallio jam emptus et eidem vadatur obviam vestibus rubeis et pueri vestibus albis cum penuncelis.

Item eidem expediantur mille floreni conventi.

Item eidem dentur unus carlaterus malvatici, et totidem ypocratis et deaurentur, ac l octane avene, unus bossetus vini Choutagnie veteris et unus bossetus vini albi, xxiiij$^{or}$ faces, xij boyte dragerie.

[1] Arch. d'Etat, P. H., nº 737 ; ces lettres sont datées du 4 octobre 1484.

(101) *Martis xix octobris*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici ; — G. Gavit, G. de Quarro, Ny. Lingocti, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, G. de Castronovo, P. Levrerii, A. Pecollat, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, G. Ravonelli.

*(Burgensis.)* — Amedeus Barberii, pictor, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Mugnerii.)* — Petantur hii mugnerii videlicet : Stephanus Nycolleti, Petrus Galliardi, Jaquemetus Rogerii, Jaquemetus Bornens, Mermetus Cocti, Jaquemetus Balli et Mauricius.

Fuit positum in deliberacione an tradi debeant claves illustri principi domino nostro Sabaudie duci qui venturus est in hac civitate Gebenn. et conclusum quod non.

*(Burgensis.)* — Johannes Sept, appothecarius, de Reverea, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j collovrina. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxij octobris*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, G. de Quarro, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. de Versonay, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa, Ste. Pecollat, G. de Vaudo, G. de Castronovo.

*(Burgensis.)* — Michael Girardi, de Malliaco, borserius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*Dominico xxiiij^ta octobris*, existentibus in Domo communi Gebenn. egregiis d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici ; — G. de Quarro, G. Ravonelli, G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Marqueto Toniaudi, Andrea Gervasii, Janino de Mara, P. Blonay, Laurencio Neyrodi, A. Pecollat, A. Millaneys, Francisco Clerici, Colino Chicandi, Petro Charnavelli, Jacobo Michaudi, G. de Castronovo, Johanne de Vallibus, Henrico de Fontaneis, P. de Genesta, Jacobo Miquent, Arnoleto Vallient, P. Mantillion, Johanne Bochet, Johanne de Crosa, Johanne de Soex, Stephano Marquet, Guillelmo Balleti, Johanne Ducis, Jacobo Rubini, Stephano de Furno, Clasquino de Castro, Guillelmo Aubertini, Petro Mermodi, Hugon. Vallerii, Johanne Bernardi, Hugon. Bochet, Petro Gabet, Petro Levrerii hospite, Ludovico de Brucellis,



Petro Flory, Jacobo charrotonus, Humberto de Rono, Glaudio de Domo, Reymondo Bonet, Perreto Chinuti.

(102) Pro adventu d. ducis fuit positum in deliberacione an debeat eidem ministrari expensas ; non ministre[n]tur expense, sed fiat eidem donum.

De mille florenis eidem persolvendis, eidem expediantur.

De dono eidem fiendo, informent se sindici de modo, et fiat donum secundum quod eis videbitur expediens.

De paramento ville ; fiat ut melius fieri poterit.

De logiamentis ; hospitentur ut melius fieri poterit.

De ystoriis fiendis ; fiant ut melius fieri poterit.

De eidem eundo obviam cum armigeris ; vadant pu[e]ri cum vestibus albis et penuncellis et vandant socii absque armis.

De faciendo responsionem dominis de Lucerna super negocio Hans Miler ; rescribatur prout in lictera lecta.

*Martis xxvj octobris*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis ; — B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Vaudo, A. Gervasii, G. de Crosa, P. Levrier, A. Pecollat, Ny. Lingoti.

*(Burgensis.)* — Petrus Vioneti, de Calia subtus Crusilliam, cutellerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(De dono.)* — Prefatus Henricus Emerici, consindicus, dixit preparasse donum fiendum illustrissimo principi domino nostro Sabaudie duci, videlicet unum carlaterum malvatici, tres cocassias ypocratis, duas duodenas facium, duodecim boytas confiture, unum bossetum vini albi et unum alium bossetum, centum octanas avene ; et in crastinum sui adventus eidem tradantur alie tres cocassie ypocratis.

Scribatur Hugon. de Boulo ad curiam regiam pro facto nundinarum destinato ut rediat.

*(Burgensis.)* — Jacobus Ferrati, de Chenes, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Pro mille florenis ducali celsitudini tradendis, fuit conclusum quod accipiantur mutuo ad interesse, si haberi non possint ab exactoribus gabelle vini.

(103) *Jovis xxviij octobris*, existentibus in Domo communi Gebenn. egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici ; — Ny. Lingocti, G. de Crosa, G. de Castronovo, B. de Sancto Michaele, Jo. Maliardi, Ja. Nerga, Ja. de Mara, Laurencio Neyrodi, Hugon. Borcardi, Petro Blonay, Jo. Charnavelli, P. Mantillion, Girardo Cugneti, Glaudio Morardi, Humberto de Rono, Henrico de Fontaneis, Anthonio Millaneys, Girardo de Vaudo, Hugone Vallerii, Petro de Genesta, Marqueto Toniaudi, Petro Bidialis, Girardo de Boulo, Reymondo Boneti, Jacobo Quibleti carpentatore, Johanne Blancheti, Colino Chicandi, Guillelmo Aubertini, Glaudio de Domo, Johanne Ducis, Jacobo Robini, Guillelmo Balleti, Anthonio Pecollat, Petro Palu, Michaele Cornuti, Stephano de Putheo, Petro Mermodi, Arnoleto Vallient, Petro Gabet, Baptizardo, Francisco Clerici, Petro Savoex, Ja. Paquet, Guillelmo Rogeti, P. Levrerii, (Petro Bidialis).

Ultra mille florenis et aliis nujalliis illustrissimo domino nostro Sabaudie duci pro suo primo adventu in hac civitate Gebenn. dentur ejus servitoribus ducentum floreni parvi ponderis, videlicet servitoribus quibus expedierit et d. sindicis utilius videbitur.

Quos mille florenos prefatus Henricus Emerici se obtulit mutuare hinc ad festum Sancti Martini ita et taliter quod si tunc eidem non restituantur quod ex tunc communitas eidem teneatur ad interesse ordinacione mercatorum. Et ulterius paratus est exbursare pro aliis donis fiendis et oneribus supportandis tercentum et quadraginta florenos, dummodo Guillelmus Rogeti, admodiatarius alarum eosdem tercentum et xl$^{ta}$ florenos eidem Henrico respondeat; et ita fuit ordinatum quod communitas supportet interesse.

Ordinatum fuit quod satisfiat eis qui fecerunt ystorias in adventu prefati domini nostri Sabaudie ducis.

*(Admodiacio alarum.)*— Admodiatur Guillelmo Rogeti, civi Gebenn., jus alarum veterum civitati Gebenn. pertinens, spacio unius anni, sub firma tercentum et xl$^{ta}$ florenorum, quos solvere promictit in manibus receptoris terminis assuetis.

*(Confessio.)* — || Ibidem dictus Guillelmus solvere respondit honorabili viro Henrico Emerici predictos tercentum et quadraginta florenos nomine dicte civitatis in quibus tercentum et xl$^{ta}$ florenis dicta communitas eidem Henrico tenetur pro pecuniis per eum exbulsatis pro donis



factis servitoribus ducalibus, videlicet cancellario et aliis, ac eciam oneribus supportatis. || — *(Cancellatum est de voluntate dicti Henrici Emerici.)*

*(Quictacio.)* — Ibidem Petrus Gacheti, receptor generalis dicte civitatis, mediante dicta responsione, dictum Guillelmum Rogeti de dictis tercentum et xl$^{ta}$ florenis solvit et quictat.

*(Confessio.)* — Ibidem Guillelmus Balleti, Jacobus Robini et Anthonius Pecollat, admodiatarii introgiorum bossetorum, debere confitentur dicto Henrico Emerici, presenti, mille florenos auri parvi ponderis ex causa responsionis facte pro communitate Gebenn., et qui mille floreni traditi existerunt illustrissimo domino nostro Sabaudie duci, constante quictancia [1] inde facta, quos mille florenos solvere promictunt hinc ad festum Sancti Martini.

*(Quictacio.)* — Ibidem, mediante dicta responsione, Petrus Gacheti, receptor generalis emolumentorum Gebenn., de predictis mille florenis dictos admodiatarios quictat, etc.

Mandatur auditoribus computorum quatenus dictos mille florenos per Petrum Gacheti, receptorem generalem, illustrissimo principi Carolo domino nostro Sabaudie duci solutos causis et racionibus in quictancia super hoc facta descriptis, solucione intrent, videlicet M florenos. — *(Levatum est.)*

(104) *Martis 2$^{a}$ novembris*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. de Quarro, Ny. Lingocti, G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. Pecollat, A. Gervasii, G. Ravonelli.

Commictitur visio exactorum de arreragiis Glaudio Ravonelli et Guillelmo de Quarro.

Cridentur nundine Lune proxime futura.

Dentur Petro Parrodi, clerico, pro dictamine propositorum in adventu d. ducis et per eum dictorum super summitate navis facte eundo obviam prefato domino, iiij floreni. — *(Levatum est.)*

Dentur Petro Mantillion, pro ystoria per eum in adventu prefati domini ducis facta, ij floreni. — *(Levatum est.)*

[1] P. H. n° 736, impr. par Ed. Mallet dans *op. cit.*, p. 353, Pièces justificatives n° XLVI.

Dentur Michaeli Leonardi, vigilli, pro expensis per eum factis eundo ultra montes ad dominum nostrum Gebenn. episcopum pro responsione eidem domino fienda de contentis in lictera per eum missa, iij floreni. — *(Levatum est.)*

*(Lictere testimoniales.)* — Prefati d. sindici actestantur Petrum Gacheti, receptorem, reposuisse in Domo communi civitatis Gebenn. arnesia per eundem receptorem levata Johanni Clerici.

Mictatur querere Annessiacum processum Johannis Maliardi contra dominum Lompnarum ut videantur merita cause.

Eligitur et deputatur ad eundum Lucernam, pro responsione fienda, Franciscus de Vaudo.

*Veneris vta novembris*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, Jo. Malliardi, G. de Castronovo, H. de Ponte, A. Gervasii, A. Pecollat.

*(Confessio.)* — Petrus Gacheti, receptor generalis emolumentorum civitatis Gebenn., habuisse confitetur ab Anthonio Pecollacti, Guillelmo Balleti et aliis admodiatariis introgii vini in deductionem firme videlicet sexaginta florenos. — *(Habet notam.)*

*(Confessio.)* — ‖ Guillelmus Balleti et Anthonius Pecollati debere confitentur egregio Petro Floreti, ducali secretario presenti, etc., sexaginta florenos parvi ponderis causa mutui solvendos hinc ad festum Nativitatis Domini. ‖ — *(Solverunt.)*

Mandatur receptori solvat Johanni de Crosa causa in rotulo xxiiij florenos, x grossos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

Mermetus Moctet, alias Chaffa, de Sonzier, carpentator, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Quiquidem Mermetus, pro penis per eum spretis, solvere promisit hospitali Gebenn. ij florenos.

*(Compromissum.)* — Martinus Bellocti et Franciscus Forrerii super differenciis inter eos existentibus promiserunt stare ordinacioni d. sindicorum.

(105) *Martis ix novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis :



d. F. de Veyriaco, P. Floreti, H. Emerici, P. de Nanto; — A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, P. Levrerii, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. Pecollat, A. Gervasii, G. de Quarro.

N. Philiberta, relicta egregii utriusque juris professoris d. Johannis Fabri, exhibet supplicacionem alias quondam bone memorie domino nostro Gebenn. episcopo porrectam unacum quodam rotulo trium viagiorum per eum nomine dicte civitatis in Alama[nia] factorum requirendo sibi satisfieri.

*(Burgensis.)* — Amedeus Gule, de Cherio, appothecarius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus x florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Franciscus Blondaz, cutellerius, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur auditoribus computorum quatenus intrent Petro Gacheti, receptori, que solvit ducalibus servitoribus ex deliberacione consilii quinquagenarii die xxviij octobris proxime decurso celebrati, summas in rotulo descriptas ascendentes ad lxxxxiij scuta cum dimidio. — *(Levatum est.)*

*Veneris xij novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. de Quarro, G. Gavit, G. de Castronovo, P. Levrerii, G. de Vaudo.

*(Burgensis.)* — Laurencius Symondi, joellerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur thesaurario solvat egregio Amedeo Faverii, ducali secretario, pro cancellatura et remissione penarum contra civitatem Gebenn. ad causam subsidii declaratarum, iiij florenos. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Johannes Charles, dictus de Bellicio, de Bochia, condurerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Conrardus Hugonis, pelliparius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus x florenis. — *(Levatum est.)*

*Dominico xiiij novembris,* existentibus in consilio generali more solito in claustro ecclesie cathedralis congregato, ven. et egregiis viris : dominis Anthonio de Villiaco, Andrea de Croseto, canonicis Gebenn; — d. Francisco de Veyriaco, legum doctore, Petro Floreti, Henrico Emerici, consindicis; — Nycolino Lingocti, Bonifacio de Sancto Michaele, Glaudio de Castronovo, Ste. de Furno, Janino Bornandi, Petremando de Malodumo, Petro Francisci, Nycodo de Nanto, Guillelmo de Quarro, Glaudio Falqueti, Guillelmo de Crosa, Johanne de Crosa, Stephano de Putheo, Glaudio Cadodi, Petro Blonay, Theobaldo Albi, Benedicto Fransonis, Petro Cortagerii, Johanne Lombardi, Glaudio Rolandi, Stephano Boni Johannis, Johanne Blancheti, Colino Chicandi, Johanne Janini, Petro Flory, Nycodo Monitier, Johanne Charavelli, Amedeo Oboli, Guillelmo Rogeti, Guillelmo Richardeti, Glaudio Ravonelli, Benedicto Mallieti, et pluribus aliis tam civibus, burgensibus quam habitatoribus Gebenn.

*(Venda vini.)* — Venda vini anni presentis fuit gitata ad xviij denarios monete cursalis pro quolibet sextario.

(106) *Martis xvj novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floreti, H. Emerici, G. Gavit; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. de Castronovo, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ja. Paqueti, H. de Ponte, A. Pecollat, A. Gervasii.

*(Burgensis.)* — Robertus Savignies, tonsor, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Johanni Savoy, sellerio, pro ystoria Domine Nostre Gracie ante capellam pontis Rodagni die primi adventus illustrissimi principis Caroli Sabaudie ducis, per eum facta, constante rotulo quem exhibet et jurat etc., xxij florenos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Jacobo Nepotis et Johanni de Leone, aurifabribus, pro ystoria in carreria Peyssonerie in dicto adventu facta vj florenos, j grossum. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Glaudio de Castronovo pro expensis per eum nomine communitatis factis in dicto adventu, constante rotulo quem exhibet et jurat etc., iij florenos, iij grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Symondo de Rippa, appothecario, causa



in rotulo per eum jurato, lxxvij florenos, x grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat n. Nycolino Lingocti, causa vendicionis duorum bossetorum vini cum fustis donatis ducali celsitudini Sabaudie, viij florenos, vj grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Hugon. Boulardi, pictori, pro penuncellis armorum Sabaudie per eum factis et expeditis quos, eundo obviam prefato d. duci, pueri portaverunt, viij florenos, iiij grossos. — *(Levatum est.)*

*Veneris xix novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, consindicis; — G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, G. Ravonelli, G. de Castronovo, A. Gervasii, Johanne Maliardi.

*(Quictacio.)* — Predictus Glaudius Ravonelli, prior confratrie Eucaristie Christi Gebenn. fieri solite, confitetur recepisse a d. Johanne de Mayo, procuratore altariensium ecclesie beate Marie Magdalenes, herede Rolete relicte Aymonis Alliodi, centum florenos pro reempcione quinque florenorum annualium et quinque florenorum pro termino festi beati Michaelis proxime lapso.

Glaudius Rolandi, carpentator, cepit onus reparandi pontem Fusterie, salario moderato.

*(Inhibicio.)* — Prefati d. sindici, in exitu consilii, accesserunt ad Burgum Foris et inhibuerunt Anthonio de Urteriis ne logiam ante ejus domum construeret, sub pena derupcionis.

*Martis xxiij novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, consindicis; — G. Gavit, G. de Quarro, Ny. Lingocti, P. de Versonay, G. de Castronovo, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Crosa, Ja. Paquet, A. Gervasii, G. Ravonelli, A. Pecollat.

Supervenit Georgius Porterii, qui conquestus fuit de Anthonio de Urtieres qui, non obstante inhibicione sibi facta de non construendo logiam ante domum suam Burgi Foris, eandem logiam construxit; fuit conclusum quod deruatur quia novum opus.

Mandatur receptori solvat super duobus burgensibus Glaudio de Cas-

tronovo et aliis doreriis, pro ystoria per eos facta a domo Guillelmi Joly usque ad domum habitacionis Petri Falqueti, xij florenos. — *(Levatum est.)*

(107) *Veneris xxvj novembris*, existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto ; — G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, G. de Vaudo, A. Gervasii, G. de Crosa.

Franciscus de Vaudo, parte civitatis destinatus ad civitatem Lucernensium pro facto Hans Miller, reportavit licteras responsionis eis scriptorum.

*(Burgensis.)* — Petrus Guygnat, de Bons, tissoctus, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*Martis ultima novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Sancto Michaele, P. Floret, H. Emerici ; — G. Gavit, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, G. de Vaudo, A. Pecollat.

Fuit ordinatum quod gabella vini decocti solvatur admodum alterius vini non decocti quia vinum est, et non fuit facta differencia, nisi de malvatico.

*Veneris 3ª decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, consindicis ; — G. de Quarro, G. de Vaudo, Ste. Pecollat, G. de Crosa, P. de Versonay, G. de Castronovo, A. Gervasii.

Dantur, Dei amore, Johanni Medici, vigilli, gravi infirmitate detento, et mandatur receptori ut solvat xij grossos.

*(Admodiacio.)* — Admodiatur cammerala facta in parte Rippe pro custodia civitatis [1] spacio unius anni, hodie incohandi, sub firma octo solidorum monete solvendorum quolibet mense ad ratam.

Viso rotulo expensarum per d. Johannem Regis et Johannem de Lompnis factarum in ambassiata per eosdem erga ducalem celsitudinem Sabaudie facta ad causam subsidii petiti, quia ipsi ambassiatores, ultra onus sibi datum, processerunt sic quod civitas solvit prefate ducali celsi-

[1] Le nom est resté en blanc.



tudini mille florenos parvi ponderis, ideo hujusmodi negocium remictitur reverendo domino nostro Gebenn. episcopo qui de ipsis et civitate ministret justiciam. — *(Vide xi januarii.)*

Quia n. Amblardus Veygier pro stabulis Bartholomei Rupt et Georgie, ejus uxoris, ad causam talie facte pro solvenda composicione cum Alamanis facta, solvit in manibus Girardi de Fogia, quondam receptoris generalis communitatis civitatis Gebenn., xx^ti florenos, constante cedula presenti annexa, nec debebantur nisi xvij floreni, constante libro ejusdem tallie, mandatur receptori solvat eidem Amblardo, causis predictis, iij florenos. — *(Levatum est.)*

*(Confessio.)* — Ibidem dicta Georgia, causis premissis, debere confitetur dicto Amblardo, presenti, dictos xvij florenos solvendos ad ejus requestam cum dependentiis. — *(Habet duplum.)*

(108) *Martis vij decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto ; — G. de Quarro, G. Gavit, P. de Versonex, G. de Castronovo, n. P. de Peymes, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Crosa, A. Gervasii.

*(Vigil.)* — Petrus Pillizon, civis Gebenn., fuit creatus vigil civitatis, qui prestitit juramentum prestari solitum.

*(Patisserius.)* — Petrus Laurencii, Johannes Maldiva, Moginus Vougerii, Petrus de Ruella, Guillelmus Aubertini, Michael Bernardi et Glaudius Pacardi, patisserii, retulerunt Petrum filium Petri Fornerii fore et esse expertum in arte patisserie et eam probe hucusque exercuisse ; quibus actentis, admictitur ad eundem mi[ni]sterium in hac civitate exercendum.

Mandatur receptori solvat Petro Mantillion, serralliono, pro supportacione expensarum per eum factarum die adventus illustris et rev. in Christo patris d. Francisci de Sabaudia, episcopi Gebenn., in ystoria ad instar Montisjovis ante platheam Longe Male facta, vj florenos. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Colletus de Cresto, de Sancto Johanne Gonvilliarum, chapellerius, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*Veneris x decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F.

de Veyriaco, P. Floret; — G. de Quarro, G. Gavit, G. de Vaudo, A. Gervasii.

*(Relacio.)* — Johannes Greloz, Petrus Chambet, Johannes Calabri, lathomi, Johannes de Petra et Stephanus Addert, carpentatores, vigore commissionis sibi facte per d. sindicos, refferunt, eorum mediantibus juramentis, visitasse logiam per Anthonium de Urteriis ante ejus domum in cadro Burgi Foris factam noviter, que non prejudicet bono communi; remictitur ad Martis proxime futuram.

*Dominico xij decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret; — G. Gavit, A. de Sancto Michaele, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. de Crosa, G. de Quarro, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. Pecollat, P. Levrerii, H. de Ponte.

Fuit lecta lictera parte sculteti et consulum Lucernensium super facto Hans Muller, et audita credencia spectabilis Petri Octerlin, ambaxiatoris; et conclusum quod omnia notifficentur domino nostro Gebenn. episcopo.

Dentur isto sero dicto ambassiatori unam cymesiam malvatici et totidem ypocratis, una boyta confiture honesta et totidem musqueti.

Pariter fuit lecta lictera parte domini Breyssie super facto nundinarum per Hugon. de Boulo apportata.

Pariter fuit apportata lictera diffidencie parte Hans Pillinguer in porta civitatis sero apposita; rescribatur dominis de Ligis.

(109) *Martis xiv decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, G. de Quarro, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa, P. Levrerii, G. de Castronovo, H. de Ponte, G. de Vaudo, A. Gervasii, Ja. Paquet.

Mandatur receptori solvat Francisco de Vaudo, pro expensis per eum factis eundo et redeundo ad Lucernam pro facto Hans Miller, xij florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptoribus computorum quatenus intrent Petro Gacheti, receptori, duos florenos quos tradidit pro consulendo processum contra Johannem de Fontana erga d. judicem Foucigniaci, et unum florenum quem donavit Johanni Medici, quondam vigilli dicte civitatis, iij florenos. — *(Levatum est.)*



*(Confessio.)* — || Discretus vir Johannes Bueti, notarius, burgensis Gebenn., debere confitetur Petro Gacheti, receptori generali dicte civitatis, nonaginta quatuor florenos parvi ponderis et octo solidos monete, causa responsionis per eum facte pro n. et potenti viro Johanne de Alingio, domino Coudree, quos debebat ex causa cessionis sibi facte de juribus civitati pertinentibus in domo n. Ludovici de Camprumis, sita Gebenn., in carreria Ripparie juxta domum heredum Nycoleti Guersi ex oriente, domum heredum Lyoneti de Alamanis ex occidente, carreriam publicam ex vento et aquam lacus ex borea, ad causam tallie Alamanorum, quos solvere promictit terminis sequentibus, primo hinc ad festum Navitatis Domini xx$^{ti}$, et hinc ad festum Sancti Michaelis xx$^{ti}$, et residuum in alio sequenti festo Sancti Michaelis, cum depensis etc. || — *(Habet quictanciam de xx$^{ti}$ florenis. — Dedi Stephano de Furno duplum.)*

*(Cessio.)* — Qua responsione mediante, remictuntur jura prefato domino Coudree absenti communitati Gebenn. in dicta domo pertinencia, cavendum more solito. — *(Levatum est.)*

|| Visa relacione. ||

*Veneris xvij decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, H. Emerici, consindicis; — A. de Sancto Michaele, G. Gavit, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Castronovo, A. Pecollat, G. de Quarro.

Relatum extitit quomodo Hans Pillinguerli, Alamanus, in porta pontis Rodani Gebenn. apposuit quandam licteram diffidencie contra cives, burgenses et habitatores Gebenn., que fuit ostensa d. ambassiatoribus Lucerne venientibus de curia regia, qui dixerunt quod idem Pillinguert non est de Ligis et est malus garsifert, et quod cives et burgenses Gebenn. ab eo caverent, et quod, eis existentibus in communitate Ligarum, exponent premissa; refferantur omnia d. vicario.

*Martis xxj decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, Ja. Paquet, G. de Crosa, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Castronovo, A. Gervasii, A. Pecollat.

Visa relacione facta per Johannem Greloz, Petrum de Chambet, Johannem Calabri, lathomos, Johannem de Petra et Stephanum Adert, carpentatores, de logia per Anthonium de Ulteriis in ejus domo existente in cadro Burgi Foris, que non est, ut retulerunt, prejudiciabilis communi, ordinatur quod sic remaneat donec aliud ordinatum. — *(Levatum est.)*

Mandatur auditoribus computorum ut intrent Petro Gacheti, receptori generali, quos solvit pro avena illustrissimo principi d. Carolo Sabaudie duci, in ejus primo adventu, xxix florenos, ij grossos. — *(Levatum est.)*

(110) Mandatur receptori solvat Hugon. Vallerii, causa in rotulo, lxxxiiij florenos, j grossum. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Hugon. de Boulo, pro pallio siriceo, inclusis frangiis et astis, super illustrissimo principi Carolo Sabaudie duci in ejus primo adventu portato, xxxij florenos, vj grossos. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxiiij^ta decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici; — G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo.

Fuit lecta minuta lictere mictende dominis sculteto et consulibus Lucerne super facto Hans Muller et super minis illatis per Hans Pillinguer.

Pariter fuit lecta lictera super premissis domino nostro Gebenn. episcopo mictenda.

## Anno lxxxv.

*Martis xxviij decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. de Castronovo, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. Gervasii, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, P. Levrier, H. de Ponte.

*(Vestes.)* — Mandatur receptori solvat vigillibus hujus civitatis, pro suis vestibus festi Nativitatis Domini proxime decursi, eis singulis annis fieri solitis, xxx florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Glaudio de Castronovo, causa in rotulo per eum jurato, xxvj florenos, ij grossos, j fortem. — *(Levatum est.)*



*Mercuri xxix decembris,* existentibus in consilio ordinario : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, sindicis; — G. Ravonelli, G. de Quarro, Ja. Paquet, P. Levrerii, Jo. Maliardi, Ja. Nerga, G. de Castronovo, G. Roget, G. de Vaudo, B. de Sancto Michaele, A. Gervasii, Matheo Scarron, Girardino de Retro, Ny. Lingocti.

Spectabilis Petrommannus Oecterlin, ambaxiator parte dominorum de Lucerna missus, obtulit quandam missivam licteram que fuit lecta, et conclusum quod demonstretur d. vicario.

(111) *Veneris ultima decembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Castronovo, G. de Quarro, A. Pecollat, Jo. Maliardi, A. Gervasii, H. Vallieti, H. de Boulo, Ja. Paquet, G. de Crosa.

Actentis multis deliberacionibus jam factis, mandatur receptori solvat dominis vicario, magistro hospicii, et domino Lucingii, presentibus, consiliariis [1] domini nostri Gebenn. episcopi, videlicet ij^c florenos. — *(Levatum est.)*

Spectabilis Petrommannus, ambaxiator parte dominorum de Lucerna huc destinatus pro facto Hans Muller, fuit instanter requisitus ut jornatam amicicie Paterniaci teneri denunciatam die xx^a post festum Nativitatis Domini proxime decursum prolongare velit ad aliquam diem congruam, infra quem omnia notifficari possint domino nostro Gebenn. episcopo ad quem spectat pro majori parte. Qui admicabiliter annuit, adjecta condicione quod quantum dictis d. sindicis proposicio actinet ad factum Johannis de Plathea, teneatur ipse Johannes promictere et se obligare de in dicta dieta, quam remisit et continuavit ad xx februarii, cum arbitris suis personaliter comparendo, et stando ordinacioni tunc fiende super differenciis existentibus inter eundem Johannem et heredes Hans Muller, civis Lucerne. Prout fecit idem Johannes quemadmodum constat instrumento per me hodie recepto.

*(Confessio.)* — Guillelmus Balleti, Anthonius Pecollat et Jacobus Rubini debere confitentur rev. d. Andrea de Malvenda, vicario Gebenn., n. et potentibus viris domino Anthonio de Rossellione, militi, do-

[1] Voir plus haut, p. 368.

mino Crangiaci, et Humberto de Lucingio, domino ejusdem loci et Alesimorum, absentibus, videlicet ducentum florenos ex causa responsionis per eos facte et quam faciunt de presenti pro Petro Gacheti, receptore generali dicte civitatis, in quibus idem receptor dictis dominis tenetur ex dono eisdem per civitatem facto, solvendos ad eorum requestam. Actum in domo prefati d. vicarii presentibus prefatis d. sindicis, B. de Sancto Michaele et Glaudio Gavit. — *(Habet duplum.)*

*Martis iiij^ta januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Crosa, Ny. Lingot, G. de Quarro, P. Levrerii, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Castronovo, H. de Ponte, Ja. Paquet, A. Gervasii, A. Pecollat.

*(Confessio.)* — Petrus Gacheti, receptor generalis emolumentorum Gebenn., habere confitetur a Guillelmo Balleti, Jacobo Rubini et Anthonio Pecollacti, admodiatariis gabelle vini presentibus videlicet summam infrascriptam per eos responsam personis in rotulo nominatis, quibus debentur, causa mutui, clxxxv floreni, j grossus, iiij^or denarii cum obolo.

*(Promissio.)* — Ibidem dicti admodiatarii promictunt solvere dictis creditoribus in rotulo nominatis summas in pede nominis cujuslibet ipsorum descriptas.

Mandatur receptori solvat Paulo, appothecario, causa in rotulo per eum jurato, iij florenos, viij grossos. — *(Levatum est.)*

Supervenit Johannes de Tulia, olim admodiatarius introgiorum vini civitatis Gebenn., qui exposuit perdidisse in admodiacione sibi facta, causante cessu, requirens sibi deduci; fuit conclusum quod solvat juxta admodiacionem sibi factam.

Mandatur auditoribus computorum ut intrent Petro Gacheti, receptori, xij florenos dato[s] spectabili Petro Octerlin, ambassiatori Lucerne, et duos florenos datos secretariis vicarii Gebenn. pro processu contra Aymonem de Greyriis, et sic in summa xiiij florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur exactoribus arreragiorum solvant Johanni de Putheo, procuratori civitatis in Chamberiaco, pro causa contra monetarios, xv florenos.



(112) *Veneris vij^a januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, G. de Quarro, A. Pecollat, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, Ja. Paquet, G. de Castronovo, A. Gervasii, G. Ravonelli, Ny. Lingocti.

*(Admodiacio.)* — || Admodiatur Guillelmo Balleti, presenti, plathea Molaris, spacio unius anni jam incepti prima mensis hujus januarii, sub firma v florenorum et ix grossorum quos solvere promictit terminis assuetis; servit Petro Gacheti, receptori. ||

*(Donacio.)* — Supervenerunt religiosi pontis Areris querentes elemosinam pro eorum cimballo fiendo, et fuit ordinatum quod eis dentur, Dei amore, metalla fracta inutilia civitati tam collovrinarum quam aliarum rerum.

*Martis xj januarii,* existentibus in Domo communi Gebenn. egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto; — G. Gavit, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, Ja. Paquet, G. de Castronovo, A. de Sancto Michaele, H. de Ponte, A. Gervasii, Ny. Lingocti, A. Pecollat, Jo. de Planis, P. Levrerii, Johannes Maliardi, Ja. Nerga, P. Cortagerii, Johanne Charavelli, P. Blonay, Henrico de Fontaneis, Francisco Clerici, Hudriodo Ferrati, P. Bidialis, Jacobo de Nemore, Johanne Blanchet, Johanne Challes, G. Arnaudi, Petro-Johanne Bruni, Reymondo Boneti, Petro Mantillion, Michaudo condurerio, Guillelmo Balleti, Petro Palu, Ja. Paquet, Johanne Regis, Girardo Veluti, Hugon. Vallerii, Amblardo Veygier, Michaele Lingocti, Petro Pacocti, Petro Vignioli, Matheo Scarron, Petro Marchiandi experonerio, Glaudio Falqueti, Francisco de Bello Exerto, Ste. Marquet, Roleto Nycolay, Colino Chicandi, Petro Exerton, Baptissardo Balardi, Anso Hugonis, Laurencio Neyrodi.

Johannes Maliardi reddidit in Domo communi provisiones obtentas a ducali celsitudine Sabaudie, ad causam pedagiorum Nyviduni et aliorum locorum.

Mandatur receptori solvat dicto Johanni Maliardi, causis in rotulo, lxxxx florenos, ix grossos. — *(Levatum est.)*

Fuit lectus rotulus expensarum traditus per d. Johannem Regis, jurisperitum, et Johannem de Lompnis et per eos factarum eundo ad

ducalem celsitudinem Sabaudie pro subsidio petito et reveniendo; remictitur ad adventum domini qui ordinare teneatur cum sit informatus de peractis per eosdem. — *(Vide inferius rotulum.)*

Fuerunt exhibite lictere capcionales contra eum qui apposuit diffidenciam in porta civitatis parte ducali decreta[m]; prosequatur nec parcatur pecuniis.

De mictendo ad jornatam Paterniaci pro facto Hans Muller, eligun tur pro arbitris Girardus de Gento et A. de Pougniaco.

De arreragiis exactis per P. Vignioli et P. de Nanto et exigendis, commictitur computus Jacobo Paqueti.

De Petro Magistri Petri et Johanne de Tulia, olim admodiatariis introgiorum vini anni lapsi, qui asserunt perdidisse in admodiacione, et petunt sibi deduci, solvant juxta tenorem instrumenti admodiacionis.

De mutuo ultimo facto et restituendo; restituatur.

De exigendo a Guillelmo de Bosco ea que debet pro allatorio sue domus; cogatur ad solvendum quinque florenos annuales.

De registris horum qui fuerunt secretarii civitatis, restituantur in Domo comniuni.

Reparetur torna aque Areris et fiat alia torna in loco necessario.

Commictitur computus arreragiorum Petri Vignioli et Hugon. de Boulo Jacobo Paqueti.

Mandatur receptori solvat Glaudio Falqueti, causa in alio mandato signato per Braset, v florenos. — *(Vide Veneris futura.)*

*(Quictacio.)* — P. Gacheti, receptor, confitetur habuisse a Guillelmo Balleti, Anthonio Pecollacti et Jacobo Robini, presentibus, in responsione per eos facta ultima decembris d. vicario et ejus consortibus, ij$^{c}$ florenos.

Mandatur auditoribus computorum intrent in librata Guillelmo Balleti quantitates in rotulo ascendentes ad cl florenos. — *(Levatum est.)*

(113) Rotulus expensarum factarum per nos Johannem Regis et Johannem de Lompnis eundo ad illustrissimum d. ducem et reddeundo.

Primo tradidi illi qui aduxit equum venditum per Gachet iij quartos.

Item pro uno bicheto avene, ij grossos.

Item pro duobus cenglis equorum, ij grossos.



Item pro ferratuta mei equi grisi, iij grossos.

Item in cropia et peytrali equi venditi, iiij grossos.

Item Crussilie, Mercurii, in prandio, x grossos.

Item Annessiaci, die Mercuri sero, xiiij grossos.

Item pro vino famuli, ij quartos.

Item Aquis in prandio merenda et cena, ij florenos.

Item pro vino famuli et ancillarum, j grossum.

Item quia famulus meus perdidit suum pileum emi sibi unum Chamberiaci, v grossos.

Item Chamberiaci die Veneris et Sabacti in prandio, ij florenos vj grossos.

Item Chamberiaci defferebam sotulares basane albe et propter pluviam emi nigros sotulares, iij grossos.

Item famulo ij quartos.

Item Aque belle in merenda, vj grossos.

Item in Cammera, Sabati sero, incluso aventagio avene equorum, xviij grossos.

Item in Sancto Johanne Mauriane, x grossos.

Item in actando sellas equorum et uno cussineto, v grossos.

Item in uno morso bride equi mei grisi, v grossos.

Item, quia equus Johannis de Nanto erat defferratus in Sancto Julliano, pro ferratura sui equi et merenda in Sancto Michaele, vij grossos.

Item in Sancto Andrea, Dominica sero, xvij grossos.

Item apud Laletum le Bourg, Lune, in prandio, j florenum.

Item pro quatuor mulis usque descensum montis, j florenum.

Item pro uno mulo qui portabat bagagia usque Secusiam quia equi mei, propter calores estivos, erant fexi, vj grossos.

Item in ferraria in hospicio Angelli in merenda, vi grossos.

Item Secusie sero et de mane die apostolorum Petri et Pauli tam in missa quam in joutamine, xvij grossos.

Item Avilliane in prandio et merenda, j florenum, iiij grossos.

Item in Monte Callerio pro septem diebus, quolibet die vij solidis, xvj florenos, iiij grossos.

Item famulis et ancillis, iij grossos.

Item in Monte Callerio tam in sucaro (?) rosato quam eleturariis contra pestem, vj grossos.

Item pro expensis Andree de Douris et interdum filii sui et interdum d. Anthonii de Montello extraordinariis, ij florenos.

Item pro secretario Marnix, pro licteris quas repetitis vicibus scripsit consilio Andree de Douris, ij florenos.

Item in Avilliana redeundo in cena, xiiij grossos.

Item famulo, j quartum.

Item Secusie in prandio et merenda, j florenum.

Item pro iiij$^{or}$ mulis pro transeundo montes, xvj grossos.

Item pro mulo qui portavit malas usque ad Termignion, vj grossos.

(114) Item apud Termignion in prandio et merenda, j florenum.

Item pro portando malas usque ad Sanctum Johannem tam pro expensis illius qui nobiscum veniebat, j florenum, j grossum.

Item in Sancto Andrea in cena, xv grossos.

Item famulo, j quartum.

Item in Sancto Michaele mane bibendo semel et picotino, vj grossos.

Item in Sancto Johanne Mauriane in prandio et merenda, xiiij grossos.

Item in cena sero, xvj grossos.

Item Aquebelle in prandio, x grossos.

Item pro ferris equorum, iij grossos, iij quartos.

Item in Monte Meliano in merenda vj grossos.

Item Chamberiaci pro una die cum dimidia, ij florenos, vj grossos.

Item Aquis in cena et Dominica, j florenum, v grossos.

Item ancillis, ij quartos.

Item fecimus celebrari unam missam, vj quartos.

Item Rumiliaci in prandio et merenda, j florenum.

Item apud Marlium, j florenum.

Item pro barbis et lavacione capitum nostrarum, iij grossos.

Item pro famulis, ij grossos.

Item porterio ducali, iij grossos.

Item hic Gebennis pro equis meis in regressu unum bichetum avene, ij grossum.

*Veneris xiiij januarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici; — Ja. Paqueti, G. de Castronovo, H. de Ponte, G. de Quarro, G. de Vaudo.

Exhibito, parte Glaudii, filii et heredis quondam Petri Falqueti, quo-



dam mandato quinque florenorum eidem quondam Petro debitorum causa execucionis duarum coquassiarum, quos v florenos petit sibi solvi aut dictas coquassias sibi restitui, et quia petit alternativam et utilius est restituere coquassias quam dictos quinque florenos restituere, cum indigeant reparacione, mandantur restitui.

Supervenit n. Mermetus de Vigniaco, tutor liberorum Nantermeti Festi, qui conquestus fuit de Petro Galloz qui se ampliat super possessione dictorum liberorum; petit terminari inter eos, et Gallouz paratus est et eligit in probos Petrum Exerton et Glaudium Violeti, et dictus tutor Johannem Janini et Amedeum Losserii, quorum ordinacioni stare promictunt octo refferende.

*(Admodiacio.)* — Admodiantur plathee burgi Sancti Gervasii, Domine Nostre, Pontis Rodagni et Fusterie Jacobo Bidremann, presenti, spacio unius anni die prima hujus incepti et simili die fi[ni]endi, sub firma xviij grossorum quos solvere promictit terminis assuetis.

*(Exactor.)* — Quia plures se inmiscent de exigendo arreragia, revocantur omnes exactores dempto Petro Vignioli duntaxat.

(115) *Martis xviij januarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis: P. Floret, H. Emerici, consindicis; — G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. de Quarro, G. de Crosa, P. Levrerii, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Castronovo, H. de Ponte, A. Gervasii, G. Gavit.

*(Carroneria.)* — Admodiatur Petro Chaniardi, de Vourey in Michallie, presenti, carroneria civitatis cum canaperio, spacio sex annorum hodie incipiendorum et simili die ipsis sex annis finiendorum, sub firma cujuslibet anni duorum millium carronum que solvere promictit singulis annis termino festi Sancti Michaelis cum dampnis.

*Veneris xxj januarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Floret, H. Emerici, consindicis; — G. Ravonelli, G. de Quarro, G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, Ja. Paquet, A. Gervasii, P. Levrerii.

Glaudius Chabodi, pridem Lucernam destinatus pro facto et minis illatis civitati per Hans Peringer[1], actulit a secretario Lucerne unam lic-

[1] Il s'agit peut-être du même individu que ci-dessus, p. 377 (séance du 17 décembre 1484); voir également E. A., t. III, Abt. 1, p. 202 *b*.

teram missivam que fuit lecta; fiat responsio de prolongacione jornate Hans Muler ad medium Quadragesime.

*(Burgensis.)* — Anthonius Rolandi, de Hospitali, barbitonsor, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est).*

*Martis xxv januarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis: d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici; — G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. de Quarro, Ja. Paquet, G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Castronovo, M. Scarron, H. de Ponte, A. Pecollat, A. Gervasii.

*(Burgensis.)* — Fuit creatus burgensis Johannes Morelli, de Veyrier, borserius, parrochie Sancte Crucis, mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Romanus Bellocti, tisserandus, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Nycolaus Bellocti, tisserandus, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Supervenit n.. et potens Glaudius de Viry, dominus Terrallium, dicens emisse quandam domum existentem in summitate carrerie Costancie, que fuit taxata pro composicione Alamanorum solvenda triginta florenis, et sic excessive taxata, petit sibi fieri graciam; conclusum fuit quod solvat xxiiij$^{or}$ florenos; de residuo remictitur ad consilium generale.

Mandatur receptori quatenus deducat Roberto de Cresto, preconi civitatis, de firma admodiacionis cride, videlicet ij florenos. — *(Levatum est.)*

Deffendatur conreatoribus ne reparent seu denigrent eorum coria in plathea Longe Male.

*(Prolongacio jornate.)* — Pefati d. consindici continuant jornatam inter eos et heredes ac creditores Hans Miller cadentem ad xx februarii ad medium Quadragesime, et promictunt comparere in loco Paterniaci cum arbitris, et stare ordinacioni eorumdem, presentibus nobili Anthonio de Monitier, Henrico Charbonerii et Petro Vignioli.

Fuit lecta lictera parte domini nostri Gebenn. episcopi missa, et pariter lictera missa parte magistri hospicii, et pariter lictera parte spectabilis Petri Octerlini, secretarii Lucerne.



(116) Mandatur receptori solvat Hugon. de Boulo, causa in rotulo per Ja. Paquet visitato, xxx florenos, ix grossos, sex denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur auditoribus computorum ut intrent P. Gacheti, receptori, causa in rotulo, lix florenos, iiij grossos, ix denarios, obolum. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Johanni Cherlier, Jaquemeto Buez, Berthodo Gant et Johanni de Leaval, causa in rotulo, vj florenos, j grossum, xj denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur auditoribus computorum ut intrent Petro Vignioli, receptori arreragiorum, summas in rotulo descriptas ascendentes ad lxxxxij florenos, vj grossos.

*Veneris xxviij januarii,* existentibus in consilio ordinario: d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici; — G. de Quarro, G. Ravonelli, Ny. Lingocti, G. Gavit, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Castronovo, A. Pecollat.

*(Burgensis.)* — Petrus Rose, de Villamagna, marescallus, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Romaneto Carpini, vigilli, commoranti in Domo communi civitatis, pro penis extraordinariis per eum habitis, trigintaduos solidos. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Blasius Georjotonis, de Villiafranc, dyamanterius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur Petro Vignioli, receptori arreragiorum, quod de xxx florenis petitis a domino Terrallium pro tallia domus ejus, que fuit domini Vallis Ysere per ipsum acquisita precio centum et quinquaginta, quia excessive fuit taxata et si fiat sibi debita reductio dicte summe ad debitum equum, ipsam ad decus et utilitatem dicte civitatis reedifficabit, alias non, sed vendet lapides et dimictet plateam vacuam, quod ab eo non exigat nisi decem octo florenos, quoniam residuum consideracione remictitur, et ipse Vignioli ad depluri computandum prohibetur. — *(Levatum est et habet Vignioli mandatum.)*

*Martis prima mensis februarii,* existentibus in consilio ordinario : d. F. de Veyriaco, H. Emerici, P. de Nanto ; — G. Gavit, A. de Sancto Michaele, Ny. Lingocti, G. Ravonelli, G. de Quarro, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ja. Paquet, G. de Castronovo, H. de Ponte, A. Pecollat, A. Gervasii, P. Levrerii.

Ad aures prefatorum d. sindicorum devenit quod nonnulli ignoti bini et bini se locant in suburbiis dicte civitatis ; petantur hospites, et tendantur cathene, ac sumantur informaciones, deinde omnia notifficentur d. vicario.

*(Burgensis.)* — Egregius episcopalis Gebenn. secretarius Johannes de Agiville, de Ruppe, fuit creatus burgensis gratis. — *(Levatum est.)*

Mandatur auditoribus computorum quatenus intrent receptori quos libravit d. Petro Millieti, judici Foucigniaci, pro consulendo processum contra Henricum Folliosii, iiij florenos.

Mandatur receptori solvat Anthonio Lyonardi, secretario, causa in rotulo, ix florenos, ix grossos, ix denarios.

Mandatur auditoribus computorum ut intrent receptori in recepta suorum computorum summas in rotulo descriptas ascendentes ad lxxxxvij florenos, v grossos, x denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Aymon. Bessoneti, causa in rotulo, vij florenos, iij grossos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

(117) *Veneris quarta februarii,* existentibus in consilio ordinario : d. F. de Veyriaco, H. Emerici ; — G. Gavit, G. Ravonelli, P. de Versonay, A. Pecollat, A. Gervasii.

Mandatur receptori solvat Johanni Maliardi, pro quercubus per eundem venditis pro ponte Longe Male, ij florenos, vi grossos.

Mandatur auditoribus computorum ut intrent Petro Gacheti, receptori, quantitates in rotulo descriptas ascendentes ad lxxxvj florenos. — *(Levatum est.)*

LXXXV

(118) *(Mutacio sindicorum.)*

*Dominico sexta februarii,* existentibus in consilio generali in claustro ecclesie cathedralis more solito congregato, n. et egregiis viris : d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto ; — Glaudio Gavit, Guillelmo de Quarro, Anthonio Pecollat, Janino de Mara, Petro Cortagerii, Glaudio Pensabini, Jacobo Nepotis, Guillelmo Rogeti, Jo. Boconis, Petro Levrerii, A. de Sollerio, Johanne de Tulia, Glaudio Cadodi, Nycodo Testuti, Petro de Monte, Johanne Maliardi, Petro Gachet, Petro Mantillion, Stephano Folliosii, Matheo Scarron, Marqueto Toniaudi, Petro de Versonay, Jano de Versonay, Ludovico de Potisio, Glaudio Cavucini, Anthonio de Sancto Michaele, Girardo de Boulo, Henrico de Nanto, Petro Francisci, Francisco Clerici, Bartholomeo de Cabanis, Girardo Bochardi, Johanne de Molario, Roleto Marchiandi, Amedeo Danelli, Glaudio Cergat, Mauricio Vuy, Jacobo Nerga, Hugon. Ramelli, Bondissardo Balardi, Hugon. Renguisii, Johanne Banderie, Amblardo de Orseriis, Johanne de Crosa, Bartholomeo Puthodi, Stephano de Putheo, Johanne Sabaudie, Glaudio Philippi, Petro Tornerii, Jacobo de Fontana, Johanne Ruffi, Glaudio Rolandi, Amblardo Veygier, Amedeo Oboli, Parvo Johanne pictore, Nycolino Lingocti, Mermeto Cohendoz, Andrea Gervasii, Glaudio Falqueti, Petro Gabet, Petro Vellerii, P. Magistri Petri seniore, Jo. Belleboche, Jo. de Cresto, Vouterio Charavelli, Mermeto Exerto, Jo. de Planis, Jo. de Lompnis, Annequino Copini, Jacobo Paqueti, Hugon. Boulardi, Johanne de Lyon, Jacobino Feschie, P. de Malodumo, Bonifacio de Sancto Michaele, Johanne Luppi, Petro de Genesta, Johanne Flory, Francisco de Foresta, Johanne Mariglerii, Glaudio Chenevalis, Guillelmo Pecollat, Aymoneto Sonerii, Jacobo Bidremand, Johanne Roberti, Stephano de Furno, Glaudio de Castronovo, Petro Johanne Bruni, Johanne Albi, Petrequino Ciclacti.



*(Constitucio sindicorum.)* — Fuerunt electi, constituti et deputati sindici hujus civitatis Gebenn. venerabilis et egregius vir d. Johannes de Saxo, nobilesque et honorabiles viri Glaudius Gavit, Glaudius Ravonelli et Guillelmus de Quarro, presentibus venerabilibus viris d. Petro Farodi, Johanne Ludovici, Romaneto Carpini et pluribus aliis.

*Lune septima februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis viris : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. de Quarro, G. Gavit, sindicis ; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, P. Gachet.

*(Prestacio juramenti sindicorum.)* — Prefati d. sindici prestiterunt juramentum prestari solitum.

(119) *Martis viij^a februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, P. Gacheti, B. de Sancto Michaele, A. de Sancto Michaele, Amblardo de Orseriis, G. de Vaudo, Ja. Paquet, H. de Ponte, P. Gachet, Guillelmo Balleti.

Glaudius Chabodi, pridem Lucernam destinatus [1], tradidit quandam licteram per egregium Petremandum Octerlini, scribam Lucerne, missam.

*(Consiliarii.)* — N. et honorabiles viri dominus Franciscus de Veyriaco, P. Floret, Henricus Emerici, Petrus de Nanto, Anthonius de Sancto Michaele, A. de Orserii[s], Jacobus Paquet, Bonifacius de Sancto Michaele, Girardus de Vaudo, Petrus Gacheti et Guillelmus Ballet, recepti in consiliarios, solitum prestiterunt juramentum.

De dymidiis grossis Flandrie recipiendis vel refutandis, conclusum quod remaneant ut sunt absque aliqua crida fienda.

*Martis xv februarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, A. de Sancto Michaele, G. de Crosa, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, H. de Ponte, P. de Nanto, P. Gachet, Ja. Paquet, Leonardo Acquineaz, G. Ballet.

*(Burgensis.)* — N. Johannes de Voserier, baillivatus Foucigniaci, locumtenens magnifici d. vicedompni Gebenn., fuit creatus burgensis gratis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — N. Petrus Foyssie, de Chanberiaco, fuit creatus burgensis gratis. — *(Levatum est.)*

*(Electio receptoris.)* — Eligitur pro receptore generali Hugoninus Renguysii, qui cavere debeat de reddendo computum et legitimam racionem cum reliquorum plenaria restitucione.

Mandatur receptori solvat Glaudio Chabodi, causa in rotulo per eum jurato, vj florenos, x grossos. — *(Levatum est et dirigitur Petro Vignioli.)*

[1] Voir plus haut, p. 385.



(120) *Veneris xviij februarii,* existentibus in consilio ordinario [1] : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — P. Floret, P. de Versonay, Ny. Lingot, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Ja. Paquet, H. de Ponte, G. Ballet, Petro de Joex, M. Collombi, Johanne de Tulia, Johanne Challex, Jacobo Michaudi, Hugon. Borcardi, G. de Crosa, n. Jo. de Voserier, Petro Exerton, P. de Malodumo, Hugon. Renguysii, Ste. de Furno, P. Gabet, Guillelmo Aubertini, H. Vallerii, Clasquino de Castro, Hudriodo Ferra, Ja. de Veruffis, Petro Jaqueti, Petro Vignioli, Ny. de Nanto, Reymondo Bonet, Petro Navis, Johanne Charavelli, Johanne Calabri, Batasardo Balardi, Jo. Maliardi, A. Monitier, Petro Cortagerii, Petro de Genesta, Petro Mermodi, Henrico de Fontaneis, Johanne Blancheti, Francisco Clerici, Arnoleto Vallient, Perreto Chinuti, Jacobo Miquent, Petro Bidialis, Jacobo Charrotonis, Marqueto Toniaudi, Anthonio Millaneys, Petro Johanne Bruni, Reymondo Lullini, Johanne Lamberti, Johanne Fabri, Michaele Cornuti, Petro Mantillion.

*(Pro H. Emerici.)* — Expositum extitit parte d. sindicorum quod Henricus Emerici, habens curtilia juxta communia Areneriarum et iter publicum tendens a Corrateria ad Planum Palacii, voluit terminare, et eisdem visum fuit expediens pro utilitate rei publice quod fieret iter de directo ad filum per curtilia ejusdem Emerici et quod eidem in recompensam traderetur de communi a parte Areris; commictitur visitacio consilio ordinario et Petro Mermodi, Petro Cortagerii, Perreto Chinuti, Ste. de Furno, Jo. Calabri, Jo. de La Toy, Bezansono Dorerii, Petro Exerton, Reymondo Lullini, Nycodo de Nanto, Marqueto Toniaudi, A. Gervasii, G. de Borjali, Hudriodo Ferra, G. Veluti, Johanni Debit, Johanni Bellesser, P. Gabet, H. de Fontaneis.

*(Ambassiata.)* — Pro mictendo Paterniaci [2] super facto Hans Muller fuerunt electi n. Girardus de Gento et Anthonius de Pougniaco, pro quibus associandis eliguntur n. et egregii Petrus Floreti, ducalis secretarius, et Henricus Emerici.

[1] Il ne s'agit pas du conseil ordinaire, mais du conseil général ou du conseil des cinquante.

[2] Voir plus haut, p. 382.

Coram consilio ordinario.

*(Substitucio.)* — Prefati d. sindici substituunt procuratores Anthonium Lyonardi et alios praticantes; recepit de Crosa.

*Martis xxij februarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis viris: d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Nanto, G. de Crosa, A. de Orseriis, Ny. Lingocti, P. de Versonay, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, P. Levrerii, Ja. Paquet, Jo. de Planis, Jo. Maliardi, G. Ballet, A. de Sancto Michaele.

*(Consiliarii.)* — Petrus Levrerii et Johannes de Planis fuerunt recepti in consiliarios civitatis, qui prestiterunt juramentum prestari solitum.

De receptore generali communitatis civitatis constituendo, fuit electus parte d. Johannis de Saxo et Guillelmi de Quarro Johannes Grossi, et parte Glaudii Ravonelli et Glaudii Gavit et majori parte consiliariorum Hugon. Renguisii cum caucione presentata.

*Veneris xxv februarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Johanne de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — A. de Orseriis, Petro Levrerii, Ja. Paqueti, H. de Ponte, Johanne de Planis, G. de Crosa, Ny. Lingot, G. de Vaudo, G. Ballet.

Scribatur d. comiti de piscibus qui ejus nomine levantur et ultra quam sit ejus domui necessarium.

Mictatur Chamberiacum quem processum contra monetarios et expediantur duodecim floreni ultimo ordinati Johanni de Putheo, procuratori civitatis.

Pro domo scole habenda, datur onus Nycolino Lingocti.

*(Constitucio receptoris.)* — Petrus Gachet fuit constitutus receptor generalis communitatis civitatis, qui prestitit juramentum prestari solitum.

*(Commissio computorum.)* — Commictitur recepcio computorum dicti Gacheti anni preteriti Guillelmo de Crosa, Hugon. de Ponte et Jacobo Paqueti. Commictitur recepcio computorum Hugonini de Ponte ad causam hospitalis Guillelmo de Crosa, Jacobo Paqueti et Johanni de Planis.



(121) *Martis prima marcii,* existentibus in consilio ordinario : G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — A. de Sancto Michaele, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, P. de Versonay, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Ja. Paquet, H. de Ponte, Jo. de Planis, G. Balleti, P. Floreti, Ny. Lingocti, Johanne Maliardi, P. Levrier.

Supervenit Petrus Arnoleti, alias de Genesta, qui peciit sibi impartiri licenciam construendi unum scanum ante domum suam existentem econtra castrum Insule; restet ut est donec loco visitato.

Conqueruntur quamplures de trabucheto existente econtra castrum Insule; conferatur cùm d. vicario.

Supervenit Aymo Chapellerii conquerens de receptore arreragiorum qui ab eodem petit xxiiij$^{or}$ florenos pro magna tallia, qui tamen eidem remissi fuerunt per quondam bone memorie d. episcopum Gebenn. Videatur liber, et si quid civitas eidem promiserit, eidem observetur; sinautem compellatur ad solvendum.

*Veneris iiij$^{ta}$ marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — A. de Sancto Michaele, Ny. Lingocti, P. de Versonay, Jo. de Planis, A. de Orseriis, G. de Vaudo, P. Levrier, Jo. Maliardi, Ja. Paquet, H. de Ponte, G. Balleti.

Quia Petrus Vignioli, receptor arreragiorum civitatis Gebenn., solvit Johanni de Putheo, procuratori dicte civitatis, incluso portu eorumdem, xij florenos, iij grossos, mandatur auditoribus suorum computorum ut intrent in librata xij florenos, iij grossos. — *(Levatum est.)*

*(Inhibicio.)* — Inhibetur Hugon. de Boulo, presenti et non consencienti, ne se inmisceat de exactione arreragiorum.

*Martis viij$^{a}$ marcii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — n. P. de Peymes, n. Girardo de Gento, Anthonio de Pougniaco, P. Floret, A. de Sancto Michaele, P. de Nanto, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele, P. de Versonay, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. de Orseriis, Ja. Paquet, G. de Castronovo, H. de Ponte, Jo. de Planis, P. Levrerii.

*(Pro ambaxiata.)* — Fuerunt lecte instructiones tradende nobilibus Girardo de Gento et Anthonio de Pougniaco mictendis Paterniaci pro

jornata tenenda super facto Hans Muller, et inde ipse instructione[s] expedite et conclusum quod, Jovis proxime futura, arripiant iter cum prefato n. et potenti Petro de Peymes, medico.

(122) Exhibite fuerunt per magistrum Glaudium de Castronovo lictere parte domini nostri Gebenn. episcopi et principis misse super facto nundinarum [1] unacum licteris dominicalibus super imposicionibus factis super mercanciis a patria Sabaudie extrahendis [2].

Item et lictere per illustrissimum principem dominum Sabaudie et prefatum dominum nostrum Gebenn. episcopum dominis de Berno et Friburgo directis [3] cum licteris patentibus, et conclusum quod idem magister Glaudius illas eisdem dominis defferat, et credenciam ipsarum licterarum exponat.

*Veneris xj marcii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis ; — G. de Vaudo, A. de Orseriis, Ja. Paquet, Jo. de Planis, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele.

De mulieribus lubrici(bu)s existentibus in carreria Turris Budelli, dantur nomina d. locumtenenti d. vicedompni ut alibi eas percomitari faciat.

Provideatur de operario ad visitandum edifficia Gebenn. civitatis.

*Martis xv marcii*, existentibus in consilio ordinario : G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro ; — G. de Crosa, Ny. Lingocti, A. de Orseriis, Jo. de Planis, Jo. de Nanto, G. de Vaudo, A. de Sancto Michaele.

Insequendo appunctuamentum per dominum vicarium factum, constantibus licteris per Petrum Levrerii receptis, tollatur trabuchetum econtra Insulam existentem et portentur trabes pro reparacione Areris.

(123) *Martis xxij marcii*, existentibus in consilio ordinario egregiis :

[1] Archives d'Etat, P. H., nº 730 ; cette lettre est datée de Moncalier, où le duc de Savoie résidait alors, le 1er mars ; l'évêque de Genève informe le conseil du résultat de ses démarches en faveur des foires (Borel, *op. cit.*, p. 45, nº 3).

[2] Archives d'Etat, P. H., nº 739.

[3] *Lire :* directe.



d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis ; — P. Floret, A. de Sancto Michaele, Ny. Lingocti, G. de Crosa, A. de Orseriis, G. de Castronovo, Jo. de Planis, Ja. Paquet, H. de Ponte, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Leonardo Aquineaz, Jo. Maliardi, P. Levrerii, G. Ballet, P. de Nanto.

*(Juramentum.)* — Egregius Johannes de Planis, locumtenens magnifici d. vicedompni civitatis Gebenn., solitum prestitit juramentum.

Mandatur auditoribus computorum intrent Petro Gacheti, receptori generali, quantitates in rotulo per eum jurato, ascendentes ad summam xij florenorum, iij grossorum, ix denariorum. — *(Levatum est.)*

Lecta fuit lictera missiva per n. et potentem virum Petrum de Pesmes, dominum de Brandis, civitati directa, et audita credencia Glaudii de Castronovo.

*(De facto Hans Muller.)* — Fuit lecta potestas arbitris communitatis Gebenn. per egregium Petrum Floreti, ambaxiatorem, data et pariter sentencia per n. Girardum de Gento et Anthonium de Pougnier, arbitros dicte civitatis, lata, per eosdem arbitros signata, et pariter potestas actributa per Georgium Schortly, burgensem Lucerne et tutorem Hans filii quondam Hans Muller de Lucerna, et pariter lictera testimonialis facta de requisicione facta n. et potenti viro Petro de Pesmes, domino de Brandis, per Petrum Moroni signata.

Scribatur super premissis domino Breyssie qui est informatus de materia [1].

Pariter scribatur domino de Brandis.

Mandatur receptori solvat Jacobo Paqueti causa in rotulo per eum jurato iij florenos, vj grossos.

Supervenerunt abilitati ecclesie cathedralis dicentes ipsos fore exemptos a solucione introgiorum bossetorum ; quia soliti sunt solvere, solvant.

[1] Aux Archives d'Etat est conservée (P. H., nº 723 *bis*) la minute non datée d'une lettre des syndics de Genève à Philippe de Bresse dans laquelle est relatée tout au long l'affaire de Hans Müller ; elle a été classée parmi les pièces de 1483, par erreur sans doute, puisqu'il y est fait mention de la « journée de Payerne » qui eut lieu au mois de mars 1485 (voir p. 391 et 394) ; c'est probablement la lettre dont la rédaction a été décidée dans cette séance.

Mandatur receptori solvat n. Anthonio de Pougniaco et Girardo de Gento, arbitris pro communitate electis in facto Hans Muller, et qui steterunt eundo Paterniaci et redeundo, xl florenos [1].

Mandatur eidem receptori solvat egregio Petro Floreti, ambaxiatori, qui cum dictis arbitris fuit, xx florenos.

*Veneris xxv marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. de Quarro, consindicis ; — P. de Nanto, P. Levrerii, A. de Orseriis, Ja. Paqueti, Jo. Maliardi, L. Aquineaz.

De scribendo domino Breyssie super facto nundinarum et Hans Muller.

Et pariter domino Sancti Jullini pro facto nundinarum.

(124) *Martis xxix marcii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. de Quarro, consindicis ; — P. Floreti, A. de Sancto Michaele, P. de Nanto, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Crosa, G. de Castronovo, Ja. Paqueti, Jo. de Planis, H. de Ponte, G. Balleti, Ny. Lingocti, P. Levrerii, A. de Orseriis.

Commictitur terminacio fienda inter possessionem magistri Marqueti Toniaudi existentem versus Treynant juxta communia magistro Roberto de Cresto et aliis expertis.

*(Operarius.)* — Constituitur operarius civitatis magister Jacobus Quibleti, carpentator, qui visitare habeat edifficia civitatis et refferre que neccessaria erunt sub salario consueto reparare, et ultra datur eidem una vestis usque ad triginta solidos pro quolibet anno de librata seu devisa civitatis.

Magister Glaudius de Castronovo, destinatus Friburgum parte ducalis celsitudinis ad causam nundinarum, qui actulit unam licteram missivam credencialem directivam prelibate ducali celsitudini, et conclusum quod si non possit accedere, quod scribat ejus credenciam et mictatur.

Introducatur appellacio facta a sentencia lata contra civitatem in favorem n. Georgii de Antiochia.

Prosequatur causa contra heredes d. Johannis Fabri, si non possit cum eisdem amicabiliter conveniri.

[1] Voir p. 391 et 394.



*Jovis sancta ultima marcii :* Reymondus Coste, vigil civitatis, reffert, suo medio juramento, de precepto egregii Guillelmi de Quarro, consindici, peciisse consilium ordinarium ad terciam horam post meridiem die herina, et ad horam septimam diei presentis, in Domo communi pro certis agibilibus civitatis ; nichilominus nullus ex eodem consilio comparuit, de quibus idem de Quarro peciit licteras testimoniales.

*Martis vta aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis ; — P. Floret, H. Emerici, A. de Sancto Michaele, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. Ballet, G. de Castronovo, Jo. de Planis, Jo. Maliardi, P. de Versonay, P. Levrerii, Ny. Lingocti, A. de Orseriis, Ja. Paquet, G. de Crosa.

Mandatur auditoribus computorum quatenus intrent Petro Gacheti, receptori generali, quantitates pecuniarum in rotulo per eum exhibito et jurato, ascendentes in summa [ad] cix florenos, x grossos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

Datur potestas Petro Cortagerii et Roberto de Cresto, secum vocatis probis ad hoc expertis, limitandi communia econtra possessionem magistri Marqueti Toniaudi.

Fuit lecta lictera per dominum de Brandis missa super facto nundinarum et Hans Muller de Lucerna [1].

Mes honnorés seigneurs, je me recomande a vos bonnes graces de mon povoer ; jay receu la lettre qui vos a pleu moy escrire tant quil touche le feit des foires et autres afferres de la cité ; tout jor moy troverés prest a my employer a mon petit povoer en obaïssant a vos comandemans comme seluy qui est des vostres et entenu de si feyre.

Au surplus mon avis est que surtout devés recourre et informer de toutes choses bien a plain nostre tres reverend et tres redoubté seigneur et prince por vostre devoer rendre et por estre sostenu et meintenu et ossy qu'il garde et soustiennye si la qui est syen et à luy appartient de garder et proteger.

[1] L'original de cette lettre, dont nous donnons le texte ici, a été fixée entre les feuillets 124 et 125 du Registre.

En tant quil touche lafferre et different de ceux de Luserne, dont ci a estée tenue la jornée a Paherno, despuis le departemant de la dite jornnée nan ay ouy novelles nulles et estoye deliberé dattendre leur novelles et bonne responce veu larest de quoy il demorarent avecques moy sest qui me feroyent savoer sy plus avant je me devroyes mesler du dit affeyre ou non et sela jay esté et suis attendant de savoer et entendre deux; puis que vostre oppinion et avis est que plus avant je men doeg enquerir et conseillier, je my acorde et moy semble vostre oppinion estre bonne et partant le feray a mon povoer dung costé et dautre por sy bon moyen que vos en seray quelque chose plus avant rescrire en brieff a layde de nostre seigneur; combien que naye les submissions testifficacions feites dune partie et dautre, neantmeins feray foy de ma bouche de sela que je say et ay veu et du tout men acquitteray leaumant a mon povoer. Touchant sela que escrivés a mon seigneur de Bresse me semble tres bien feit; mes de luy escrire lettres narrattives et longues set grant ennuyement a princes et peu sovant les lissent, et voient plus tost luy envoyer ung homme bien instruyt qui solicitast la enspedicion et bonne response, quar en leur propres affeires il veulent estre solicités. — Item feriés bien de escrire a monseigneur de Chasteau vieux qui seroet le soliciteur du despeche.

Touchant que mescrivés que doeg soliciter davoer la sentence des arbitres de Lucerne, seuremant jen feray mon devoer combien que sela demora fort a leur voulloer de la moy ballier ou non. Messeigneurs quant plustost auray autres novelles de la matiere desus ditte le vos feray savoer, et moy pardonnés si ne vos escris sy bien que je deusse, quar au temps present chescon est occuppé au service du Createur auquel je prie qui vos doin a tous tres bonne et longue vie, et se chose vos playt moy mander ou comander, de tres bon ceur je le feray et acompliray a mon povoer en moy recommandant a toux mes seigneurs du conseil votre. Escrit a Brandix se jeudi saint [1] de la main du tout vostre serviteur Pierre de Pesmes.

[*Adresse.*] A messeigneur les sendiques et conseillers de la cité de Jenev mes treshonoré seigneurs.

[1] 31 mars 1485; la lettre porte au dos cette note: Recepta v aprilis LXXXV.



Exequantur lictere dominicales super facto nundinarum concesse.

Advertatur ducalem celsitudinem de prohibendo ne quis utatur sale ab exteris partibus adducendo eciam pagnis exteris et sub penis.

*(Pro nundinis.)* — Fuerunt electi ad eundum ad dominum Breyssie super facto nundinarum et Hans Muller egregius Petrus Floreti, ducalis secretarius, et Glaudius de Castronovo.

*Post prandium*, in domo d. vicarii, eo presente, et n. Anthonii Bovardi, magistri hospicii domini nostri Gebenn. episcopi.

Facta fuit resolucio quod predicte lictere dominicales mandentur exequi per servientes generales ducalis celsitudinis.

(125) *Mercuri vi aprilis*, existentibus in Domo communi convocato consilio quiquagenario: d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — P. Floret, P. de Versonay, P. Levrier, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, Jo. Maliardi, A. de Orseriis, G. de Castronovo, Jo. de Planis, Ja. Paquet, P. de Monte, Jo. Novelli, Ny. de Nanto, Ja. de Mara, Marqueto Toniaudi, A. Millaneys, Glaudio Falqueti, Jo. Albi, Ny. de Villario, P. Exerton, B. Savarini, P. Cortagerii, A. Veygier.

Porrecta supplicacio parte macellariorum per quam se offerunt servire civitati a festo Nativitatis Domini usque ad festum Magdalenes pro sex denariis libram mutonis et libram bovis pro tribus denariis cum obolo, et a festo beate Marie Magdalenes usque ad Nativitatem pro quinque denariis libram mutonis et tribus denariis libram bovis; remictitur cognicio d. vicario.

De mictendo ad dominum Breyssie super facto nundinarum et Hans Muller de Lucerna.

De causa contra n. Georgium de Anthiochia pro quo fuit lata sentencia.

De causa contra heredes d. Johannis Fabri.

De causa contra Johannem de Tulia ad causam introgii vini anni preteriti.

De modo habendi pecunias pro premissis peragendis, datur potestas d. sindicis de emolumentis civitatis, titulo pignoris vel alias ad tempus tradendi usque ad centum scuta.

Mandatur receptori solvat fratri Anthonio Penneti, priori Predicato-

rum Palacii, qui hac Quadragesima verbum Dei populo predicavit, videlicet xij florenos. — *(Levatum est.)*

*Veneris viij aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — d. F. de Veyriaco, G. de Crosa, P. de Versonay, B. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, P. Levrerii, Ja. Paqueti, Jo. de Planis.

*(Relacio.)* — Petrus Cortagerii, Robertus de Cresto et Jacobus Quibleti, carpentatores, commissarii ad hoc deputati, refferunt, suis mediantibus juramentis, secum vocatis pluribus civibus et burgensibus, terminasse inter communia et possessionem n. Henrici Emerici, existentem juxta Arenerias, et in eadem terminacione pocius lesisse eundem Emerici quam communitatem, qua relacione habita, datur potestas eidem Emerici claudendi per limites ibidem per dictos commissarios appositas.

*(Burgensis.)* — Petrus Aufficerti, Alamanus, piscator, fuit creatus burgensis pro et mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

(126) *Martis xij aprilis*, existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, P. de Versonay, A. de Orseriis, G. de Crosa, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Castronovo, H. de Ponte, Ja. Paquet, Jo. de Planis, P. Levrerii.

Supervenit n. et potens Petrus de Pesmes, dominus de Brandis, querelam faciens de domo dominorum Pontisvitrei, que minatur ruine, et de fenestris existentibus in meniis civitatis non ferratis.

Prefati consindici habere confitentur a Petro Vignioli, receptore arreragiorum civitatis, videlicet j sellioctum, iiij$^{or}$ plastrona, v collovrinas. — *(Levatum est.)*

Quia Petrus Gachet, receptor generalis, tradidit Glaudio Chabodi, qui ivit Villamnovam Cletis pro licteris pedagiorum ad causam nundinarum exequendis, et portavit dominis Friburgensibus et Bernensibus licteras missivas [1], sex florenos, et Michaeli Leonardi, qui portavit licteras missivas domino nostro Gebenn. episcopo existenti ultra montes,

[1] Voir : F. Borel, *op. cit.*, p. 47, n° 2.



iiij$^{or}$ florenos, et sic decem florenos qui mandantur intrari in computis, x florenos. — *(Levatum est.)*

Fuit deliberatum quod fiat pons Villenove de carronibus.

*Jovis xiiij aprilis,* existentibus in Domo communi : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — d. F. de Veyriaco, Henrico Emerici, G. de Crosa, A. de Orseriis, Jo. de Planis, P. de Versonay, Ja. Paquet.

*(Pro nundinis.)* — Relatum extitit d. ambaxiatores dominorum Bernensium [1] presencialiter in hac civitate Gebenn. existentes, gressus suos dirigentes ad curiam regis, et data fuit potestas prefato d. Johanni de Saxo, consindico, eisdem ambaxiatoribus dare promictendi, nomine communitatis, quinquaginta scuta casu quo procurarent cum effectu erga regem libertatem mercatorum Francie eundi et mercandi ad sui voluntatis placitum. — *(Martis fuit confirmatum.)*

(127) *Martis xix aprilis,* existentibus in consilio ordinario egregiis : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, A. de Sancto Michaele, P. de Versonay, Ny. Lingocti, P. de Nanto, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. de Orseriis, H. de Ponte, G. de Castronovo, Jo. de Planis, G. Balleti, Ja. Paquet, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, G. de Crosa, P. Levrerii.

Fuerunt lecte lictere per dominos burgenses [2] et Friburgenses misse super facto nundinarum.

*(Compromissum.)* — Egregius Petrus Floreti, ducalis secretarius, et Jacobus de Mela super quodam camino per eundem Jacobum facto econtra gerdile dicti Floreti promiserunt stare summarie ordinacioni consilii.

De muliere in Insula detenta que confessa est adulterium commisisse.

De causa contra de Anthiochia, introducatur appellacio.

[1] Il s'agit probablement de Louis de Diesbach et de Barthołomé Meyen que les Bernois, suivant la décision de la diète du 14 janvier 1485 (E. A. t. III, Abt. 1, p. 202 d.) envoyèrent en ambassade au roi de France pour régler certains points concernant le traité d'alliance entre Charles VIII et des Confédérés (*Die Berner-Chronik* des Valerius Anshelm, éd. déjà citée, t. 1, p. 264.)

*Lisez probablement :* Bernenses.

De convencione Jovis preterita facta, confirmatur.

De Alamanis quibus, ut asseritur, fuerunt detente mercandie in villa Seyselli, provideatur incontinenti ne eisdem aliqua fiat molestia.

Mandatur receptori solvat magistro Glaudio de Castronovo, pro expensis per eum in Pedemoncio factis obtinendo licteras in favorem nundinarum [1], vj florenos. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxij aprilis,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — d. F. de Veyriaco, Jo. de Planis, Ny. Lingocti, P. de Versonay, G. de Vaudo, Ja. Paquet, G. Ballet.

Fuit exhibitum indultum, per d. vicarium concessum, Johanni de Fossali, alias Symondi, pridem per d. sindicos ob certa sua demerita ab hac civitate Gebenn. relegatum, cui indulto se paratos obtulerunt obtemperare.

Quia n. Anthonius Bovardi, magister hospicii domini nostri Gebenn. episcopi, vadit Chamberiacum, eidem fiant recommendaciones opportune et cum eo vadat per Annessiacum n. P. de Versonay ad loquendum d. comiti de mercandiis alamanorum arrestatis in villa Seyselli ultra tenorem licterarum dominicalium, eum ortando ut dictas mercandias relaxare mandet.

(128) *Martis xxvj aprilis,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — A. de Sancto Michaele, P. de Versonay, Nycolino Lingocti, A. de Orseriis, G. de Vaudo, H. de Ponte, Ja. Paqueti, Jo. de Planis, G. de Crosa, H. Emerici, P. Floreti, d. F. de Veyriaco, P. de Nanto, G. Ballet.

Fuerunt lecte lictere parte domini nostri Gebenn. episcopi misse per Michaelem Leonardi apportate [2], et pariter lictere per egregium Andream de Douris misse.

Facta fuit querela de scanno alto ante domum Johannis de Vaudo in burgo Sancti Gervasii facto.

[1] Voir plus haut, p. 394.

[2] Arch. d'Etat, P. H., nº 730; ces lettres sont datées de Turin le 19 avril [1485]. L'évêque de Genève, François de Savoie, déconseille l'envoi d'une ambassade au roi de France pour plaider la cause des foires (F. Borel, *op. cit.*, p. 47, n. 3, et Galiffe, *Matériaux*, t. I, p. 346).



Mandatur receptori solvat Girardo Veluti, causa in rotulo per G. de Crosa et Ja. Paquet signato, xiiij florenos, vij grossos, ij denarios, j obolum. — *(Levatum est.)*

Egregius Petrus Floreti et Georgius de Mela fuerunt liberati a compromisso per eos jurato, etc.

*Veneris xxix aprilis*, existentibus in consilio ordinario : G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. Balleti, G. de Vaudo.

Glaudius Chabodi reddidit licteras dominicales in favorem nundinarum Gebenn. decretas per eum exequtas, in quarum exequucione vacavit sex decim diebus, ut juravit, super quibus recepit xij florenos, et sic debens restat civitati idem Chabodi xvj grossos.

*(Commissio.)* — Comictitur recepcio computi Hugonini de Boulo de per eum receptis Jacobo Paqueti et Hugon. de Ponte et Johanni de Planis.

Comictitur visio differencie existentis inter civitatem et Ludovicum Privissini dicto Glaudio Ravonelli et Johanni de Planis pro parte civitatis cum potestate concordandi.

Quia Peroneta [1] vovit pro prosperitate civitatis tempore vacacionis sedis episcopalis mirabiliter tribulate, et pauperrima est ad eo quod sine auxilio civitatis accedere non posset, ordinatur sibi dari xviij grossos.

Mandatur receptori solvat n. Petro de Versonay, causa in rotulo, v florenos, vj grossos, vj denarios.

Mandatur eidem receptori solvat, pro processu civitatis contra Grieres coram d. vicario pendente, xxij grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Michaeli Leonardi, vigilli, pro expensis per eum factis eundo Pedemoncium, xv grossos.

(129) *(Burgensis.)* — Rolandus Bon, de Cheysiriaco, carpentator, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*Martis tercia maii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — d. F. de Veyriaco,

[1] Le nom est resté en blanc.

G. de Vaudo, A. de Orseriis, H. de Ponte, Jo. de Planis, Jo. Maliardi, G. Ballet, P. de Versonay, Ja. Paquet, A. de Sancto Michaele, H. Emerici, Ny. Lingocti, P. Floret.

Fiat crida ne quis de loco morboso audeat intrare civitatem, nec fiant corizaciones neque menchie.

*(Commissio.)* — Supervenit Johannes de Lompnis qui reexhibuit rotulum expensarum per eum et d. Johannem Regis factarum eundo ad ducalem celsitudinem et reveniendo, requirendo de contentis in eodem sibi racionem fieri; commictitur visitacio rotuli Guillelmo de Crosa, Jacobo Paqueti et Hugon. de Ponte.

Requirantur domini de Capitulo et confratrie ut contribuere velint in edifficacione hospitalis communis noviter cepti.

Queratur alia domus ad recolligendum pauperes infectos de morbo epidimie donec constructo dicto hospitali.

Compellatur de Tulia ad solvendum restam summe admodiacionis, et assignetur ad carceres.

*Sabbati vij^a maii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Viriaco, G. de Crosa, P. de Versonay, Ja. Paquet, H. de Ponte, G. Balli, Guillelmo Rogeti, A. Vuaramberti, P. de Malodumo, Ja. Nerga, Jo. de Lompnes, H. de Boulo, Ja. de Mara, Sy. de Rippa, Ste. Pecollat, Baptisardo Balardi, M. Lingot, R. Nycolay, M. Bellocti, Jo. Maliardi, A. Millaneis, Jo. Martini, A. de Orseriis, A. de Sancto Michaele, G. de Retro, P. Johanne Bruni.

Fuerunt lecte lictere noviter per ducalem celsitudinem Sabaudie in favorem nundinarum concesse cum rescriptione per magnificum consilium Chamberiaci a dorso dictarum licterarum descripta.

Item et lictere missive ejusdem ducalis celsitudinis [1].

Item et lictere missive domini nostri Gebenn. episcopi [2].

[1] Arch. d'Etat, P. H., n° 739; le duc de Savoie engage les syndics de Genève à bien accueillir les marchands qui fréquentent les foires « tellement qu'ilz ayent cause d'y venir. » Voir le texte de cette lettre dans Galiffe, *Matériaux,* t. I, p. 338-339.

[2] Arch. d'Etat, P. H., n° 730; cette lettre est datée du 30 avril [1485]; elle a été publiée par Galiffe, *Matériaux,* t. I, p. 345.



Dentur heraldo, qui predictas licteras actulit, xx floreni. — *(Levatum est.)*

*Mercurii ix maii,* in domo d. vicarii existentibus: eodem d. vicario, n. et potente Petro de Peymes, domino de Brandis, d. Johanne de Saxo, Glaudio Ravonelli, Henrico Emerici, Anthonio de Sancto Michaele, Nycolino Lingocti, Petro de Versonay et n. Girardo de Gento.

Fuit lecta lictera per dominos Magne Lige Alamanorum superiorum missa super facto Hans Muller et fuit ordinatum eisdem scribi debere, prout in minuta.

(130) *Martis x maii,* existentibus in consilio ordinario : G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, A. de Sancto Michaele, Ny. Lingot, P. de Nanto, G. de Crosa, G. de Vaudo, P. de Versonay, A. de Orseriis, P. Levrerii, H. de Ponte, Ja. Paquet, Jo. Maliardi, G. Ballet, B. de Sancto Michaele, Hugon. de Boulo.

*(Burgensis.)* — Johannes de Boyaval, de Parisio, fuit creatus burgensis pro et mediantibus vj scutis auri regis. — *(Levatum est. Relevatum est per commissionem.)*

*(Hans Muller.)* — Fuit lecta lictera parte Alamanorum super facto Hans Muller jam heri in domo d. vicarii lecta. Et conclusum quod rescribatur, prout in minuta in presenti consilio lecta, et quod solvantur expense per earumdem licterarum portitorem in hac civitate Gebenn. facte.

Quia Johannes de Lompnis, de precepto precessorum nostrorum, libravit egregio d. Johanni Regis, pro expensis per eundem d. Johannem et Johannem de Lompnis eundo in ambaxiata erga ducalem celsitudinem Sabaudie pro revocacione penarum ad causam subsidii civitati petiti [1] viginti novem florenos, tres grossos et unum florenum portitori licterе missive domino Breyssie; eapropter mandatur receptori solvat unacum duodecim florenis pro jornatis et locagio equorum eisdem Johanni de Lompnis et ejus servitori, et sic in summa xlij florenos, iij grossos. — *(Levatum est.)*

*Martis xvij maii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — P. Floret, P. de Nanto, Ja.

[1] Voir plus haut, p. 382.

Paquet, P. de Versonay, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, d. F. de Veyriaco, G. de Vaudo.

De plathea Fusterie et cridis factis de vacuando eandem plathea[m], quod tamen factum non extitit, fiat exequucio cride.

Supervenerunt n. Guillelmus Rogeti et Janinus Vuazel, generales monetarum, conquerentes de dymidiis grossis noviter factis in Alamania, qui non valent nisi quatuor denarios.

De mictendo Lucernam pro facto Hans Muller, videtur expectare debere responsum lictere misse et communicetur d. vicario.

Cridentur nundine augusti in crastinum festi Sancti Petri ad vincula.

(131) *Veneris xx maii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, Jo. Maliardi, A. de Orseriis, Ja. Paquet, Jo. de Planis, H. de Ponte, G. Ballet, P. de Versonay.

Fuerunt lecte lictere parte gubernatorum civitatis Bisontinensis d. sindicis civitatis Gebenn. directe super capcione Jacobi Bonvallet, Petri Boilleau, filius dicti Petri, Guillelmus de Porta et Leo Sagoti, civium Bisoncii, captorum, ut asseritur, prope Cletas per quemdam Galles Scldrelz d'Abxelle, Alamanum, et ejus complices; rescribatur quod se informent.

Super facto Hans Muller rescribatur domino de Brandis prout in minutis licterarum ibidem lectarum.

*Martis xxiiij maii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — d. F. de Veyriaco, G. de Crosa, G. de Vaudo, H. de Ponte, G. Ballet, Jo. de Planis, A. de Orseriis, P. de Versonay, P. Floret.

Fiat visitacio si piscatores aliquid in Arere posuerunt in prejudicium civitatis, et si quid reperiatur, tollatur.

Super facto macellariorum fiant capitula, et evocentur macellarii ad observanciam illorum.

Fiat mandatum Petro Vignioli, receptori arreragiorum, de libratis per eum, prout in rotulo diligenter visitato ascendente ad xl florenos, iiij grossos, vij denarios, vj collovrinas, iiij$^{or}$ plastrona, j sellioctum. — *(Levatum est.)*



*(Burgensis.)* — Petrus Grangerii, de Laconay, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*(Vigil.)* — Idem Petrus Grangerii fuit constitutus vigil, qui solitum prestitit juramentum, et habere confitetur a civitate unam saladam, unum plastronum, et unum voegium, que primo servabat Petrus Mariglerii qui, de suo consensu, fuit depositus ab officio vigillie.

(132) *Veneris xxvij maii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, P. de Versonay, G. de Crosa, A. de Orseriis, Jo. de Planis, Ja. Paqueti.

Visitetur pons existens versus pascua et tegularias Sancti Gervasii ultra carreriam Ville nove, et reparetur et reedifficetur ut melius fieri poterit. Et perquiratur quid devenerunt ablata artifficia, et quis abstulit, et cogatur ad reddendum racionem.

*Lune penultima maii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — H. Emerici, A. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, G. de Vaudo, Ja. Nerga, Jo. de Planis, P. de Genesta, Girardo Veluti, Arnoleto Vallient, Mermeto Copeti, Ny. de Nanto, Guillelmo Rogeti, P. Magistri Petri, P. Laurencii, P. de Versonay, P. de Orseriis, Nantermeto Tissocti, Jo. Bueti, Glaudio Pensabini, Laurencio Neyrodi, Jo. Debit, Francisco Villaris, P. Gardet, Michaele Lingocti, Glaudio Jaqueti, Girardino de Retro, Ja. de Veruffis, P. de Fernay, Martino Bellocti, A. Pecollat, P. Mermodi, Guillelmo Balleti, Henrico Folliosii, Andrea Orjollet, Jo. Regis, Petro de Gerdili, Amedeo Torerii.

*(De macellariis.)* — Fuerunt lecta capitula macellarios concernencia; decernitur macellariis copia capitulorum.

Fuit narrata et exposita differencia existens inter communitatem Gebenn. et heredes et creditores Hans Miller, et sentencie late cum inde sequtis.

Et pariter causa coram ducali consilio pendens inter communitatem Gebenn. et monetarios.

Et parimodo sentencia contra eandem communitatem lata in favorem n. Georgii de Anthiochia.

*(De gabella.)* — Et quesitum de modo habendi pecunias ad subveniendum civitati, et conclusum quod apponatur gabella super vino venali, videlicet quarteronum vini Chotagnie unum fortem, de Somonte idem, de patria unum obolum, et hec conclusa nemine discrepante, exceptis Jo. Veluti, Petro Chert, Mermeto Copet, Petro Comitis juniore et Girardo Veluti, qui se opposuerunt ad capitula macellariorum, et pocius consentirent ad talliam quam gabellam pro pecuniis habendis.

(133) *Martis ultima maii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — P. Floreti, P. de Versonay, G. de Crosa, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Jo. de Planis, H. Emerici, A. de Sancto Michaele, d. F. de Veyriaco, H. de Ponte, G. Ballet, B. de Sancto Michaele.

*(De facto Hans Muller.)* — Franciscus de Vaudo, pridem destinatus ad dominum de Brandis et scultetum et dominos Berni et Friburgi pro facto Hans Muller, et exhibuit licteras per dictum dominum de Brandis missas; rescribatur domino de Brandis quod accipiat jornatam et longam prout scribit.

*(Confessio.)* || Quia Reymondus Privissini, ex computo per Rolet[um] Arnaudi reddito de anno M° iiij° lxvj et die sexta octobris, comperitur debens communitati lxj florenos vj grossos, qui ab eodem petiti extiterunt, ad que respondebat se non teneri cum communitas eidem in majori summa sibi teneatur ad causam recupere per eum facte nomine civitatis, qui postmodum ab humanis decessit prius fere omnibus ejus bonis alienatis; hinc est quod honorabilis vir Johannes de Bignino, appothecarius, burgensis Gebenn., pro et nomine Ludovici filii quondam dicti Reymondi, absentis, ex concordio super premissis facto et ejus proprium debitum faciendo videlicet viginti florenos parvi ponderis in manibus receptoris arreragiorum, videlicet Petri Vignioli, terminis sequentibus, primo hinc ad nundinas augusti quinque florenos et sic in quibuslibet nundinis augusti quinque florenos, xx florenos. || — (Satisfecit in manibus Petri Vignioli [1].)

[1] Ces derniers mots, d'une autre encre, ont été rajoutés après coup.



Quia nonnulli consiliarii ordinarii Lune preterita petiti extiterunt, qui tamen ad consilium minime venire curaverunt, id circo privantur patrocinio quatuor dierum Martis proxime futurorum.

Mandatur receptori solvat Francisco de Vaudo pro expensis per eum factis portando licteras domino de Brandis, Bernensibus et Friburgensibus, super facto Hans Muller, viij florenos. — *(Levatum est.)*

*Martis septima junii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — A. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, Jo. de Planis, H. de Ponte, d. F. de Veyriaco, P. de Nanto, G. de Crosa, G. de Vaudo, B. de Sancto Michaele, P. Versonay.

*Jovis ix junii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — G. de Gento, A. de Sancto Michaele, P. de Versonay, G. de Crosa, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ja. Paquet, Jo. de Planis, H. de Ponte, Ny. Lingot, Guillelmo Roget.

Fuit lecta lictera per dominos de Lucerna super facto Hans Muller missa; fiat responsio graciosa non se offerendo ad aliquid.

Et subsequenter rescribatur domino nostro Gebenn. episcopo et mictatur eidem copia lictere predicte per n. Girardum de Gento, et pariter domino de Brandis.

(134) *Veneris x junii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, P. de Versonay, G. de Vaudo, Jo. de Planis, Ja. Paquet.

Mandatur receptori solvat Romaneto Carpini, causa in rotulo, xxiij grossos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

Supervenit Henricus Folliosii qui conquestus fuit de filio Petri Comitis qui fieri fecit ante domum sue habitacionis unum antetectum in prejudicium ejusdem Henrici; mandatur visitari.

Exortetur portitor licterarum de Lucerna ut per aliquos dies, sumptibus civitatis, responsionem expectare velit.

*Sabbati xi junii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veriaco, H. Emerici, G. de Crosa,

P. de Versonay, P. Levrerii, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. de Planis, Ja. Paquet, H. de Ponte.

Fuerunt lecte lictere parte dominorum Bernensium et Friburgensium tangentes quomodo Nycolinus Lingot in Mediolano arrestari fecit mercancias Johannis Studer et Johannis Reiff de Friburgo, petentes illas relaxari; conferatur cum d. vicario.

*Martis xiiij junii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — H. Emerici, A. de Sancto Michaele, P. de Nanto, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. de Planis, Ja. Paquet, H. de Ponte, d. F. de Veyriaco, P. Floret, P. Versonay, A. de Orseriis, P. Levrerii, G. Ballet.

*(Pro carroneria.)* — Petrus Chaniardi, carronerius, super differencia inter eum et dominum de Terrallibus existente ad causam carronum non coctorum per eum in carroneria repertorum, quos idem dominus asserebat esse suos, promisit stare ordinacioni H. Emerici et G. de Vaudo.

Mandatur receptori solvat Francisco de Cresto, serralliono, causa in rotulo per eum jurato, iiij florenos. — *(Levatum est.)*

*(Hans Muller.)* — N. et potens Petrus de Pesmes, dominus de Brandis, retulit quomodo cepit jornatam amicicie cum dominis de Lucerna super facto Hans, tenendam Berni, die Apostolorum Petri et Pauli.

De premissis certifficetur dominus noster Gebenn. episcopus.

Eliguntur ad eundum ad dictam jornatam amicicie egregius ducalis secretarius Petrus Floreti et n. Henricus Emerici.

De macellariis.

De introgio vini per presbiteros debito, servetur franchesia.

(135) *Veneris xvij junii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Ja. Paquet.

*(Burgensis.)* — Petrus Campi Frunierii, de Cusinens, cutellerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Johannes Olyverii, de Chanetis in Burgundia, parrochie Sancti Gervasii, cutellerius, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*



Mandatur auditoribus computorum intrent receptori quos solvit de precio lij quercuum emptorum pro tornis Areris, ut juravit, et certi sumus, xxj florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur eisdem auditoribus intrent eidem receptori quos tradidit heraldo de Lucerna pro expensis per eum factis in hac civitate Gebenn. ij florenos. — *(Levatum est.)*

*Lune xx junii,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — P. Floret, A. de Sancto Michaele, G. de Crosa, Jo. de Planis, H. de Ponte, Jo. Maliardi, d. F. de Veyriaco, G. de Vaudo.

Fuerunt exhibite lictere credencionales honorabilis Johannis Mussillier, de Friburgo, cum instructionibus tangentibus certas ballas, ut dicitur, arrestatas, instante Nycolino Lingocti, in Mediolano, pertinentes, ut asserunt domini de Friburgo, Johanni de Ryff et Johanni(s) Studer, burgensibus Friburgi, et auditis dicto ambaxiatore, Nycolino et Johanne Studer, visisque pluribus juribus dicti Nycolini, qui[a] hora tarda est, remictuntur ad diem crastinam.

(136) *Martis xxj junii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — A. de Sancto Michaele, P. de Nanto, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Crosa, A. de Orseriis, Ja. Paquet, H. de Ponte, d. F. de Veyriaco, P. Levrerii, G. Ballet, Jo. Maliardi, P. Floreti.

De mictendo Berni pro concordio fiendo inter civitatem Gebenn. et heredes et creditores Hans Muller, quia electi non possunt accedere, et eligitur P. Levrerii, cui detur potestas arbitrio d. vicarii.

De facto n. Nycolini Lingocti et Johannis Studer ac Johannis Ryff de Friburgo, inducantur ad concordium et si renuant, remictantur coram d. vicario.

De macellariis.

Mandatur receptori quatenus intret Johanni de Tulia quantitates in rotulo presenti annexo descriptas ascendentes ad vj florenos, viij grossos. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxiiij junii,* existentibus in consilio Quinquagenario petito per Arbaresterii vigillem : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, A. de Sancto Michaele, Ny. Lingocti, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. de Crosa, H. de Ponte, G. Ballet, Baptizardo Balardi, Symondo de Rippa, Laurencio Neyrodi, Henrico de Fontaneis, Hugon. Borcardi, Perreto Chinuti, P. de Genesta, Henrico Emerici, Petro Johanne Bruni, Hugon. Ramelli, Benedicto Mallieti, Girardo Veluti, Ste. de Putheo, Petro de Becio, P. Levrier, Matheo Scarron, Ste. de Furno, Petro Exerton, Jo. Donzelli, Barth. Vincencii, Arnoleto Vallient, P. Mantillion.

*(Promissio super facto Hans Muller.)* — Quia super differenciis existentibus inter civitatem Gebenn. et heredes et creditores Hans Muller, de Lucerna, capta fuit jornata amicicie in Berno tenenda die Apostolorum Petri et Pauli, eliguntur pro arbitris, pro totaliter sedanda hujusmodi differencia, videlicet venerabilis vir d. Petro Farodi, in legibus licenciatus, egregius Petrus Levrerii et, in deffectu dicti d. Petri, eligitur Jacobus Paqueti cum dicto Petro Levrerii, quibus prefati d. consindici, de consilio quorum supra, dederunt omnimodam potestatem de et super dictis differenciis concordandi et finem imponendi. — Prefati d. Petrus Farodi et Petrus Levrerii die xxvij junii de mane arripuerunt iter.

(137) *Martis xxviij junii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. Ravonelli, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, A. de Sancto Michaele, Ny. Lingot, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Jo. de Planis, Hugon. de Ponte, Jacobo Paqueti, G. Ballet.

*(Querela de Longamala.)* — Supervenerunt Stephanus Pecollat, Janinus de Mara, Anthonius Pecollat, Nycodus Collognierii, Hugon. Artaudi, Glaudius Bertheti, Jacobus Nepotis, Glaudius Placzat, Petrus Mantillion, Hugon. Larchier, Johannes Maldiva, Aroneletus Vallient, Petrus Falquet, Janinus Bernardi, magister Gauterius sutor, Johannes Albi, Petrus Mermodi et plures alii conquerentes de eo quod intellexerunt velle tollere macellum de Longamala; refferatur d. vicario.

Commictitur limitacio communis civita[ti]s cum Henrico Ramelli et Anthonio Vuaramberti, Jacobo Paqueti et Petro Gacheti.



De causa contra monetarios coram consilio Chamberiaci pendente, mictatur Amedeus Magnaz cum processibus et pecuniis.

De nutrice existente in domo magistri Ludovici Guerbini que asseritur noviter peperisse filium et illum latenter ante ecclesiam exposuisse, capiatur per castellanum ut sciatur veritas.

*(De Chapelleria.)* — De Aymone Chapellerii cui petitur tallia Alamanorum, cui petuntur pro tallia xxiiij$^{or}$ floreni, conveniatur cum ea et commictitur Ja. Paquet et Jo. de Planis.

De lictera missa per magistrum Glaudium de Castronovo.

De Hugonino de Boulo qui fuit conexactor arreragiorum cum Petro Vignioli, commictitur Hugon. de Ponte, Jacobo Paquet et G. Gavit.

Dentur Jaquemodo Macleti, qui, ad requestam communitatis de Ruppe, hic accessit et stetit tribus diebus pro appunctuamento fiendo inter communitatem et macellarios, ij floreni. — *(Levatum est.)*

Commictitur Girardo de Vaudo concordium fiendum cum domino de Terralibus super tegularia.

*Jovis ultima junii,* existentibus in consilio ordinario : G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, Ny. Lingot, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Hugon. Renguisii, Petro Falqueti, Jo. Maliardi, Jo. de Planis, Hugon. de Ponte, G. Ballet, Ja. de Mara, Marqueto Toniaudi, Petro Cortagerii, Ste Pecollat, Ja. Robini, Jacobo Nepotis, Glaudio Pensabini, Hugon. de Boulo.

*(De macellariis.)* — Ad aures tocius communis pervenit velle tollere macellum de Longamala, quod cederet in maximum prejudicium tocius communis, maxime vicinorum Longemale; convocetur consilium quinquagenerium ad diem crastinam hora septima.

(138) *Veneris p$^{a}$ jullii,* existentibus in Domo communi : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, sindicis; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, Leonardo Acquineaz, Ste. Pecollat, Hugon. de Boulo, Amblardo Veygier, Marqueto Toniaudi, Janino de Mara, Petro Cortagerii, Petro Farqueti, Johanne Canalis, Theobado Chicandi, Reymondo Lullini, Glaudio Ansermeti, Petro Mermodi, Jacobo Robini, Hugon. Borcadi, Ste de Putheo, Henrico de Fontaneis, Jacobo Charroton, Petro de Genesta,

Jacobo Nepotis, Glaudio Pensabini, Hugon. Artaudi, Hugon. Larchier, Petro Bertheti, Petro Mantillion, Theobaldo Albi, Arnoleto Vallient, Michaudo Cornuti, Stephano Corderii, Hugon. Banosii, Aymoneto Guilliardi, Gauterio sutore, Johanne Cristini, Anthonio fromagerio, magistro Glaudio sutore, Janino Bornandi, Anthonio Pecollat, Jacobo Paqueti, Guillelmo Balleti, Johanne Albi, Petro Exerton, Baptizardo, P. de Malodumo, Johanne Peytralis, Fortino de Forcadoz, Henrico de Nanto, Guigone Prepositi, Johanne Janini, Johanne Donzelli, Petro Quillet, Johanne de Crosa, Jo. de Planis.

*(Jo. Cristini.)* — Intrentur Johanni Cristini quos dimisit Johanni de Alamagnia pro loquerio sue domus pro ambaxiatis per eundem Johannem de Alamagnia ad opus dicte communitatis factis.

*(De macellariis.)* — Fuerunt lecta capitula macellariorum et conclusum, nemine discrepante excepto Henrico de Nanto procuratore ipsorum macellariorum, quod remaneat macellum Longemale, et serventur capitula lecta.

Commictitur consilio ordinario tractacio concordii cum n. Georgio de Anthiochia.

*(De Chapelleria.)* — Et pariter cum Aymone Chapellerii de tallia xxij florenorum, Jacobo Paqueti et Hugon. de Ponte. — *(Vide relacionem xix jullii.)*

*(Promissio per tres macellarios.)* — Glaudius Bolet, Amedeus Thome et Petrus de Gerdili, macellarii, promiserunt servire de carnibus secundum capitula facta et cavent unus per alium, presentibus Ste. Pecollat, Jo. Maliardi, Hugon. de Boulo, Petro Vignioli.

*Martis v jullii,* existentibus in consilio ordinario : G. Gavit, G. de Quarro; — Hen. Emerici, A. de Sancto Michaele, P. de Nanto, Ny. Lingocti, G. de Vaudo, G. de Crosa, Jo. de Planis [1].

(139) *Jovis vij jullii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, Jo. de Planis, A. de Sancto Michaele, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele,

[1] Le secrétaire n'a pas rédigé le procès-verbal de cette séance.



A. de Orseriis, G. de Crosa, G. Ballet, Ja. Paquet, Jo. Maliardi, Hugon. de Ponte, G. de Vaudo, Jo. Novelli.

*(Relacio ambaxiate.)* — Egregius Petrus Levrerii, rediens de jornata amicicie cum dominis de Lucerna Berni tenta super differenciis existentibus inter hanc civitatem et heredes deffuncti Hans Muller, retulit fuisse appunctuatum cum dictis de Lucerna ad mille et ducentum florenos monete Sabaudie solvendos medietatem ad festum Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad festum Nativitatis Domini, que rata habentur.

De modo habendi pecunias, petantur designarii et apportent eorum rotulis, ex quibus rotulis eligantur duo de quolibet rotulo pro consulibus ad advidendum de modo habendi pecunias.

*Martis xij jullii,* existentibus in consilio ordinario : G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, A. de Sancto Michaele, G. de Crosa, A. de Orseriis, P. de Nanto, Ny. Lingocti, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. de Planis, H. de Ponte, Ja. Paquet, G. Ballet.

Visa copia supplicacionis parte Nantermeti Tissocti d. vicario porrecta, et mandato super ea obtento ad examinandum testes super soluto triginta florenorum per eum debitorum, quia sunt denarii communitatis qui exigi debent ad instar fiscalium, fuit conclusum quod capiatur personaliter, prius notifficato d. vicario.

Prefati d. sindici habere confitentur manibus P. Gachet, receptoris civitatis, a Bartholomeo Darmelli de et pro resta tallie ad causam composicionis cum Alamanis facte, videlicet quaterviginti florenos, iiij$^{xx}$ florenos. — *(Levatum est.)*

(140) *Martis xix jullii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — A. de Douris, A. de Sancto Michaele, G. de Crosa, A. de Orseriis, P. de Nanto, Ny. Lingot, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, Jo. de Planis, Ja. Paquet, H. de de Ponte, G. Ballet.

*(Designaria.)* — Jacobus Robini fuit constitutus designarius carrerie Magdalenes, qui prestitit juramentum prestari solitum.

*(Contra macellarios.)* — Glaudius Pensabini conqueritur de Amblardo

Comitis qui sibi vendidit unam quadrantem bovis precio cujuslibet libre iij denariorum cum obolo et eum fraudavit de septem libris. Jacobus Nepotis conqueritur de Jacobo Regis et ejus fratre qui noluit sibi vendere carnes. Jacobus Robini conqueritur de Johanne Coactaz, macellario, qui noluit tradere carnes ejus ancille, dicendo : « Vade quesitus inferius in Longamala. »

*(Relacio.)* — Refferunt Jacobus Paqueti et Hugon. de Ponte concordasse cum Aymone Chapellerii, cui petebantur xxij floreni pro tallia Alamanorum, ad xj florenos, actento quod illos sibi dederat bone memorie d. Johannes Ludovicus de Sabaudia, pro tunc episcopus Gebenn., pro serviciis per ejus matrem civitati impensis, quequidem relacio confirmatur; quos xj florenos recepit P. Vignioli.

Contemplacione egregii Andree de Douris, revideantur computa Francisci de Fogia.

*(Quictacio.)* — Johanneta relicta Johannis de Alamagnia quictat prefatos d. sindicos de omnibus hiis in quibus eidem, ut heredi dicti ejus quondam viri, teneri possent.

Ibidem Johannes Cristini confitetur habuisse a dicta Johanneta presente plenam solucionem omnium horum in quibus dictus quondam Johannes de Alamagnia sibi teneri posset, et de quibus quictat, etc.

*Martis xxvj jullii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo*, G. Gavit, G. de Quarro*; — A. Douris, Jo. de Planis, G. de Crosa*, A. de Orseriis*, P. de Nanto, Ny. Lingot, P. Levrier*, Jo. Maliardi, G. Ballet, B. de Sancto Michaele, d. F. de Veyriaco.

Consilium fuit continuatum ad horam primam post meridiem, qua hora fuerunt facte deliberaciones subscripte, et non fuerunt presentes nisi lineati [1].

Ponantur custodes in portis ad repellendum venientes de locis morbosis.

Rescribatur domino nostro Gebenn. episcopo pro expedicione confirmacionis imposicionis gabelle vini; et pariter magistro hospicii et procuratori ejusdem, et mictatur nuncius expressus.

[1] Les conseillers marqués d'un trait dans le manuscrit sont désignés ci-dessus par un astérisque.



(141) *Veneris xxix jullii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, A. de Orseriis.

*(Commissio.)* — Comictitur visitacio possessionis Johannis de Leone, existentis in carreria Sancti Anthonii, Johanni Gellabii, Petro Gacheti; videant an se extendat super commune.

*(Custodes.)* — Mermetus Gringandi et Michael Berthelleti deputantur custodes porte Sancti Leodegarii ad repellendum intrare volentes venientes de locis morbosis, qui juraverunt non permictere intrare aliquem de loco morboso venientem.

*Martis secunda augusti,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, Jo. de Planis, G. de Crosa, Ny. Lingot, G. de Vaudo, A. de Orseriis, P. Levrerii, Jo. Maliardi, Hugon. de Ponte, Ja. Paquet, G. Ballet, Leonardo Aquineaz.

Mandatur receptori solvat egregio Guillelmo de Crosa, pro informacionibus per eum ad opus civitatis sumptis contra illos de Lucerna, ij florenos. — *(Levatum est.)*

Supervenit egregius Petrus Braset exhibens licteras licencie n. Humberto de Bona per bone memorie rev. d. Johannem Ludovicum de Sabaudia, pro tunc episcopum Gebenn., date de apponendo super meniis civitatis et ibidem fenestras faciendo econtra domum suam, quam idem Braset emit, quas petit observari et locum visitari et, si utile videatur, sibi licenciam dari ibidem faciendi duos arcus protendentes a domo ad menia; commictitur sindicis visitacio loci, et obtineat ratifficacionem a d. episcopo moderno ante aliquam edifficacionem.

Idem Braset petit sibi satisfieri de laboribus per eum habitis revidendo computos civitatis; fiat taxa laboris ejusdem cum laboribus aliorum suorum sociorum.

Quia d. sindici anni preteriti habuerunt quatuor faces ultra ordinarium, auditores computorum intrare noluerunt receptori; mandatur eisdem ut illas intrent cum communitas eisdem ministrare teneatur faces neccessarias.

De portis custodiendis propter suspectos de peste.

Supervenit venerabilis vir d. Petrus Farodi requirens sibi satisfieri

de laboribus par eum habitis pro eundo ad ambaxiatas nomine civitatis tempore vite bone memorie rev. d. Johannis Ludovici, pro tunc episcopi Gebenn.

(142) *(Designarius.)* — Hugonetus de Boulo deputatur designarius carrerie de Boulo, qui prestitit juramentum solitum.

Comictitur recepcio tachii pontis Villenove receptori et secretario.

*Veneris quinta augusti,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, Jo. de Planis, G. de Crosa, A. de Orseriis, Ja. Paqueti, G. de Vaudo, P. Levrerii, H. de Ponte.

*(Pro nundinis.)* — Quia nonnulli mercatores absque tenendo nundinas per hanc civitatem suas transeunt mercandias, asserentes postmodum ibidem tenuisse nundinas, deputantur ad dandum dictis mercatoribus bullitinos videlicet Hugon. de Ponte et Jacobus Paqueti.

*Martis ix augusti,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; —d. F. de Veyriaco, Jo. de Planis, G. de Crosa, A. de Orseriis, Ja. Paquet, H. de Ponte, G. de Vaudo, P. Levrerii, G. Balleti.

*(Pro putheo.)* — Pro reparacione puthei ante domum n. de Versonay prope ecclesiam Fratrum Minorum datur unus burgensis, et commictuntur visitacio et reparacio neccessaria fienda Ja. Paquet et P. Gacheti.

Fuerunt apperte et lecte lictere per n. d. A. de Rossellione, magistri hospicii, et d. Masuerii, procuratoris fiscalis, occasione imposicionis fiende super vino, sindicis et communitati directe. Et pariter lictera parte domini nostri Auxitanensis et Gebennensis episcopi directa d. vicario Gebenn., cui fuit impartita licencia mandatum concedendi ut fiat imposicio super vino modo jam in consilio appunctuato ad pa[ci]ficendum controversiam illorum de Lucerna. Et fuit deliberatum quod evocetur quinquagenarium, et advisentur mercatores euntes Lugdunum, et fiat consilium solicitacio pro nundinis.

Fiant cride quod nullus nemora emat, nisi pro sua provisione neccessaria, saltem ad revendendum, et infra tres dies portus vacuentur.

Proposuerunt d. judex excessuum et reverendus pater d. prior Palacii,



occasione magistri scolarum, ut provideatur de domo, et proviso, eidem magistro scribat d. vicarius.

Fiat solucio d. L. de Lornay de laboribus suis habitis occasione supplicacionis presentate Rome ad causam hospitalis noviter constructi[1]. Et detur diligencia habeat bullas et expediantur pecunie neccessarie.

Custodibus portarum civitatis pro aliquibus diebus deputatis fiat solucio ad racionem cujuslibet diei xij denariorum, et si sint alia reparata visitet receptor et solvat.

Evocentur carpentatores habentes tachium torne Areris et si valli fuerint deperditi ipsorum culpa, cogantur ad reparandum juxta tachium datum.

Guillelmus de Crosa, Hugon. de Ponte et Jacobus Paqueti, auditores computorum, retulerunt et ostenderunt conclusionem computi Petri Gacheti anni preteriti, que conclusio describitur in pede et reposita fuerunt omnia in archa.

Fiat querela d. vicario de malo transito existente econtra turrim heredum Guillelmi de Bosco.

(143) *Jovis xj augusti,* existentibus in consilio : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, d. Jo. Regis, Anthonio de Sancto Michaele, Amblardo de Orseriis, Hugon. de Ponte, Guillelmo Balleti, Leonardo Aquineaz, Petro Levrerii, Guillelmo de Crosa, Jacobo Nerga, Symondo de Rippa, Ste. Pecollat, Jacobo de Veruffis, Petremando de Malodumo, Baudissardo Balardi, Anso Hugonis, Henrico de Fontaneis, Stephano de Furno, Johanne Calabri, Johanne Bueti, Johanne de Crosa, Johanne de Planis, (Hugon. de Ponte,) Reymondo Lullini, Johanne Maliardi, Petro Mermodi, Johanne Donzelli, Jacobo Robini, Hugon. Boulardi, Jacobo Miquent, Arnoleto Vallient, Stephano Boni Johannis, Johanne Canalis, Francisco de Vaudo, Stepliano de Putheo, Johanne Veluti, Anthonio Millaneys, Janino de Mara, Marqueto Toniaudi, Theobaldo Albi, Johanne Ducis, Glaudio Jaqueti, Henrico Folliosii, Glaudio Falqueti, Michaudo Cornuti, Girardo Veluti, Johanne Chanavelli, Petro de Palude, Hudriodo Ferra, Colino Chicandi, Johanne Martini, Reymondo Bonet, Humberto

[1] Voir Chaponnière et Sordet, *op. cit.*, p. 289.

de Rodagno, Amedeo Magnaz, Hugon. de Boulo, Girardo de Boulo, Jacobo Charrotonis, Benedicto Mallieti, Andrea Gervasii, Johanne Sonnex, Petro de Genesta, Jacobo Michaudi, Johanne Bertherat, Johanne Blancheti, Jacobo de Bosco, Petro Bidialis, Hugon. de Nanto, Petro Benedicti, Johanne de Domo, Girardo Quercus.

Venerabilis vir d. Petrus Farodi, judex excessuum, iterum advidit de solucione fienda dominis Lucernensibus de sex centum florenis termino festi Sancti Michaelis et aliis sex centum florenis termino Nativitatis Domini proxime futurorum ex acordio in Berno ultimo facto ne pejora evenirent[1].

Pariter d. sindici exposuerunt alias neccessitates occurrentes, videlicet de reparacione turrium communium, ac scola et bullis hospitalis habendis.

*(De gabella.)* — Pro quibus premissis succurrendis fuit deliberatum, prius habito consensu reverendi d. nostri Gebenn. episcopi et principis, quod fiat imposicio super vino ad tabernam vendendo, videlicet super quolibet quarterono de Choutagnia et consimili unus fortis monete, super vino de Somonte et simili unus denarius, super vino patrie unus obolus monete. Et detur ordo in vendicione vini quia si vinum patrie vendatur tantum quantum vinum de Somonte et tantum exigatur pro quolibet quarterono, de malvatico exigantur pro quolibet caratere sex solidi.

Et quia terminis predictis non poterunt haberi pecunie ad satisfaciendum dominos de Lucerna, capiantur pecunie ad interesse ad minus dampnum.

Quia venerabilis vir d. Petrus Farodi, judex excessuum Gebenn., plures pro civitate supportavit labore[s] tam in ambassiatis per eum in Alamania quam alibi factis, eidem in recompensacionem premissorum dantur pecunie per heredes Jacobi de Bogiaco ex resta magne tallie debite pro resta xxx florenorum, xxviij floreni. — *(Levatum est.)*

Petrus Braseti, notarius, et alii auditores computorum generalium pecierunt sibi satisfieri de laboribus; super quo nichil fuit conclusum quia aliqui dicunt quod in consilio generali liberaliter se obtulerunt computos audire.

[1] Voir plus haut, séance du 7 juillet, p. 415.



Fiat diligencia de bullis hospitalis habendis.

Reparentur turres.

Et detur ordo pro restauracione scolarum.

*Veneris xij augusti,* existentibus in consilio : d. Jo. de Saxo, G. de Quarro, consindicis; — Jo. de Planis, Ja. Paqueti, A. de Orseriis, G. Balleti, d. F. de Veyriaco.

Fuit preceptum Petro Vignioli, exactori arreragiorum civitatis, ut paret et apportet computos suos Martis proxime futura in consilio ordinario ut videatur quanta sit exacta pecunia.

(144) *Martis xvj augusti,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — Jo. de Planis, P. Levrerii, G. de Vaudo, H. de Ponte, Ja. Paqueti, A. de Orseriis, H. de Boulo, P. Vignioli, d. F. de Veyriaco, G. Ballet, G. de Crosa.

Petrus Vignioli, exactor arreragiorum, exhibuit suos computos quos petit audiri.

Detur malvaticum magistro hospicii domini nostri Gebenn. episcopi, videlicet duas cymesias.

*(Querela.)* — Supervenerunt egregii Petrus Braseti, Hugon. Consilii, Glaudius Cavucini, Rolandus Boysserii et P. Serrallion, conquerentes de lubiis existentibus in Burgoforis que sunt periculose; visitentur post prandium, et inde fiat injunctio de deruendo.

Mandatur receptori solvat egregio Petro Levrerii, causa in rotulo per Paqueti et de Ponte visitato, xxxij florenos, v denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat, super uno burgense fiendo, Jacobo Nepotis et aliis qui duobus diebus proxime decursis in Fusteria quandam fecerunt ystoriam pro supportacione expensarum logiarum, videlicet vj florenos. — *(Levatum est.)*

Compellatur Petrus Rambosson ad solvendum salarium domus.

*(Pro pecuniis habendis.)* — Quia n. P. Foyssie se obtulit tradere, titulo mutui, de suis mercanciis pro prima solucione fienda dominis de Lucerna, ideo visitentur.

Mandatur receptori solvat vigillibus civitatis pro pulsacione grossi cimballi viij florenos.

*Veneris xix augusti,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, A. de Orseriis, Ja. Paquet, P. de Versonay, Jo. de Planis, d. F. de Veyriaco.

*(Oblacio de logiis.)* — Quia fuit preceptum derui logias existentes econtra platheam Burgi Foris, comparuit Johannes Clementis et Johannes de Orsier, paratos se offerunt suas logias deruere dummodo alie pariter deruantur.

Supervenit magister Janinus Vuazel, magister monete, requirens deputari mercatores ad imponendum misam in monetis et auro; deputantur videlicet Henricus Emerici, Nycolinus Lingocti, Glaudius de Castronovo et Glaudius Ravonelli.

Videatur amicabiliter differencia existens inter communitatem et n. Petrum de Versonay, et commictitur de Planis et Paqueti.

*Martis xxiij augusti,* existentibus in consilio ordinario : G. de Quarro, G. Gavit; — Jo. de Planis, P. de Versonay, d. F. de Veyriaco, Hugon. de Ponte, G. de Vaudo, Ja. Paqueti.

*(Relacio.)* — Predicti Jacobus Paqueti et Hugon. de Ponte retulerunt vidisse et visitaxe pannos quos n. Petrus Foyssie tradere volebat pro succurrendo neccessitatibus civitatis et, convento precio, in recipiendo pannos civitas perderet quartum precii.

Ibidem Johannes Parrodi exhibuit licteras franchesiarum sibi datarum quas petit sibi observari.

(145) *Mercurii xxiiij augusti,* in Domo communi existentibus : Glaudio Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, A. de Sancto Michaele, Jo. de Planis, P. de Versonay, G. de Crosa, G. de Castronovo, Leonardo Aquineaz, Ja. Paquet, H. de Ponte, Jo. Maliardi, G. Ballet.

Supervenit n. Marchus de Olyva, mercator, associatus xvj vel xvij mercatoribus Januensibus, dicens idem Marchus eosdem mercatores ibidem habere centum mulos mercanciis oneratos, requirentes sibi dari transitum eundi Lugdunum absque novis imposicionibus, prout Lombardi et Alamani habuerunt. Quia civitas non apposuit impedimenta, ea tollere non potest; ac tamen hec notifficentur d. vicario.

Facta fuit querela de filio Hugon. Borcardi hodie deputati ad cus-



todiendum portam qui maledixit eum qui ad hoc ipsum deputaverat.

De eo qui maliciose arripuit G. de Quarro, consindicum, per manubriam, ejus vestem lacerando, sumatur informacio.

De eo qui primo cepit vendere unum bossetum vini ad quatuor denarios et postmodum eundem vinum mutavit precium et idem vinum vendit ad sex denarios, sumatur informacio.

*Veneris xxvj augusti,* existentibus in consilio ordinario : G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, A. de Sancto Michaele, P. de Versonay, Ja. Nerga, G. de Vaudo, G. Ballet, H. Emerici, Jo. Maliardi, Jo. Donzelli, G. Jaqueti, A. de Orseriis, Ja. de Veruffis, P. Cortagerii, A. Gervasii, Jo. de Planis, Ny. Lingot, Jo. Bueti.

*(Pro nundinis.)* — Venerabilis vir d. Petrus Farodi, judex excessuum, ex parte domini vicarius destinatus notifficare quod commissarii regii infra paucos dies interesse debent in Lugduno pro facto mercatorum, et quod eidem bonum videtur quod ad eosdem commissarios destinentur duo mercatores, unus videlicet Ligue Theotonice, et alter Ytalice, ad ipsos commissarios solicitandum et advertendum de libertate data; deputantur Matheus Scarron, Johannes Girardi et Johannes de Sancto Michaele ad premissa faciendum.

Item de mercatoribus Januensibus huc existentibus et instantibus habere licenciam eundi Lugdunum, cum hic non possint vendere res suas; quia celsitudo ducalis suas decrevit licteras[1], non debemus, non possumus contra facere.

*(Ne quis juret.)* — Pariter retulit predictum d. vicarium debere cridari quatenus in anno dum cridatur processio Sancti Sebastiani temporibus Quatuor Temporum, quod nullus presumat jurare Deum nec sanctos ejus et sub penis in ultimis cridis descriptis.

*(De scola.)* — Refficiatur scola ubi pridem fuit confecta et interim locetur alia domus nomine civitatis.

Supervenit egregius Andreas de Douris dicens se velle edifficare infra cancellum Judeorum prope menia, petit visitari locum et an pos-

[1] Il s'agit probablement des lettres patentes du 1er mars 1485 par lesquelles le duc de Savoie avait établi une taxe sur les marchandises sortant de ses états (voir plus haut, p. 394 et n. 2).

sit appodiare super meniis; visitent d. sindici aliquibus vocatis probis.

Pariter Franciscus de Fogia supervenit requirens ejus computa revideri; revideantur.

(146) *Martis penultima augusti,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — n. Jo. de Vouserier, Jo. de Planis, P. Levrier, A. de Orseriis, P. de Versonay, G. de Vaudo, G. de Castronovo, G. de Crosa.

*(Custos vinearum.)* — Girardus Bajola deputatur custos vinearum coste de R. sub salariis assuetis, qui prestitit juramentum solitum.

*(Relacio.)* — Prefatus d. Johannes de Saxo retulit vidisse acta n. Georgii de Anthiochia cum sentencia in odium civitatis lata per d. officialem Gebenn., quequidem sentencia ex actis fuit juste et sancte lata; tractetur cum eodem amicabiliter et de terminis solucionis fiende.

Sumatur informacio contra eos qui minas inferunt ad causam gabelle vini fiende, et puniantur culpabiles.

*Jovis prima septembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — Jo. de Planis, A. de Sancto Michaele, G. de Crosa, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, G. Castronovo, M. Toniaudi, Jo. Do[n]zelli, G. Jaqueti et Ja. de Veruffis.

*(De chapelleriis detentis.)* — Fuit lecta cedula sentencie absolutorie chapelleriorum intitulatorum de depredacione trium mercatorum, duorum Florentinorum et unius Burgundi, in Clusa prope Longam Ream depredatorum, quiquidem chapellerii non reperiuntur culpabiles, et ideo fuit conclusum, prout juris ordo dictat, quod absolvantur.

Fuit lecta lictera per dominos Bernenses missa per quam requirunt dare salvum conductum Henrico Gerset, et conclusum quod requiratur d. vicarius.

(147) *Martis vj^ta septembris,* existentibus in consilio ordinario : G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, Jo. de Planis, A. de Orseriis, M. Scarron, G. de Vaudo, n. P. de Peymes domino de Brandis, G. de Castronovo, P. Levrier.

Cridetur domus communis existens supra pontem Rodani locanda



plus offerenti, et compellatur P. de Versonay ad solvendum salarium, videlicet xix florenos pro quolibet anno.

De recipiendo d. ducem, ducissam et d. episcopum et principem Gebenn. in brevi venturos; conferatur cum d. vicario de pallio portando super domina ducissa [1] que nundum fuit in hac civitate Gebenn.

De habendo pecunias.

Pro logiamentis habendis, deputantur Ste. Pecollat et Hugon. de Boulo.

Actestantur d. sindici Reymondum Maistroct et Percevallum Peyrolerii ad hanc civitatem Gebenn. adduxisse xij balas pannorum de Bruges. — *(Levatum est sub data xvj augusti.)*

*Eodem die Martis vj septembris,* existentibus in Domo communi : G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — A. de Douris, H. Emerici, Jo. de Planis, G. de Castronovo, G. Balleti, A. de Orseriis, P. de Genesta, Johanne Challes, Ja. de Veruffis, B. Malliet, Jo. Veluti, d. Jo. Regis, Johanne Colleti, Johanne Flory, Ja. Nepotis, Ja. Nerga, Ny. de Nanto, Sy. de Rippa, A. Gervasii, Jo. Donzelli, H. de Boulo, F. Clerici, Ste. de Putheo, P. Blonay, P. Gabet, Perreto Chynuti, Baudissardo, Anso Hugonis, Humberto de Rodagno, H. Bosonis, P. Serrallion, Johanne Bueti, A. Pecollat, H. de Fontaneis, Jo. Perrini, Ja. Michaudi, F. de Vaudo, G. Falquet, H. Boulardi, Jo. Blanchet, P. Bidialis, G. de Domo, Colino Chicandi, Petro Johanne Bruni, Arnoleto Vallient, Petro Exerton, R. Bonet, Amedeo Magnaz, Hugon. de Nanto, P. Levrerii layco, Jo. Mochy, P. Tornerii, P. Vigniolli.

*(De adventu domine ducisse.)* — Lecta fuit lictera parte d. episcopi et principis Gebenn. missa super adventu domine ducisse Saubaudie et de ejus recepcione; commictitur consilio ordinario.

Et positum in deliberacione an debeat portari pallium dicte domine ducisse que nunquam fuit in hac civitate Gebenn; commictitur consilio ordinario.

[1] Blanche de Montferrat, fille de Guillaume de Montferrat, que le duc de Savoie avait épousée quelques mois auparavant, le 1^er avril 1485 (F. Gabotto, *op. cit.*, t. II, p. 324) ; le duc de Savoie et sa jeune femme, accompagnés de leur oncle, l'évêque de Genève, firent leur entrée à Genève le 18 octobre (voir séance du 21, p. 433) et y séjournèrent jusqu'au 1^er février 1486.

Et an eidem domine fieri debeat donum, et quid sibi dari debeat; commictitur consilio ordinario.

Et an eidem eundo obviam debeant portari penuncelli armorum Sabaudie et domine ducisse; fiant et portantur per infantes.

(148) De pecuniis per n. Henricum Emerici civitati mutuatis et prevalencia monete; commictitur consilio ordinario.

De victualibus non carnis vendendis propter adventum dictorum dominorum; commictitur consilio ordinario.

Pro pecuniis habendis datur potestas consilio ordinario eas mutuo accipiendi et obvenciones dicte civitatis obligandi.

*(Ordinacio.)* — Ordinatur quod, quocienscumque aliquis de consilio ordinario evocatus fuerit et non venerit nisi fuerit legitimo impedimento occupatus, solvat duos solidos et alii de consilio quinquagenario unum solidum.

*Veneris ix septembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyrier, Jo. de Planis, G. de Castronovo, A. de Orseriis.

*(Custos vinearum.)* — Johannes Champelli fuit deputatus custos vinearum de Secheron sub salariis assuetis, qui prestitit juramentum solitum.

(149) *Martis xiij septembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, A. de Douris. P. de Versonay, G. de Crosa, P. Levrerii, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, Jo. de Planis, G. de Castronovo, G. de Vaudo, A. de Orseriis, H. de Ponte, H. de Boulo, P. Vignioli.

*(Burgensis.)* — Petrus Passeracti, de Salino, barbitonsor, parrochie Sancti Gervasii, pro et mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — N. Nycolaus Gaty, de Carmagniola, magister monetarum Sabaudie, fuit creatus burgensis pro et mediantibus xvj florenis. — *(Levatum est.)*

*(Requisicio.)* — Supervenit H. de Nanto, procurator Anthonii de Bosco, burgensis et mercator[is] Castri Lemoviensis, requirens sibi expediri duplum processus criminalis in curia vicedompnatus Gebenn. agitati contra Franciscum Audiet, habitatorem dicti loci, intitulatum de sodomia; videantur processus et remictitur ad Veneris.



Honorabilis Henricus Emerici realiter mutuavit et tradidit septem centum florenos parvi ponderis in testonibus Mediolani, ad racionem cujuslibet ix grossorum, pro prima solucione fienda dominis de Lucerna, vij$^{c}$ florenos. Quos vij$^{c}$ florenos recepit Petrus Gachet receptor generalis.

Reddatur egregio Andree de Douris, procuratori Sabaudie, lictera(m) sue borgesie gratis et sine costu.

*(De dono.)* — De dono domine ducisse Sabaudie noviter venture; detur eidem in jocalibus usque ad ij$^{c}$ florenos. — *(Vide Veneris.)*

*(De Fogia.)* — Pro concordio cum de Fogia fiendo, commictitur Petro Levrerii et Johanni de Planis vocatis evocandis et solvat id quod est clarum.

*Veneris xvj septembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — H. Emerici, Jo. de Planis, G. de Crosa, A. de Orseriis, P. Levrerii, G. de Vaudo, A. de Douris, d. F. de Veyriaco.

*(Ordinacio.)* — Comparet Henricus de Nanto, procurator Anthonii de Bosco, petit ordinari, et Glaudius Jaqueti, procurator assertus Francisci Audiet petens terminum ad dandum causas propter quas non debet expediri copia processuum; ordinatur fore expedienda et alias prout in eadem.

*(De dono.)* — Detur unus ciphus argenti copertus et bene deauratus domine Blanche, ducisse Sabaudie noviter venture, ponderans octo marchas argenti. — *(Vide Martis.)*

*(Helephans.)* — Fiat unus elephans perambulans per medium Palacii eundo obviam prefate domine ducisse portans quatuor puellas bene deornatas. — *(Vide Martis.)*

(150) *Martis xx septembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, A. de Sancto Michaele, P. Levrerii, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. de Planis, G. de Castronovo.

*(Burgensis.)* — Johannes de Lales, de Thononio, forrerius domini

nostri Gebenn. episcopi, fuit creatus burgensis gratis. — *(Levatum est.)*

Fiant vestes de taffatas puellis reponendis super helephantem eundo obviam domine ducisse Sabaudie.

Datur onus faciendi ciphum dandum domine ducisse Sabaudie de octo marchis argenti ad racionem cujuslibet marche xviij florenorum, et pro factura eciam cujuslibet marche unum florenum, et pro deaurando xvj ducatos ad racionem cujuslibet iij florenorum, ij$^{c}$ floreni.

Mandatur receptori solvat vigillibus civitatis pro pulsacione grossi cimballi eciam processionum diebus Mercuri, x florenos. — *(Levatum est.)*

Quia domini canonici Gebenn. differunt facere processionem solemnem diebus Quartorum Temporum nisi eisdem satisfiat ante processionem de triginta grossis distribuendis presbiteris euntibus ad processionem, et conclusum quod satisfiat.

Mandatur auditoribus computorum intrent Petro Gacheti, receptori generali, quantitates in rotulo descriptas, ascendentes ad lxv florenos. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxiij septembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Ravonelli, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, Jo. de Planis, P. de Versonay, A. de Orseriis, Ja. Nerga, G. de Vaudo, G. de Castronovo, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa, H. de Ponte.

Lecta fuit supplicacio pro hospitali pape destinanda; demonstretur d. vicario et fiat ejus consilio.

De mictendo pecunias dominis de Lucerna, datur onus receptori generali, videlicet Petro Gacheti, et dentur sculteto Berni sex scuta et totidem secretario.

De domo communi existente supra pontem Rodani locanda, tradatur P. de Versonay, si velit dare oblata, et reparetur de pecuniis per eundem Versonay debitis.

De Johanne Boconis, burgense Gebenn., qui detentus fuit in Dalphinatu pretextu cujusdam marche date contra Sabaudienses; dentur favores possibiles.

De victualibus vendendis.

(151) *Martis xxvij septembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — H. Emerici, Jo. de Planis, A. de Orseriis, P. Levrerii, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, P. de Versonay.



Fuerunt exortati Henricus Emerici, Jo. de Planis, Ja. de Veruffis et Laurencius Neyrodi ut pro adventu domine ducisse aliquas ystorias et decoras in carreria Domine Nostre facere velint, qui se obtulerunt ad possibilia.

Mictatur Chamberiacum nuncius cum pecuniis ad sollicitandum causam contra monetarios.

Fiat crida ne quis vendere presumat vinum de patria ultra quatuor denarios quarteronum, vinum de Somonte ultra sex denarios, vinum de Chotagnia ix denarios.

Item quod nullus teneat nemus in platheis lacus ultra spacium trium dierum.

*Veneris ultima septembris,* existentibus : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — Jo. de Planis, G. de Castronovo, G. de Vaudo, G. Ballet, H. Emerici.

De consilio dictorum dominorum fuerunt librati per Petrum Vignioli Petro Magnini sex floreni portandi egregio Johanni de Putheo, procuratori civitatis in causa contra monetarios, et eidem portitori pro ejus labore unum florenum, et sic vij floreni. — *(Non fuerunt expediti.)*

Mandatur auditoribus computorum ut intrent Petro Vignioli, receptori arreragiorum, per eum solutos, causis in rotulo ibidem lecto, lxxv florenos, x grossos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

Supervenit Johannes soquerius qui dixit quod forrerius eidem levaverat certos bossetos ad reponendum vinum pro domina ducissa noviter ventura, quos bossetos Michael Leonardi, Romanetus Gringandi et quidam alius vigil eidem liberaverunt, mediantibus sex cartis quos eisdem tradidit. Reddant pecunias vigilles et pugniantur.

Non obstantibus certis licteris per Johannem Parrodi exhibitis per quas pretendit se esse franchum, compellatur ad solvendum prout ceteri.

(152) *Martis quarta octobris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, A. de Sancto Michaele, Jo. de Planis, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, G. de

Crosa, G. de Castronovo, H. de Ponte, P. de Versonay, G. de Vaudo, P. Levrerii.

Relatum extitit quod d. vicarius Gebenn. noluit dare licenciam gabellam imponendi; expectetur adventus domini nostri Gebenn. episcopi.

Supervenit egregius d. L. Botholierii, qui conquestus fuit de forreriis qui nictuntur certos ejus emulos in ipsius domo locare; fiat informacio.

De bullis hospitalis; differatur usque ad adventum domini nostri Gebenn. episcopi.

De causa contra monetarios, vadat Guillelmus de Quarro, consindicus, ad sollicidandum causam.

De domo communi existente supra pontem Rodagni; edifficetur per civitatem.

*Veneris vij^a octobris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — Jo. de Planis, A. de Orseriis, P. de Versonay, G. de Crosa.

D. procurator fiscalis inhibuit d. sindicis ne actemptent in persona vel bonis Anthonii de Amoribus, clerici, carceribus Insule detenti, precipiendo quod eum remictant in carceribus episcopalibus Gebenn. pro justicia de eo ministranda.

(153) *Martis xj octobris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — Jo. de Planis, A. de Orseriis, G. de Castronovo, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, G. Balleti, G. de Crosa, P. de Versonay.

*(De Jo. Georgie.)* — Fuit lecta lictera per dominum nostrum Gebenn. episcopum missa [1] ut supersedeatur a molestacione persone Johannis Georgii, in castro Insule detenti ad causam cujusdam homicidii per eum, ut confessus fuit, in personam d. Jacobi de Ferasio, usque ad adventum ejusdem domini nostri Gebenn. episcopi, quibus licteris pareatur.

Fiat cuilibet vigillum hujus civitatis Gebenn. unus pilleus de librata civitatis.

[1] Arch. d'Etat, P. H., n° 730; ces lettres ont été publiées par Galiffe, *Matériaux*, t. I. p. 347.



*(Burgensis.)* — Egregius Georgius Fabri, de Hostona, camerarius illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis, fuit creatus burgensis gratis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Stephanus Volandi, de Bogeva, chapellerius, parrochie Beate Marie Nove, fuit creatus burgensis pro et mediantibus vij florenis, j collovrina. — *(Levatum est.)*

Supervenit quidam religiosus Sancti Victoris petens sibi relaxari unum bossetum vini arrestatum pro introgio civitatis, cum sit, ut ait, exemptus a solucione dicti introgii; videatur si fuit in consuetudine solvendi, et servetur consuetudo.

*Veneris xiiij octobris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — Jo. de Planis, G. de Crosa, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, G. Ballet, G. de Castronovo, G. de Vaudo, A. de Orseriis.

*(Juramentum locumtenencium d. vicedompni.)* — Nobiles Amblardus, Mermetus et Jacobus de Mandalla, locumtenentes magnifici d. vicedompni Gebenn., juraverunt franchesias civitatis Gebenn. observare et neminem, pretextu hujusmodi officii, opprimere.

*(Burgensis.)* — Petrus filius Nycodi de Plathea, de Herchant, barbitonsor, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Johannes Boverat, de Russino, chapellerius, parrochie Beate Marie Nove, pro et mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat magistro Hugoni Boulardi, pictori, pro pictura baculorum pallii portati super illustrissima domina Abba[1], ducissa Sabaudie, in hac civitate Gebenn. noviter venta, et tercentum penuncellis armorum ejusdem domine per infantes in ejusdem domine adventu portatis, vj florenos. — *(Levatum est.)*

Quia Guillelmus Rogeti, isto sero, injuriatus fuit Guillelmo de Quarro, consindico, fiat querela domino; eciam de Glaudio Samoenchi qui trufatus fuit de gueyta.

Non vendatur avena ultra iiij^or grossos octana.

[1] *Lisez probablement :* Alba.

Pro sollicitacione cause contra monetarios, deputatur egregius Johannes de Planis.

(154) *Martis xviij octobris*, existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, A. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, G. de Vaudo, A. de Douris, G. de Castronovo, B. de Sancto Michaele, H. Emerici.

*(De Fogia.)* — Prefati d. consindici ex una et Franciscus de Fogia suo et ejus fratrum ex altera, super differenciis inter eos existentibus, promictunt stare ordinacioni n. Anthonii de Sancto Michaele et Johannis de Planis, vocato Guillelmo de Crosa pro parte civitatis, et egregiorum Andree de Douris, Guillelmi Faverii et, in ejus deffectu, Girardi de Vaudo, Martis refferendum.

*(Constitucio.)* — Amedeus Magnaz constituit procuratorem ad cavendum secundum formam auctentice, que supplicacio etc., et de precibus imperatori conferendis.

Petite fuerunt per capitaneum archeriorum d. ducis claves duarum cathenarum existencium prope domum habitacionis d. ducis per eum custodiende dum d. dux stabit in hac civitate. Conferatur cum d. episcopo.

Pariter peciit quod apperiatur porta civitatis archeriis predictis dum a domo ducali ad sua hospicia de nocte ire voluerint. Conferatur cum d. episcopo.

Petita extitit parte Anthonii de Amoribus, intitulati de morte d. Ja. de Forasio a castro Insule ad carceres episcopales remisi, copia sui processus pro suis deffensionibus faciendis.

De domo existente supra pontem Rodagni locanda, quia commissarius episcopatus asserit illam fuisse traditam pro custodia civitatis et illam petit recognosci; queratur instrumentum acquisiti.

De portis civitatis propter pestem custodiendis; ponantur custodes per disenarios.

De modo tenendo pro nundinis recuperandis; conferatur cum mercatoribus et det quilibet motus suos, et datur onus conferendi Glaudio de Castronovo.

*(Donum.)* — Prefati d. sindici, herina die, dederunt domine ducisse Sabaudie taxam eidem fieri ordinatam.



*Veneris xxj octobris*, existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — H. Emerici, A. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele.

*(Burgensis.)* — Nycolaus Gentilis, de Germagnier, chausaterius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Roleto Nycolay, pro leviori supportacione expensarum per eum et ejus socios factarum in moralitate *Speculi Justicie* die Martis proxime preterita coram illustrissimis principibus dominis duce et ducissa Sabaudie et reverendo domino nostro Gebenn. episcopo in plathea Fusterie per personagia facta, vj florenos. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Gauterius de Laquemand, de Braband, fuit creatus burgensis gratis. — *(Levatum est.)*

(155) *Martis xxv octobris*, existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — n. P. de Pesmes, Jo. de Planis, A. de Orseriis, G. de Castronovo, G. de Crosa, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. Ballet, A. de Douris, H. Emerici, B. de Sancto Michaele.

Mandatur receptori solvat, prout alias pluries fuit ordinatum, n. Bonifacio et Johanni de Sancto Michaele, heredibus magnifici d. P. de Sancto Michaele, cancellarii Sabaudie, quictanciam super licteris super hoc confectis iiij$^{xx}$ iiij$^{or}$ florenorum.

Petite fuerunt, prout alias, parte capitanei archeriorum ducalis celsitudinis Sabaudie in presenti civitate existentis, claves cathenarum existencium prope domum habitacionis ejusdem ducalis celsitudinis; expediantur dicto capitaneo.

Parte servitorum illustrissime domine ducisse [petitur] sibi, juxta consuetudinem, aliquid pro vino dari; detur cuilibet infancium peditum unus scutus.

De rescribendo banqueriis pro nundinis, instetur erga dominos ducem et episcopum, et mandetur unus de civitate.

De deffensionibus fiendis ne quis audeat mercator ire extra patriam donec tentis nundinis Gebenn., exequantur lictere dominicales super hoc concesse.

*(De Fogia.)* — Reffert Guillelmus de Crosa quod de Fogia debet, ex resta suorum computorum, iij$^{c}$ florenos, j grossum, xj denarios.

*(Admodiacio alarum.)* — Die xxvij octobris anno Domini M$^{o}$ CCCC LXXXV, indictione 3$^{a}$, in claustro ecclesie cathedralis Gebenn., nobiles et egregii viri dominus Johannes de Saxo, legum doctor, Glaudius Gavit et Guillelmus de Quarro, consindici civitatis Gebenn., admodiaverunt Petro Cortagerii, barbitonsori, partem et porcionem civitati pertinentes in alis hujus civitatis, tamquam plus offerenti, factis tribus cridis et durante candela cere, more solito, et hoc spacio unius anni die crastina incipienti[s] et consimili die anno prius revoluto finiendi, sub firma tercentum et nonaginta florenorum auri parvi ponderis et unius tuturis cum pertinenciis, solvendum dictos tercentum nonaginta florenos, sine exceptione et reclamacione quavis causa provenientibus terminis assuetis et turtur cras in octo, et ydonee infra eumdem tempus cavere; presentibus Petro Levrerii, Guillelmo Rogeti, Petro Magistri Petri, Henrico de Fontaneis, Petro Braseti, Guillelmo Balleti, Johanne Janini et Johanne Roberti. — A$^{us}$ Lyonardi.

Subsequenter, in Domo ville, die quarta novembris, cavet de solvendo dictam firmam, in quibuslibet nundinis quartam partem, incipiendo in hiis nundinis Omnium Sanctorum per Hugon. Renguysii; presentibus d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — H. Emerici, A. de Orseriis, P. Levrier, Hugon. Ramelli, Hugon. de Boulo, et confitetur habere clavem arche ale. — A$^{us}$ Lyonardi.

*Veneris xxviij octobris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, Jo. de Planis; — P. Levrerii, A. de Orseriis, G. de Castronovo, G. Ballet.

*(Culcitra.)* — De precepto dictorum d. sindicorum Blasius Georjotonis, tutor liberorum Anthonii Morelli, tradidit titulo comodati capitaneo archeriorum d. ducis Sabaudie in hac civitate existencium, in manibus tamen Hugon. de Boulo, presentis et habere refferentis et quam restituere promisit, videlicet unam culcitram plumarum ponderis lxvj librarum.

*(Designarius.)* — Glaudius Arnaudi, sutor, deputatur designarius carrerie Sancti Anthonii, qui prestitit juramentum prestari solitum.



Ministretur d. cancellario Sabaudie menagium neccessarium.
Dentur domino.

(156) *Lune ultima octobris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — Jo. de Planis, G. de Castronovo, Jo. Maliardi, G. de Vaudo, Ja. Nerga, G. Ballet, Jo. Albi, P. Palu, Baudissardo, P. Gabet, Jo. Blanchet, Jo. Gorjuti, Roleto Nycolay, Ste. Pecollat, Jo. Berterat, Glaudio Arnaudi, Francisco Clerici, Jo. Charnavelli, Mermeto Collumbi, Jacobo Bueti, Ste. Levrerii, Jo. Boconis, P. de Genesta, Perreto Chinuti, Hugon. Bochet, Jacobo Miquent, Hugone pictore, P. Bidialis, Colino Chicandi, Hudrio. Ferra, Glaudio Arnaudi, Petro Johanne Bruni, Glaudio Falqueti, Francisco de Vaudo, Anthonio Millaneys, Ja. de Mara, Andrea Gervasii, Hugon. de Boulo, Ja. de Veruffis, Petrus Burgensis, Reymondus Boneti, Henrico Folliosii, P. Mantillion, A. de Orseriis, P. Mermodi, Amedeo Magnaz, Nycodo Tornerii.

*(Pro nundinis.)* — Fuit expositum quomodo d. dux Sabaudie decrevit licteras prohibicionis[1] ne quis audeat ire ad nundinas Lugduni, nec alibi, donec tentis nundinis in civitate Gebenn., et novas imposiciones et gabellas (gabellas) imposuit[2] super mercanciis transferendis extra patriam, ordinatumque fuit per eundem quod sex ex civitate Gebenn. commissarii, ad hoc deputati, custodiant passagia. Quiquidem commissarii petunt pro quolibet die unum florenum, et sunt hii videlicet: Franciscus Caudy, qui deputatur in passagio Pose, in Pedemoncio; Anthonius Pecollat, Secussie; Petrus Balli, Aquebelle; Franciscus de Vaudo, Aquebellete; Rolandus Boysserii, Cerdonis et Poncini; et Andreas Gervasii es Cles et Sancte Crucis; et Johannes Magnini ad exequendum licteras per totam dicionem Sabaudie. Ita et taliter quod si sint alique confiscaciones, quod eis satisfiat de quarto denario confiscatorum, prout voluit d. dux contemplacione civitatis, facta per eosdem commissarios debita diligencia. Et ita fuit conclusum, nemine discrepante.

Et pro pecuniis habendis obligantur ale Petro Gacheti, presenti, qui

[1] Arch. d'Etat, P. H., n° 739.
[2] Le duc de Savoie n'établit pas une nouvelle taxe; il confirme celle qu'il avait décrétée le 1$^{er}$ mars (Borel, *op. cit.*, p. 45-47).

se obtulit mutuare super eisdem alis pecunias pro premissis neccessarias.

*Martis prima novembris* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — Jo. de Planis, A. de Orseriis, G. de Vaudo, G. de Castronovo, H. de Ponte.

Conquestus est Aymonetus Mercerii, habens, ut ait, certos hospites de gentibus d. ducis Sabaudie in ejus domo et de ipsius consensu, sperans eosdem bene sibi satisfacere, qui tamen nolunt quicquam solvere, sed eidem unam cammeram fregerunt; locatur Marcossey, magistro hospicii.

Quia dictum fuit quod mandetur Lugduno pro banqueriis habendis, lictereque credenciales parte dominorum ducis et episcopi facte sunt in personam Petri Gacheti; vadat idem Petrus hodie.

*Eodem die.*

*(Juramentum.)* — Franciscus Caudy, Anthonius Pecollat, Petrus Balli, Franciscus de Vaudo, Rolandus Boysserii et Andreas Gervasii, commissarii parte ducali deputati ad custodiendum passagia et exigendum novam imposicionem super mercandiis non venientibus ad hanc civitatem Gebenn. tenturis nundinas, debitum de exercendo commissionem sibi factam prestiterunt juramentum in domo et manibus reverendi patris d. Andree de Malvenda, vicarii Gebenn., presentibus egregiis et nobilibus domino Johanne de Saxo, legum doctore, Glaudio Gavit, Guillelmo de Quarro, consindicis Gebenn., et Hugon. de Boulo, testibus.

(157) *Mercurii 2ª novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, H. de Ponte, B. de Sancto Michaele, G. Ballet, H. de Boulo, P. Balli, Francisco Caudy, Andrea Gervasii, Francisco de Vaudo, G. de Castronovo, Rolando Boysserii.

Expositum extitit quod reverendissimus et illustris princeps d. Franciscus de Sabaudia, Auxitanensis electus et administrator episcopatus Gebenn., peciit ut cives et burgenses Gebenn. sibi prestent fidelitatis



juramentum; et conclusum quod quilibet prestet in suis manibus aut alterius per eum deputandi.

*Eodem die.*

*(Pro nundinis.)* — Guillelmus Balleti, Anthonius Pecollacti et Jacobus Charrotonis, admodiatarii bossetorum, suo et suorum sociorum nominibus, solvere promictunt Francisco Caudy, Francisco de Vaudo, Andree Gervasii, Petro Balli et Rolando Boysserii, pro quolibet die quo vacabunt in commissione heri ipsis facta, videlicet cuilibet ipsorum unum florenum juxta condiciones in juramento prestito ordinatas, dummodo non excedat pro quolibet ultra xx^ti florenos, de quibus habuisse confitetur quilibet decem florenos. — iiij^ta novembris arripuerunt iter. — xxiiij^ta novembris, de sero, venit de Vaudo. — A. Gervasii, xxvj novembris. — Boysserii, octava decembris.

*Tercia novembris,* in domo reverendi d. vicarii : reverendus d. Andreas de Malvenda, vicarius Gebenn., et nobiles et potentes Humbertus de Lucingio, dominus Alemorum, et Anthonius Bovardi exposuerunt nobilibus et egregiis domino Jo. de Saxo, Glaudio Gavit, Guillelmo de Quarro, consindicis, Petro de Peymes, Henrico Emerici, Johanni Maliardi, Glaudio de Castronovo, Guillelmo Balleti, d. Francisco de Veyriaco, legum doctori, d. Johanni Regis, jurisperito, Matheo Scarron, Amblardo de Orseriis, Stephano Pecollat, Johanni de Planis et Hugonino de Ponte, consulibus civitatis, quomodo illustris et reverendus d. Franciscus de Sabaudia, episcopus et princeps Gebenn., vult quod omnes cives et burgenses Gebenn. eidem prestent juramentum fidelitatis. Quiquidem sindici et consules paratos se obtulerunt prestare prout tenentur. Quo peracto se transtulerunt ad domum dicti d. episcopi qui, audita responsione, fuit contentus de bono velle civitatis absque aliquo juramento prestando.

*Veneris quarta novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — H. Emerici, A. de Orseriis, Jo. de Planis, Ja. Paquet, G. de Crosa, G. Ballet, H. de Ponte, Ja. Ruby, Ja. de Veruffis, A. Millaneys, P. Levrier, P. Palu, P. Gabet,

H. de Fontaneis, Jo. Challes, Hugone pictor, Petro Johanne Bruni, Hudriodus Ferra, Jo. Blanchet, Humberto de Rono, Hugon. du Nant, P. Mantillion, Colino Chicandi, Ny. Tornerii, A. Magnaz, B. Malliet, P. Darlo, P. Flory, P. de Genesta, P. Serrallion, Galiache de Casate, Hugon. Ramelli, d. F. de Veyriaco.

*(Ordinacio pro consilio.)* — Statutum fuit quod tociens quociens sindici, consiliarii et designarii petentur et non venient hora ordinata, quod quilibet sindicus solvat sex grossos, consiliarius quatuor solidos et designarius tres solidos, absque gracia fienda.

Notifficatum extitit bonum velle quod dominus noster Gebenn. episcopus habet erga civitatem.

Item quod quilibet sit provisus de arnesiis neccessariis et veniat Dominico de vespero, hora octava.

Galiache de Casate obtulit comodare arnesia neccessaria.

Item quod omnes habitatores Gebenn. non burgenses nec cives veniant juraturi in manibus d. sindicorum esse fideles et obedientes domino nostro Gebenn. episcopo sindicis, et servitoribus.

*(Pro bossetis.)* — Quia Ansermus Rigandi, botholierus illustrissimi d. ducis, peciit sibi comodari quatuor duodenas bossetorum, datur potestas d. sindicis illos acomodandi, et si deperdantur, solvendi eis qui illos comodabunt.

*(Burgensis.)* — Jacobus Pignati de Chamony, navaterius, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

(158) *Eodem die post meridiem.*

*(Juramentum fidelitatis.)* — Persone subscripte juraverunt super sanctis Dei Evvangeliis per eosdem corporaliter tactis esse fideles et obedientes illustri et reverendo d. Francisco de Sabaudia, Auxitanensi electo ac principi et administratori Gebenn., et suorum officiariorum, ipsorumque honorem et comodum suo posse procurare et incomodum evictare, et dum ad ipsorum noticiam devenierit aliquid quod cadere possit in dampnum aut honoris detrimentum eorumdem, incontinenti revellare, et alia facere prout boni et veri subdicti suo domino facere tenentur :

Petrus Pirusseti notarius, Petrus Tissocti appothecarius, Johannes Regis condurerius, Johannes Luppi chauzaterius, Petrus de Cresto chauzaterius, Franciscus de Nigris appothecarius, Stephanus Cheynalli tonsor, Glaudius Petelli condurerius, Aymonetus de Lompnis civis, Johannes Mariglerii civis, Petrus Bardini chauzaterius, Johannes de Nanto de Aquiano, Petrus Lyoneti, Jacobus de Gerdili, Johannes Galliardi, Joffredus Cocti appothecarius, Aymonetus Rogeti, Johannes Ragy, Stephanus Perreti, Stephanus Gento, Benedictus Chalamelli, Mermetus Arbergient, Symodus Daruti, Petrus de Monpensier, Benedictus Rosea, Johannes de Dix, Georgius Verdonis, Lucas Novelli, Desiderius Grandis, Petrus Charmot, Petrus Bruni, Johannes Matelli, Jacobus Chapuysii, Johannes de Michallia, Johannes Gallatini, Guillelmus Hereterii, Johannes Balli, Stephanus Rossier, Stephanus Ponson, Jacobus de Rua, Colinus Rufflit, Petrus Rivit, Johannes Gallaz, Ludovicus Parrodi, Petrus Galiani, Laurencius de Bona, Johannes Servent.



*Martis viij^a novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro ; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, Jo. de Planis, A. de Orseriis, G. de Vaudo, G. Ballet, G. de Castronovo, H. de Ponte, G. de Crosa, P. Levrerii, Jo. Maliardi.

Mandatur receptori solvat Francisco Mariglerii, olim fornerio civitatis, pro clxvj fassinis civitati expeditis ultra illas quas debebat, videlicet xij grossos.

Supervenit n. Franciscus Florimondi, ducalis secretarius, queremoniam faciens de inhonesta conversacione domorum Johannis Girardi, heredis Glaudii Viennesii, et cujusdam alterius, videlicet uxoris (?) Joseti de Clauso, inhonestam et detestabilem vitam ducencium. Visitentur oca et visis, provideatur.

Quia Johannes Magnini, deputatus ad exequendum licteras prohibicionis in favorem nundinarum super ponte Montismelliani, cedidit in aquam et lictere sibi tradite ad exequendum pro, ex relacione nuncii missi ad noticiam, sic quod opportet reficere licteras ducales que constiterunt iiij^or grossos cum dimidio et fuerunt missi dicto Magnini iiij^or floreni et portitori sive nuncio duo floreni, que premissa exbulsavit Petrus Vignioli, eapropter mandatur receptori solvat dicto Petro Vignioli vj florenos, iiij^or grossos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

Commictit[ur] visitacio rotuli helephantis ; vendantur omnia et de residuo satisfiat.

*(Pro hospitali.)* — Pro bullis hospitalis obtinendis obligantur emolumenta gabelle fidejussoribus constituendis et emolumenta hospitalis.

Pro gabella exigenda eliguntur Hugon. de Boulo, Hugo Vallerii et Johannes Grossi.

Quia Jacobus Bidremand peciit sibi satisfieri de locacione domus et utensilium ubi logiare debet d. marescallus Sabaudie; nichil tradatur.

Mandatur receptori solvat Jacobo Charrotonis quos tradidit pro tradendo infantibus peditibus domine ducisse vj florenos, et tres florenos datos mimis qui erant super helephante in adventu dicte domine, ix florenos. — *(Levatum est.)*

(159) *Jovis x novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — H. Emerici, P. Levrerii, H. de Ponte, A. de Orseriis, H. de Boulo.

Et fuit positum in deliberacione an vel ne debeant cridari gabelle vini ultimo concesse; supersedeatur usque Lune proxime futura, ne die Dominica, qua fiet consilium generale, populus habeat occasionem faciendi aliquem insultum.

Item et de modo tenendo inter mercatores pannos sub alis vendentes et ementes.

*Veneris xj novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, P. Versonay, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. de Castronovo.

D. Johannes de Saxo exhibuit quendam rotulum de scripturis et juris allegacionibus per eum ad opus communitatis factis; commictitur de Planis et Lyonardi taxa.

Supersedeatur ab exactione gabelle usque die proxime futura, ne die Dominico, qua tenetur consilium generale pro venda vini extimanda, fiat inter populares aliquis clamor vel insultus.

*(Pro nundenis.)* — Sigillentur pagni in alis vendendi sine costu, armis d. episcopi et civitatis in plombo imprimendis, ut sciatur quod fuerint venditi in dictis ali(i)s.

*(Gabellatores.)* — Quia Hugon. de Boulo, Hugo Vallerii et Johannes Grossi fuerunt deputati ad exigendum gabellam super vino isto anno



vendendo impositam, fuit pactum cum eis de dando cuilibet pro ejus labore quinquaginta florenos.

*(Admodiacio bossetarum.)* — Die xj novembris anno Domini M° iiij$^{c}$ lxxxv, indictione tercia, in claustro ecclesie cathedralis Gebenn., nobiles et egregius viri dominus Johannes de Saxo, legum doctor. Glaudius Gavit et Guillelmus de Quarro, consindici insignis civitatis Gebenn., admodiaverunt Anthonio Millanesii, appothecario, burgensi Gebenn., tanquam plus offerenti, factis tribus cridis et durante candela, more solito, ascensa, videlicet tres solidos debitos pro quolibet bosseto vini in eadem civitate adducendi per cives, burgenses et habitatores Gebenn., reservatis illustrissimo principe domino Sabaudie duce et ejus tyvello, domino nostro Gebenn. episcopo, dominis canonicis, septem curatis et sindicis ac quatuor conventibus mendicantibus, spacio unius anni post mediantem noctem hujus diei incipiendi et simili die finiendi, sub firma quatercentum et octoginta florenorum parvi ponderis per eum solvendorum in manibus receptoris, terminis assuetis, sine impedimento, exceptione et reclamacione quacumque et non obstantibus omnibus ovalliis, etc., et turtur assuetum infra Nativitatem cum dampnis, etc., et tenere de solvendo; presentibus n. Henrico Emerici, Petro de Versonay, Bernardo Rustiquelli, Johanne de Planis, Petro Cortagerii, Johanne Grossi et Hugon. de Boulo, testibus.

Subsequenter vero, die xviij novembris, precibus dicti Anthonii Millanesii pro premissis perso[l]vendis se constituit fidejussorem et principalem insolidum Jacobus Robini, civis Gebenn., cum promissionibus, juramentis, clausis et renunciacionibus opportunis. Actum Gebenn., in domo dicti Jacobi Robini, presentibus Guillelmo de Quarro, consindico, Petro Levrerii, Guillelmo de Crosa, P. de Versonay, Amblardo de Orseriis, Hugon. de Boulo et pluribus aliis testibus.

Aus Lyonardi.

(160) *Dominico xiij novembris,* existentibus in consilio generali in claustro ecclesie cathedralis, voce cride et ad sonum grosse campane, more solito congregato, egregiis ac n. viris : d. Ludovico de Lornay, Monodi, canonicis; — d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, P. de Nanto, A. de Orseriis, Jo. de Crosa, P. Vignioli, Petro de Prato, Petro Vioneti, Nycodo Pichot, Johanne

Boverat, Johanne Ballieti, d. P. Farodi, Johanne Belleboche, Jo. Malagniodi, Leonardo Ginodi, Ansermeto de Ponte, Petro de Fontana, Anthonio de Leaz, Johanne de Asserens, Petro Navis, Johanne de Tulia, Ste. de Furno, Johanne Janini, Nycodo de Nanto, Janino Bornandi, G. de Castronovo, Jo. Regis, Francisco Exchaqueti, Ludovico Chanavelli, Julliano Franzonis, Mermeto Coctet, Nycodo Mistralis, Hugon. de Ponte, Guillelmo Balleti, Bonifacio de Sancto Michaele, Petro Masuerii, Cristino Tombet, Jacobo de Cresto, Johanne Boni Johannis, Henrico Emerici, Jo. Chanavelli, Johanne Roberti et pluribus aliis tam civibus, burgensibus quam habitatoribus Gebenn. totam communitatem representantibus.

☞ Venda vini anni presentis de communi consensu, nemine discrepante, fuit gitata ad vj grossos.

*Martis xv novembris*, existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. de Quarro; — d. F. de Veyrier, H. Emerici, P. de Versonay, A. de Orseriis, P. Levrerii, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, H. de Ponte, n. P. de Peymes.

*(Burgensis.)* — Aymonetus Callaz, de Hermencia, greator, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Glaudius Chardon, de Hermencia, greator, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Pro nundinis.)* — Petrus Gacheti, destinatus parte dominorum ducis et episcopi Gebenn. ac sindicorum ad banquerios januenses et florentinos, rediens retulit eisdem banqueriis licteras tradidisse, qui eidem responderunt quod nisi infra Epiphaniam Domini nundine sint in Lugduno franche, se transferent ad hanc civitatem Gebenn. pro nundinis tenendis; et ulterius quod Cosme Sasseti eidem dixit quod ipsi banquerii habent pacta inter se quod quicumque ipsorum accedet ad nundinas Burgiarum solvat aliis mille ducatos, et qui non veniat ad nundinas Gebenn. solvat aliis mille ducatos.

De modo notifficandi gabellam juxta tenorem licterarum super hoc



concessarum; petantur omnes, unus post alium, in Domo ville et eisdem notifficetur.

Quia d. dux dedit privilegia monetariis et illa confirmavit d. episcopus, pro nunc supersedeatur ab exactione, et registrentur que solvere debent.

Mandatur receptori solvat Petro Parrodi, clerico, super uno burgense fiendo, pro pena per eum habita in adventu dominorum, vj florenos.

De helephante reddant computum.

Quia d. Ludovicus Botholierii, jurisperitus, proposuit se esse civem Gebenn. et quod ab eo petitur introgium vini suarum vinearum, petit se exemptari prout alios cives; quia non constat eum esse civem, solvat.

Mandatur receptori solvat magistro Hugoni Boulardi, pictori, pro resta picture helephantis, vj florenos. — *(Levatum est.)*

(161) *Veneris xviij novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, d. Jo. Regis, P. de Versonay, A. de Orseriis, G. de Castronovo, Jo. Maliardi, H. Emerici, P. Levrerii, Ja. de Mara, B. de Sancto Michaele, G. Ballet, G. de Crosa, P. de Nanto, Ste. de Furno, Jo. de Crosa, Jo. Nantuas, P. Trocterelli, P. Porralis, G. Cavucini, Jo. Ducis, Hugon. Artaudi, P. Masuerii, Ste. Faverii, Hugon. de Boulo, P. Vignioli.

Insequendo ordinacionem sive appunctuamentum herina die per reverendum et spectabilem dominum Andream de Malvenda, vicarium Gebenn., ac Anthonium Bovardi, magistrum hospicii reverendi domini nostri Gebenn. episcopi et principis, Humbertum de Lucingio, dominum ipsius loci et Heremorum, ac sindicos et certos populares civitatis Gebenn., omnes superius nominati juraverunt super sanctis Dei Evangeliis, pro pecuniis habendis ad succurrendum neccessita[ti]bus civitati occurrentibus, salubre prebere consilium. Quo juramento prestito, fuit quesitum a quolibet quid fiendum, prius explicatis debitis et aliis occurrentibus.

Prefati Petrus de Nanto, Ste. de Furno, Johannes de Crosa, Jo. Nantuas, P. Trocterelli, P. Porralis, Glaudius Cavucini, Jo. Ducis, Hugon. Artaudi et P. Masuerii dixerunt quod apponatur gabella super vino minutatim ven[den]do, videlicet super quolibet bosseto vini de Choutagna sex solidos, super quolibet bosseto vini de Somonte quatuor

solidos, et super quolibet bosseto vini de patria tres solidos, et super quolibet quaratere malvatici sex solidos.

Prefati vero d. Johannes Regis, Henricus Emerici et P. de Versonay dixerunt quod videatur, si sufficiat ad subveniendum civitati fiat, sinautem provideatur.

Dictus siquidem Petrus de Nanto dixit quod premissa exponantur ad incantum publicum et pro primo offert mille florenos pro uno anno.

Alii autem, videlicet d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, F. de Veyriaco, A. de Orseriis, G. de Castronovo, Jo. Maliardi, P. Levrerii, Ja. de Mara, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa, G. Ballet, Hugon. de Boulo et P. Vigniodi dixerunt quod fiat prout in licteris per dominum super hoc concessis; et concludendo prelibatus d. Jo. de Saxo ad hoc insistendo dixit quod, succursis neccessitatibus, cesset gabella eo non obstante quod fuerit concessa spacio unius anni.

*Martis xxij novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro ; — d. F. de Veyrier, P. de Versonay, A. de Orseriis, P. de Nanto, G. de Vaudo, G. de Castronovo, P. Levrerii, P. Porralis, Jo. de Crosa, Jo. Ducis, P. Masuerii, F. Nantuas, Jo. Trocterelli, Ste. de Furno.

Supervenit egregius in utroque jure licenciatus d. Petrus Palluat, destinatus parte dominorum consilii domini Breyssie, qui presentavit licteram credencie, et, ea visa, dixit credenciam suam, videlicet quod rex tenere debet in mense januarii proxime futuro suos Tres Status, et quod advertatur d. dux pro ambaxiata mictenda et rescribatur parte civitatis domino Breyssie et Rotundimontis qui esse debent in partibus Francie.

Mictatur eidem duas coquacias vini.

*(De gabella.)* — Fuit quesitum predictis Petro de Nanto, Petro Porralis, Johanni de Crosa, Johanni Ducis, Petro Masuerii, F. Nantuas, Jo. Trocterelli, et Stephano de Furno, deputatis parte tavernariorum, quem malent de duobus pro pecuniis habendis : aut imposicionem primo ceptam, aut pro quolibet bosseto Choutagnie xx grossos et pro quolibet bosseto de Somote xiiij grossos, et pro quolibet bosseto vini patrie vj grossos. Qui responderunt nulli dictorum partituum



non consentire, ac tamen parati sunt obtemperare mandatis domini. Et eis videtur quod sufficiat pro neccessitatibus succurrendis pro quolibet bosseto de Choutagnia xij grossos, pro vino de Somonte viij grossos et pro vino de patria vj grossos. Dictus autem Petrus de Nanto non consentit nec dissentit; refferatur domino, qui eidem relato fuit opinionis secundi partiti.

Exponitum extitit quod dominus noster Gebenn. episcopus peciit de gracia speciali, non ex debito[1], sibi expediri triginta homines tam arbalesterios quam collovrinarios per aliquos dies; petantur Aymo Bocheti et Stephanus Pecollat quibus detur onus habendi socios nomine domini.

Quia Romanetus Carpini, vigil, qui moratur in Domo ville, non est propicius, loco ejus veniat Michael Lyonardi.

(162) *Veneris xxv novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro ; — d. F. de Veyriaco, A. de Orseriis, P. Levrerii, G. de Crosa, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, G. Ballet, G. de Vaudo.

Supervenerunt Marquetus Toniaudi et Johannes Novelli, dicentes aqua nanti de Jargonant labitur per et econtra pratum d. episcopi contra grangias a parte lacus et contra civitatem, taliter quod nullus pedes transire potest; petatur d. procurator fiscalis et visitet locum.

De monetariis qui se petunt eximi a solucione introgii, supersedeatur ab exactione et scribantur quantum debebant, et dum venerit dominus, instetur erga eum ut solvant.

De gabella petatur consilium generale ad Dominico proxime futuram, hora octava.

*(Commissio.)* — Petrus Sabaudie exhibuit rotulum expensarum per eum factarum in ystoria facta ante capellam pontis Rodagni in ad-

[1] En fait d'obligations militaires les citoyens de Genève n'étaient astreints qu'à la défense de la Ville et des faubourgs; vis-à-vis de l'évêque, ils étaient exempts de tout service d'ost et de chevauchée. Ce privilège leur avait été reconnu une première fois en 1448 par Félix V à l'occasion d'un secours de soixante lances qu'il avait demandé « non ab aliqua servitute sed mera eorum filiali et amicabili liberalitate », une seconde fois par Jean Louis de Savoie en 1477. (Spon, *op. cit.*, t. II, Preuves 55 et 57, p. 168 et 172.)

ventu domine ducisse ; petit sibi satisfieri ; commictitur visio ejusdem Guillelmo de Crosa et Petro Levrerii.

Dentur Michaeli Lyonardi, vigilli, pro labore per eum habito portando licteram missivam Petro Balli, commissario deputato parte ducali ad exigendum novum vetigal in Aquabella, vj grossos.

De gueyto dum precipietur et non veniant, puniantur et pignorentur ut est assuetum.

*Dominico xxvij novembris,* existentibus in Domo communi egregiis : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis ; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, P. Versonay, G. de Castronovo, Petro de Nanto, G. de Crosa, A. de Orseriis, Ja. Nerga, A. Veygier, Johanne Chanavelli, Petro Palu, Ste. Boni Johannis, P. Burgensis, Johanne Balli, Petro Porralis, G. Balleti, Bezansono Dorerii, Hugon. Ramelli, B. de Sancto Michaele, P. Levrier clerico, Hugon. de Boulo, Glaudio Jaqueti, Marqueto Toniaudi, Francisco de Vaudo, Johanne Bertherat, Jehan Challes, Ste. de Furno, P. Bidialis, Humberto de Rodano, P. Gabet, Theobaldo Albi, Johanne de Crosa, Johanne Collet, P. de Genesta, Hugon Vallier, Petro Blonay, Glaudio Arnaudi, Petro de Ruella, Glaudio Fardodi, Johanne Bocon, Ste. Boni Johannis, Hugon. de Nanto, P. Levrerii layco, Hugone pictore, P. Mantillion, P. Patisserii, Johanne Ducis, Ja. Buez, Ja. Michaudi, B. Malliet, Ja. de Veruffis, Mermeto Collombi, Nycodo Tornerii, P. Flory, Ja. Canalis, Jacobo Rubini, Reymondo Bonet, Johanne Albi, Jo. Charavelli, Guigone Prepositi, Henrico Folliosii, Ja. Charrotonis.

Prosequucio cause contra monetarios commictitur consilio ordinario, que prosequatur totis viribus.

Commissarii deputati parte ducali ad exigendum a non venientibus ad nundinas Gebenn. novum vetigal remaneant donec post nundinas.

*(Consul.)* — Jacobus Nerga retentus fuit de consilio ordinario, qui juravit venire dum vocabitur, et salubre prebere consilium.

*(Pro Gabella.)* — Pro pecuniis habendis et gabella fienda super vino, que fuit concessa per d. episcopum[1], videlicet : super quolibet quarterono vini de Choutagnia et consimili ad minutum vendendo, unum fortem ;

[1] Arch. d'Etat, P. H., nº 742.



pro quolibet quarterono vini de Somonte et consimili, unum denarium ; et pro quolibet quarterono vini de patria, unum obolum. Micius agendo in presencia d. vicarii fuerunt considerata onera civitati incombencia et quod pro eis succurrendis sufficiunt pro quolibet bosseto vini vendendi de Choutagnia et consimili xx^ti grossi ; pro quolibet bosseto vini de Somonte et consimili xiiij grossi ; et quolibet bosseto vini patrie sex solidi ; et quesitum quod fiet de duobus, ad quod responsum extitit et de modo exigendi ut sequitur : primo d. Franciscus de Veyriaco fuit opinionis quod exequantur fortes, denarii et oboli ; alii vero quod exigatur xx^ti grossi, xiiij et sex, exceptis Nycodo Tornerii, Jacobo Buez, Reymondo Bonet, Petro de Ruella, Johanne de Crosa, Johanne Ducis, Guillelmo patisserio, Petro Levrerii layco, Hugon. de Nanto, Petro Gabet, Henrico Folliosii, Petro Bidialis, Stephano de Furno, Johanne Challes, Jacobo Charrotonis et Petro de Nanto, qui sunt opinionis quod sufficiat pro quolibet bosseto vini de Choutagnia (163) duodecim solidos ; pro quolibet bosseto vini de Somonte et consimili viij^o solidos ; et pro quolibet bosseto vini de patria sex solidos ; et quod deputentur, prout eciam alii consules sunt opinionis, per deputandos qui expediant pecunias qualibet ebdomada in manibus Henrici Emerici ; Jacobus Robini fuit opinionis quod exigantur pro quolibet floreno xij denarii ; Mermetus Collombi fuit opinionis quod ad sonum grosse campane convocetur consilium generale ad concludendum super premissis ; Johannes Blancheti non consentit alicui imposicioni, et Humbertus de Rodagno nichil dicere voluit ; Petrus Porralis se reffert, quoad gabellam imponendam, reverendo domino nostro Gebenn. episcopo cujus preceptis paratum se offert parere. Et quia major pars fuit opinionis quod exigantur pro quolibet bosseto vini ad minutum vendendi de Choutagnia et consimili xx^ti solidi, pro quolibet bosseto vini de Somonte et consimili quatuordecim solidi, et pro quolibet bosseto vini de patria sex solidi, et quod deputentur duo aut tres exactores qui pecunias reponant qualibet ebdomoda in manibus dicti Henrici Emerici qui de ipsis tenebitur computare, ita fuit conclusum per quos supra.

*Lune xxviij novembris,* existentibus in Domo communi : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro ; — H. Emerici, Ja. Nerga, Johanne Maliardi, G. de Vaudo, G. de Castronovo, G. de Crosa.

*(Juramentum.)* — N. Amblardus de Orseriis, locumtenens domini vicedompni, solitum prestitit juramentum.

*(Gabellatores.)* — Pro gabella vini exigenda, deputantur Johannes Grossi et Hugo Vallerii qui teneantur recipienda per eos in uno libro registrare, ac in libris tabernariorum et reddere bonum computum et ita juravit dictus Johannes Grossi, et probe exigere et de exactis omnibus diebus Martis in manibus H. Emerici reddere et reliqua restituere. — *(Vide cras juramentum H. Vallerii.)*

*Martis xxix novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, P. de Versonay, A. de Orseriis, P. de Nanto, Ja. Nerga, G. de Vaudo, P. Levrier, G. de Castronovo, G. Ballet.

Mandatur receptori solvat Jaquinino Balli, ferraterio, causa in rotulo per eum jurato, v florenos, viij grossos, v denarios. — *(Levatum est.)*

Supervenit Marchus de Olyva dicens quod in Aquabella parte generalis monetariorum Sabaudie fuerunt apperte balle marchandiarum quas ad nundinas Gebenn. adducebat contraveniendo libertatibus nundinarum; que premissa sibi constiterunt xx$^{ti}$ florenos vel circa; fiat querela domino.

Sigillentur pagni vendendi super alis armis d. episcopi et in plombo, et deputatur Hugon. de Boulo.

Pro satisfaciendo dominis de Lucerna, H. Emerici mutuabit super imposito novo facto super vino.

Compellantur de Fogia ad solvendum que debent, prius relato, et deputatur H. Emerici loco Anthonii de Sancto Michaele.

*(Juramentum pro gabella.)* — Pro gabella exigenda remaneant duo dumtaxat juxta voluntatem consilii generalis. Hugo Vallerii prestitit juramentum de probe exigendo. Incipit hodie gabella.

Compellantur exactores gabelle anni preteriti ad satisfaciendum de resta.

*(Commissio.)* — Commictitur rotulus helephantis Petro Levrerii et Guillelmo de Crosa.

*(Relacio.)* — Girardus de Vaudo et Petrus Gacheti refferunt quod torna ultimo in Arva facta per Rolandum et Chapha, carpentatores, non fuit derupta culpa ipsorum carpentatorum.



(164) *Veneris secunda mensis decembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — P. de Versonay, Ja. Nerga, P. Levrerii, G. de Crosa, A. de Orseriis.

*(Rebelles.)* — Amblardus de Orseriis et Regnerius Lire dixerunt quod Stephanus de Furno a cridis gabellarum citra vendidit vinum vetus ad ix denarios quarteronum absque solvendo gabellam. Fiat querela domino.

Johannes Grossi et Hugo Vallerii retulerunt quod Nycodus Tornerii, Matheus Papereaux, Johannes Bargini et Franciscus Mistralis vendiderunt vinum non soluta gabella. Fiat querela domino.

Quia magistri monetarum fecerunt inhibere ne contra eos procedatur ad exactionem alicujus gabelle, locatur d. episcopo et demonstrentur sentencie contra eos obtente.

*(Commissio.)* — Benedictus Mallieti exhibuit quendam rotulum libratarum per eum nomine civitatis factarum. Commictitur visio Guillelmo de Crosa et Petro Levrerii.

*(De Fogia.)* — Procedatur contra de Fogia per levacionem bonorum.

Compellantur exactores gabelle anni precedentis per personarum detencionem et aliis modis forcioribus quibus fieri poterit ad solvendum que debent.

*(De Parrodi.)* — Quia Johannes Parrodi se allegat franchum a quibuscumque imposicionibus et gabellis, pretextu certarum licterarum per eum exhibitarum, et quia non constat de aliqua causa franchesie, concluditur quod solvat prout ceteri burgenses, alio tamen non obstante.

Mandatur receptori solvat Petro Sabaudie, causa in rotulo per eum jurato et per P. Levrerii et G. de Crosa visitato, xxj florenos. — *(Levatum est.)*

*Eodem die post meridiem,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyrier, P. de Versonay, Ja. Nerga.

Fuit ordinatum quod d. sindici faciant partem cum Olyverio Chapuysii in ejus causa quam habet coram d. officiali Gebenn. contra Johannem de Bosco.

Petrus Balli, commissarius parte ducali deputatus ad exigendum

novum vetigal a mercatoribus mercancias suas extra patriam Sabaudie ducentibus, retulit se esse citatum coram consilio Chamberiaci, instante procuratore fiscali, et conclusum quod associatus uno vel duobus ex sindicis omnia narret domino nostro Gebenn. episcopo.

(165) *Sabbati tercia decembris,* existentibus in domo reverendi d. A. de Malvenda, vicarii Gebenn.: eodem d. vicario; — d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. Jo. Masuerii, procuratore fiscali, P. Bisardi, H. Emerici, Jo. Maliardi, P. Versonay, A. de Orseriis, G. Ballet, P. Balli.

De modo tenendo in nundinis et cridacione ipsarum.

*Martis vj decembris*, existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit; — G. de Crosa, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Jo. Maliardi, Jo. de Planis, G. de Castronovo.

Quia, parte generalium monetariorum, exhibite fuerunt in rotulo certi valores monetarum quos petunt cridari per civitatem, quia videntur esse in prejudicium domini et civitatis, remonstretur domino.

Petrus Gacheti, receptor generalis communis civitatis, hodie reposuit ejus computa anni preteriti in archa existente in aula Domus communis.

Compellantur heredes Glaudii Viennesii ad solvendum que debent.

*(De Fogia.)* — Fuit lecta supplicacio contra heredes G. de Fogia; porrigatur d. vicario pro provisione obtinenda.

‖ Mandatur receptori solvat Mermeto Chaffardi et Rolando Bouz, carpentatoribus, causa in rotulo per dictum Rolandum jurato, xxiiij florenos, vj grossos. — *(Levatum est. — Vide xvj decembris quia fuit refectum).* ‖

*(Locacio.)* — Locatur Johanni de Bello Exerto, macellario, presenti, domus communis existens supra pontem Rodani spacio trium annorum die festi Nativitatis Domini proxime futuri incipiendorum, sub firma cujuslibet anni duodecim florenorum solvendorum in manibus receptoris secundum bonos usus civitatis, acto quod non debeat ibidem scoriare, quod possit prejudicare domui et vicinis, et quod, si



nundine augmententur, quod salarium augmen[te]tur ordinacione consilii.

Mandatur auditoribus computorum intrent Petro Gacheti, receptori, causis in tribus rotulis per eundem Petrum veros esse juratis, xlvj florenos, iiij grossos. — *(Levatum est.)*

(166) *Veneris ix decembris,* existentibus in Domo communi: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, P. de Versonay, Guillelmo de Crosa, P. Levrerii, Jo. de Planis, G. de Vaudo, H. Ferra, P. Bidya, H. de Boulo, G. de Domo, R. Boysserii, Jo. Grossi, H. Vallerii, P. Johanne Bruni, P. Flory, H. de Rono, R. Bonet, B. Malliet, Colino Chicandi, A. Magnaz, Ja. Miquent, Jo. Albi, P. de Genesta, Jo. Challes, Jo. Bon Guens, M. Collon, H. Fontaneis, Jo. Blanchet, P. Mantillion, H. Boulardi, H. de Nanto, R. Bonet, P. Levrier layco, Ja. Michaudi, Ste. de Putheo, Ja. Robini, P. Exerton, Jo. Martini.

*(De dono fiendo domino nostro episcopo.)* — Quia reverendus in Christo pater d. Franciscus de Sabaudia, Gebenn. episcopus, die festi Nativitatis Domini suam primam missam celebrare debet, fiat sibi donum usque ad ducentum florenos.

*(De monetariis.)* — Quesitum quod prevalet civitati et comodi affert aut monetarios in eadem civitate franchos tenere aut eosdem ab eadem civitate expelli permictere, nec cridetur moneta in civitate; supersedeatur ab exactione.

Ne victualia ultra modum vendantur, pro ipsis taxandis et visitandis deputantur Girardus de Vaudo et Jacobus Robini; et prohibeatur ne quis vendere audeat vinum patrie ultra sex denarios quarteronum, ix denarios vinum de Somonte, et de Choutagnia xij denarios.

*(Exactor gabelle.)* — Hugoninus de Boulo deputatur ad exigendum gabellam vini cum aliis duobus sub consimili salario, qui prestiterunt juramentum vitualia visitare et arresenare.

*Martis xiij decembris,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — H. Emerici, G. de Planis, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. Balleti, A. Pecollat.

*(De dono.)* — De dono fiendo reverendo domino nostro Gebenn. episcopo die festi Nativitatis Domini, qua die celebrare debet suam primam missam; fiat in vino juxta voluntatem domini.

Conquestus fuit n. Glaudius Gavit, considicus, de ponentibus nives et alias inmondicies in collesia aque existente econtra domum suam taliter quod aqua non potest labire sed intrat domum suam; sumat informaciones procurator.

*(Recepcio gabelle prima.)* — Johannes Grossi, Hugo Vallerii et Hugoninus de Boulo, exactores gabelle noviter super vino imposite, tradiderunt n. Henrico Emerici, juxta ordinacionem consilii generalis, xxxiij$^{es}$ florenos.

(167) *Veneris xvj decembris*, existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyrier, H. Emerici, G. de Crosa, A. de Orseriis, P. Levrier, Ja. Nerga, G. de Vaudo.

Mandatur auditoribus computorum ut intrent Petro Vignioli, receptori arreragiorum communitatis, quantitates in rotulo descriptas, ascendentes ad xvj florenos, v grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat egregio d. Johanni de Saxo, legum doctori, causa in rotulo, ix florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Rolando Bouz et Mermeto Chaffardi, carpentatoribus, xxiiij florenos, vj grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Benedicto Mallieti, serralliono, causa in rotulo, v florenos, vij grossos, xj denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat vigillibus communitatis, pro vestibus eis fiendis, triginta florenos. — *(Levatum est.)*

Conveniatur de equo locato a Glaudio Falqueti, quem duxit Johannes Magnini.

*Martis xx decembris,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyrier, P. Floret, H. Emerici, P. de Versonay, A. de Orseriis, Jo. de Planis, Jo. Maliardi, Ja. Nerga, G. de Vaudo, G. de Crosa.

Mandatur auditoribus computorum intrent Petro Gacheti, receptori generali, quantitates in duobus rotulis descriptas, ascendentes ad vj$^{c}$xlix florenos, ix grossos, iij denarios. — *(Levatum est.)*



*(H. Emerici.)* — Deliberantur Henrico Emerici emolumenta gabelle alarum et introgiorum vini donec eidem fuerit satisfactum de sibi debitis.

Et mandatur receptori, insequendo volluntatem consilii generalis, quod eidem tradantur centum floreni pro tara auri per eum mutuati c florenos. — *(Levatum est.)*

*(Recepcio gabelle 2$^{a}$.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici xxix florenos.

Mandatur receptori solvat n. Henrico Emerici quos de nostri precepto tradidit Petro Parrodi, pro labore per eundem Petrum habito in ystoriis factis in adventu domine ducisse, iiij florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori [solvat] Andree Gervasii, pro xxiij diebus quibus vacavit in commissione parte ducali sibi facta in favorem nundinarum Gebenn., xxiij florenos. — *(Levatum est.)*

Et Rolando Boysserii, pro xxxv diebus et expensis nuncii per eum de Burgo in Breyssia missi, xxxvj florenos, vj grossos. — *(Levatum est.)*

Item Francisco de Vaudo, xxj florenos. — *(Levatum est.)*

Item Francisco Caudy.

(168) Mandatur auditoribus computorum intrent Petro Gacheti, receptori, quos exbulsavit pro vestibus vigillibus hujus civitatis hiis festis factis, videlicet [1].

Parte domini Alamonie expositum extitit quod exactores introgiorum vini ab eodem petunt introgium pro vino in ejus vineis excreto, et conclusum quod domini Viriaci, ex quibus extitit oriundus, sunt burgenses antiqui civitatis, quod non tenetur ad hujusmodi introgium.

*Jovis xxij decembris,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyrier, P. de Versonay, P. Levrier, Jo. de Planis, Jo. Maliardi, G. de Crosa, F. de Vaudo, Jo. Canalis, Petro Johanne Bruni, P. Blonay, Jo. Challes, H. Fontaneis, G. Arnaudi, Arnoleto Vallient, Ja. Rubini, H. de Nanto, G. Ballet, H. Boulardi, P. Gabet, P. Mermodi, B. Malliet, Jo. Berterat, Jacobo Michaudi, A. Millaneys, Hugon. de Boulo, F. Flory, H. de Rono, Jo. Donzelli, Sy. de Rippa.

[1] Le chiffre n'a pas été noté.

Pro custodia civitatis, die natalis Domini, qua die dominus noster Gebenn. episcopus suam primam missam celebrabit, claudantur porte Sancti Cristofori, Baudet et Tartassie; alie custodiantur et fiat gueytum de nocte et quod omnes sint parati, si opus fuerit, potissime de qualibet dizena ad minus quatuor et alie sex.

Item fiat crida quod fiat panis et vendatur racionabiliter.

(169) *Veneris xxiij decembris,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit; — (d. Jo. de Saxo), Ja. Nerga, Jo. de Planis, Jo. Maliardi.

Mandatur receptori solvat Henrico Fabri, fabro, pro ferraturis per eum factis in helephante facto in adventu domine ducisse Sabaudie, xxx grossos. — *(Levatum est.)*

LXXXVJ^to^

*Martis xxvij decembris,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — H. Emerici, Jo. de Planis, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Ja. Nerga, P. de Versonay, A. de Orseriis, G. de Castronovo, G. de Crosa.

*(De quictancia Hans Muller.)* — N. Bonifacius de Sancto Michaele, de Berno rediens pro facto Hans Muller, actulit quictanciam factam per spectabilem millitem Vuillelmum de Diesebach, scutetum urbis Bernensis, nomine heredum Johannis Mullitoris de Lucerna, de sex centum libris pro ultima solucione duodecim centum librarum debitarum ex amicabili composicione tractatu dominorum Bernensium cum eisdem heredibus facta, manu propria ejusdem millitis signata et ejus sigillo sigillata, data die xxj hujus decembris; que quidem quictancia remanet penes dictum Henricum Emerici, qui pecunias mutuavit, donec habita racione. Aliam vero quictanciam habet Petrus Gacheti, receptor generalis, pro suis computis reddendis.

Mandatur receptori solvat n. Bonifacio de Sancto Michaele, pro expensis per eum et Hugon. Renguysii factis eundo Bernum pro dictis pecuniis portandis et reveniendo, inclusis duobus florenis auri datis domino Vuillelmo de Diesebach, militi et sculteto Bernensi, videlicet xiij florenos, ij grossos. — *(Vide Martis futura quia iterum fuit preceptum.)*



*(De auditoribus computorum.)* — Supervenit Petrus Porralis, nomine suo, Petri Braseti, Mermeti Montagnierii et Glaudii Cavucini, requirens sibi satisfieri de labore habito revidendo computa civitatis; quia sibi fuit facta commissio in consilio generali, remictitur ad eundem consilium.

(170) *Veneris penultima decembris,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — Ja. Nerga, Jo. de Planis, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, P. de Versonay.

*(Burgensis.)* — Hugoninus de Praliis, villagii de Spuaygele prope Augustam, mercerius, parrochie Sancti Leodegarii Gebenn., fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Michiel Amyani, de Matiscone, patisserius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Cristinus de Sancto Johanne, fornerius, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Quia illustres domini Breyssie, Rotondimontis, Castri Guyonis, Bandeville [de proximo sunt venturi ad hanc civitatem Gebenn.], petantur designarii et advertantur quod habeant gentes suas paratas ad resistendum si acasu aliquis insultus eveniret, quod non creditur, et deputentur capitanei et petatur hora prima post meridiem consilium ordinarium et generale.

Pro facto de Olyva, instetur erga d. vicarium ut eidem fiat justicia de generali monetarum.

*Eodem die post meridiem,* existentibus in consilio generali, in Domo communi more solito congregato: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — H. Emerici, A. de Orseriis, P. de Versonay, G. de Castronovo, Jo. de Planis, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, Jo. Maliardi, G. Balleti, Ja. de Mara, P. Gachet, Hugonino de Boulo, F. de Vaudo, G. Falquet, Theobaldo Albi, Johanne Collet, P. Gabet, Jo. Martini, P. de Genesta, Ja. Michaudi, G. de Domo, B. Malliet, Ja. Buez, Ja. Miquent, Jo. Donzelli, P. Vignioli, Jo. Canalis, Henrico Folliosii, P. Borgesii, P. Blonay, Colino Chicandi, Ny. Tornerii, P. Flory, Petro Johanne

Bruni, Hudriodo Ferra, Jo. Challes, H. Fontanelli, Arnoleto Vallient, A. Millaneys, G. Prepositi, Anso Hugonis, Baudissardo.

Quia illustres domini Breyssie, Rotondimontis, Castri Guyonis et Bandeville de proximo sunt venturi ad hanc civitatem Gebenn., ne per servitores vel alias eveniat aliquod scandellum, quod non creditur, exortantur designarii ut sint semper cum suis gentibus parati ad tuycionem civitatis et domini nostri Gebenn. episcopi, et fiat vigil seu gueytum curiose et custodiantur porte, videlicet quatuor principales, alie vero claudantur donec aliud visum fuerit, et ponantur super lubiis domini exlstentibus supra lacum triginta balisterii pro custodia domus sue.

LXXXVJ

(171) *Martis 3ª januarii,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis; — d. F. de Veyrier, P. Floret, H. Emerici, P. Versonay, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, Ja. Nerga, Jo. de Planis, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, Matheo Scarron.

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici de per eos exactis liij florenos.

*(Burgenses.)*

Anthonius Bonivardi, de Vendovres, condurerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Georgius Patri, de Syernex, escofferius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis medietantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Johannes Velliardi, de Machillier, carpentator, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Nycodus Granti, de Mura, conreator, parrochie Sancti Gervasii, viij florenis. — *(Levatum est.)*

Guillelmus de Cruce, parrochie Sancte Crucis, barbitonsor, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Petrus de Quercu, de Sancto Eusebio, barbitonsor, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis, viij florenis. — *(Levatum est.)*

Anthonius Mat, de Contamina, serrallionus, parrochie Sancte Crucis, viij florenis. — *(Levatum est.)*



Johannes Ponceti, de Tornoz, condurerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis, viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Donum.)* — Quia dominus Bandeville, marescallus Burgondie, cum ejus conjuge, sorore ducalis celsitudinis Sabaudie[1], hodie ad hanc civitatem venit, dentur eidem xij faces, sex boyte confiture duarum librarum, una coquacia malvatici et totidem ypocratis.

Queratur domus pro scola quia magister venit.

Mandatur auditoribus computorum intrent in librata Petro Gacheti, receptori, quantitates in tribus rotulis descriptas ascendentes ad lxxv florenos, ij grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Guillelmo Balleti, causa in rotulo, liij florenos, iiij grossos. — *(Levatum est.)*

*Martis x januarii,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, P. Floreti, H. Emerici, Jo. de Planis, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Castronovo, P. de Versonay, G. de Crosa.

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici xxx florenos.

Mandatur receptori solvat Matheo Scarron, causa in rotulo, iiij florenos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

*(Claves.)* — Claves porte Rippe fuerunt tradite Jacobo Mangeti.

*(De scolis.)* — Quia venerabilis in artibus magister Petrus de Calma pro scolis in hac civitate Gebenn. tenendis [extitit], provideatur eidem domo propicia.

Mandatur auditoribus computorum intrent Petro Gacheti, pro laboribus per eum habitis eundo Bernum, Paterniacum et Lugdunum, x florenos. — *(Levatum est.)*

Informacio sumatur a gabellariis si curati teneantur solvere introgium de vino in ipsorum vineis excreto.

Mandatur receptori solvat vigillibus, pro eorum extreniis Nativitatis Domini, xij grossos.

[1] Philippe, marquis de Hochberg, comte de Neuchâtel, Seigneur de Rotelin... et de Badenvilliers, avait épousé, en 1480, Marie, fille d'Amé le Bienheureux et sœur du duc de Savoie, Charles II.

Mandatur receptori solvat n. Bonifacio de Sancto Michaele, pro expensis per eum factis eundo Bernum et portando dominis de Lucerna vj$^{c}$ florenos, inclusis duobus florenis auri datis d. Nycolao de Dyspach sculteto Berni[1], xiij florenos, iij grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat n. Henrico Emerici quos mutuavit pro solvendo dominis de Lucerna, v$^{c}$ florenos. — *(Levatum est.)*

(172) *Veneris xiij januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro ; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, H. Emerici, P. de Versonay, G. de Vaudo.

*(Burgensis.)* — Glaudius de Fago, de Versonay, sutor, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Admodiacio.)* — Amodiatur Johanni Grossi, presenti, plathea Molaris, spacio unius anni hodie incohandi, sub firma sex florenorum quos presencialiter solvit.

Quia somellerius domini nostri Gebenn. episcopi petit bossetos in quo erat vinum datum eidem domino, conveniatur cum eo, prius habita conferencia cum magistro hospicii.

Mandatur auditoribus computorum intrent Petro Gacheti, pro fusta per eum librata et implicata in ponte Villenove, vj florenos, j grossum, vj denarios. — *(Levatum est.)*

*Martis xvij januarii,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyrier, P. Floret, H. Emerici, A. de Orseriis, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, Jo. de Planis, Petro Levrerii.

*(Promissio.)* — Henricus Morelli, chapellerius, cui Henricus Folliosii levavit unum quadrantem bovis, pro eo quod idem Folliosii asserebat dictum Henricum eundem quadrantem exposuisse venalem, propter quod, secundum cridas factas, erat confiscatus, promisit stare ordinacioni consilii.

Mandatur receptori solvat Laurencio Bernardi et Petro de Vers, causa

[1] Voir plus haut, p. 454.



vendicionis quercuum appositarum in torna Areris, x florenos. — *(Levatum est.)*

Conquestus fuit Hugo Vallerii, congabellarius, de Reymondo Matringii, qui eum verberavit; sumatur informacio. — *(Veneris vide.)*

*(Pro d. cancellario.)* — Parte d. cancellarii Sabaudie petiti extiterunt triginta quatuor florenos pro loquerio sui menagii; sciatur a quo locavit, et satisfiat. — *(Vide 3$^{a}$ februarii.)*

Guillelmus Balleti, Anthonius Pecollacti et Jacobus Robini, admodiatarii gabelle vini anni preteriti, requisierunt sibi graciam fieri cum perdant eorum penam et vij$^{c}$ florenos salvo pluri; tradant thesaurario ij$^{c}$, et de residuo ponatur in deliberacione consilii generalis.

Mandatur receptori solvat Johanni Girardi, causa in rotulo, xiiij florenos, iij grossos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

(173) *Veneris xx januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyriaco, P. Floret, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. de Vaudo, G. de Castronovo, G. Ballet, n. Nycolino Lingocti.

*(Commissio.)* — N. Nycolinus Lingocti exhibuit quendam processum per quondam Glaudium Viennesii ad opus ejusdem Nycolini, pro tunc consindici, agitatum contra Franciscum Robini, de Leuca, Petrum Rocterii alias Jansal, de Briga, cum sentencia inde lata, de cujus mercede petit sibi satisfieri; commictitur Johanni de Planis et Anthonio Lyonardi Martis refferendum.

Quia dominus Castri Guyonis est in brevi venturus, fiat gaytum, et claudantur porte Sancti Cristofori, Baudeti et Tartassie.

Reymondus Matringii, qui verberavit Hugonem Vallerii, gabellatorem, heri fuit captus et ad Insulam ductus; expectetur adventus dicti Hugonis, et interim examinetur. — *(Vide Martis.)*

De domo scole fienda.

*Martis xxiiij januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — H. Emerici, A. de Orseriis, H. de Ponte, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Castronovo, P. Floret, Jo. de Planis, G. Ballet, d. F. de Veyrier.

*(Burgensis.)* — Johannes Berlioz, de Semina, tisserandus, parrochie

Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis.— *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Humbertus Terrallion, affeytiator, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat prefato Henrico Emerici, quos solvit pro vino dato domino nostro Gebenn. episcopo Francisco de Sabaudia in ejus prima missa, clxxxxix florenos et viij grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Hugon.[1] fusterio, causa in duobus rotulis per eum juratis, xxij florenos, iij grossos, vj denarios. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — Bonifacius de Gierboz, de Corniato Thaurinensis diocesis, appothecarius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici xl florenos.

Mandatur receptori solvat n. Henrico Emerici, quos vobis libravit pro prima solucione dominis de Lucerna fienda ac expensis factis et de quibus tenebitur computare, vijc florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori intret Roberto de Cresto, preconi civitatis, ex eo quia fuit sibi prohibitum ne cridaret vinum nisi ad certum precium, et sic fuit turbatus in admodiacione sibi facta, iiij florenos. — *(Levatum est.)*

*(Commissio.)* — Comictitur visitacio et constructio pontis Fusterie Girardo de Vaudo, Jo. Maliardi, G. de Castronovo et Martino Bellocti.

(174) Hugo Vallerii, conreceptor gabelle, injuriatus verbaliter per Reymondum Matringii detentum in Insula, deposuit sigillum gabelle dicendo se nolle injuriari pro facto civitatis, quod sigillum fuit sibi retraditum; vult denunciare contra eundem.

Pariter conqueruntur gabellatores de Petro, greatore, qui non vult solvere gabellam.

*(Commissio.)* — Comictitur recepcio computorum gabellatorum temporis preteriti egregio Petro Floreti, ducali secretario, et Jacobo Paqueti ac Johanni de Planis.

[1] Le nom est resté en blanc.



*Veneris xxvij januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — d. F. de Veyrier, P. Floret, P. de Versonay, A. de Orseriis, G. de Vaudo, Jo. de Planis.

Reymondus Matringii, de injuria illata Hugoni Vallerii gabellatori, eidem veniam peciit genibus flexis; quiquidem Hugo, contemplacione consilii et pietatis intuitu, hujusmodi injuriam sibi rimisit.

Quia vinaterii conqueruntur de gabellariis qui ab eisdem exigere nituntur pro quolibet bosseto vini de patria xiiij grossos, et conclusum quod ubi vendent ultra vj denarios quarteronum, quod solvant prout de vino de Somonte, prout alias in consilio generali fuit appunctuatum [1].

(175) *Martis ultima januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — P. Floreti, H. Emerici, A. de Orseriis, Jo. de Planis, Ny. Lingocti, G. de Vaudo, d. F. de Veyrier, G. Ballet, n. P. de Peymes, Jo. Maliardi, A. de Douris, G. de Crosa.

Prima februarii, que fuit dies Mercuri, d. dux et domina ducissa ac d. episcopus Gebenn. recesserunt [2].

Mandatur receptori solvat n. Michaeli Lingocti, causa in rotulo per eum jurato, xxxj florenos, ij grossos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Benedicto Malliet, serralliono, causa in rotulo per eum jurato, iiij florenos, j grossum. — *(Levatum est.)*

Fuit porrectus rotulus libratarum factarum pro locagio mobilium d. cancellario Sabaudie locatorum quatuor mensibus quibus stetit in hac civitate Gebenn., ascendens ad xlij florenos, vj grossos; conveniatur cum Francisco Florimondi qui premissorum habet onus.

Petrus Gacheti et Petrus Vignioli retulerunt visitaxe locum in quo Petrus Malrepor et ejus socii affixerunt vallos pro torna Areris, quos vallos aqua evulsit, et sic nesciunt an vel ne adimpleverunt tachium; sed stetur juramento ipsorum propter ovallium eventum; solvat vij florenos. — *(Levatum est.)*

Supervenit n. et potens Petrus de Peymes, dominus de Brandis, requirens sibi satisfieri de expensis per eum factis in prosequucione negocii contra dominos de Lucerna.

[1] Voir plus haut, séances des 11 août et 27 novembre 1485, p. 420 et 447.
[2] Cette note est écrite en marge de la liste des conseillers.

Remictuntur magistro Petro, barbitonsori, de sua burgesia ij floreni.

Mandatur P. Vignioli, receptori arreragiorum, deducat Michaeli Leonardi de ejus borgesia ix grossos.

*(Remissio.)* — Remictuntur Guillermete, relicte Petri Mugneri, et Petro, filio quondam Petri Mugneri, jura pertinencia civitati ad causam magne tallie in domo que fuit Petri Mugneri, mugnerio, sita in Sancto Gervasio et pro iiij$^{or}$ florenis solutis in manibus Johannis Clerici, et octo florenis solutis in manibus Petri Vignioli. — *(Levatum est.)*

*Veneris tercia februarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro, consindicis ; — d. F. de Veyrier, P. Floret, P. de Versonay, Jo. de Planis, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, Guillelmo Balletti, H. de Ponte.

Mandatur receptori solvat Guillelmo Joly, appothecario, causa in rotulo per eum jurato, xiij florenos, j grossum, j denarium, obolum. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat n. et potenti Anthonio Bovardi, domino Crangiaci, magistro hospicii domini nostri Gebenn. episcopi, pro laboribus per eum habitis ad causam recuperacionis nundinarum et obtencione certorum mandatorum, xxiiij florenos. — *(Levatum est.)*

Quia parte d. cancellarii petiti extiterunt lx floreni pro locacione sui menagii, et consilium ordinarium non habet potestatem dandi ultra xxv florenos, remictitur ad consilium generale.

*(Burgensis.)* — Stephanus Putaudi, condurerius, fuit creatus burgensis gratis contemplacione n. et potentis Humberti de Lucingio, domini ejusdem loci et Heremorum, gratis, exceptis xiiij grossis et uno plasterono. — *(Levatum est.)*

Mandatur auditoribus computorum intrent Petro Gacheti, receptori, causis in rotulo, vij florenos, iij grossos. — *(Levatum est.)*

*(Burgensis.)* — || N. Bartholomeus Gaty de Carmagniola. || N. Baptissardus de Carmagniola, mercator, fuit creatus burgensis pro et mediantibus x florenis et uno expaulerio tapisserie. — *(Levatum est.)*

*(De Fogia.)* — Visitatis computis Girardi de Fogia per egregium Andream de Douris, Glaudium Ravonelli, Henricum Emerici et Johannem de Planis, quia plura sunt in dubio, fuit cum heredibus dicti de Fogia ad v$^{c}$ florenos, et ita refferunt H. Emerici et Jo. de Planis. — Vide Sabati futura.



(176) *Eodem die post prandium,* existentibus in communi Domo Gebenn.: d. Jo. de Saxo, G. Gavit, G. de Quarro; — n. P. de Peymes, d. F. de Veyrier, P. Floret, G. de Crosa, Jo. de Planis, A. de Orseriis, G. de Vaudo, P. Braset, Jo. Maliardi, Hugon. de Boulo, G. Ballet, P. Cortagerii, Ste. Favyer, P. Blonay, H. de Fontaneis, Johanne Calabri, P. Levrier clerico, Hudriodo Ferra, Benedicto Malliet, P. Levrier layco, Ste. de Putheo, P. Gabet, G. de Boulo, A. Pecollat, F. Clerici, Johanne Challes, P. Porralis, Ja. de Mara, M. Toniaudi, P. Gachet, A. Gervasii, Johanne Charnavelli, Ja. Charrotonis [1].

*Sabbati iiij$^{ta}$ februarii,* existentibus in Domo communi Gebenn. : d. Jo. de Saxo, G. Gavit; — d. F. de Veyrier, Ny. Lingot, A. de Orseriis, G. Ballet, H. de Boulo, Ja. de Ver[uffi]s, P. Floret, G. de Vaudo, P. Cortagier, G. Richardet, Ja. Robini, Jo. Bon Gueyn, Ste. Favyer, Ja. de Fontana, Jo. Magnini, Johanne Charnavelli, B. Malliet, Hugon. Cochet, Ste. de Putheo, G. de Castronovo, n. P. de Peymes, P. de Versonay, G. Joly, M. Toniaudi, Jo. Bueti, P. Serrallion, H. de Fontaneis, H. Boson, P. Gabet, F. Violani, Jo. Calabri, Jo. Banderie, Humberto de Arsina, P. Johannes Bruni, H. Ferra, Ja. Nepotis, L. Regnaudi, Johanne Pinelli, P. Palu, Ja. Michaudi, P. Bidialis, Amedeo Falquet, Ny. de Nanto, A. Gervasii, G. Pensabini, Ja. Larchier, P. Mantillion, Johanne Charlier, Glaudio Chardon, Ja. Buez, Ja. de Mara, H. Vallier, Jo. Grossi, Jo. Peytralis, Jo. Albi, H. Renguysii, Arnoleto Vallient, G. Arnaudi, Francisco de Leamont, Johanne Charnavelli, Johanne Frochet, Johanne Challes, Johanne Blanchet, P. Flory, Anzo Hugonis, Vincencio Buffet.

Et fuit facta prima nominacio de Petro Floret, P. Versonay, G. de Vaudo et H. Consilii.

Secunda vero facta fuit de Guillelmo Favyer, Janino de Mara, Petro Braset et Johanne de Planis.

[1] Le secrétaire n'a pas rédigé le procès-verbal de la séance.

Commictitur consilio ordinario satisfacio fienda n. P. de Peymes.
Ratifficatur concordium factum cum heredibus de Fogia.

(177) Mutacio sindicorum.

*Die Dominico vta februarii*, anno Domini Mo iiijc lxxxvj, indicione quarta, existentibus in claustro ecclesie cathedralis Gebenn., more solito congregatis, nobilibus et egregiis viris: d. Jo. de Saxo, d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Quarro; — P. Floret, Henrico Emerici, Johanne Novelli, Guigone Prepositi, Ja. Rubini, Henrico Beatrisii, Glaudio Pensabini, Jacobo Nepotis, Glaudio Fardodi, Hugone Vallier, Gauterio Burgo, Richardo Bienvenu, Johanne Magnini, Francisco Exchaqueti, Georgio Ginodi, Ludovico Regnaudi, Johanne Frochet, Johanne de Leone, Johanne Coquet, Anthonio Millaneys, Johanne Mercerii, Johanne Macherry, Nycodo Tornerii, Hugon. Renguisii, Nycodo Janyni, Johanne de Bello Exerto, Aymoneto Sonerii, Jacobo Paqueti, Hugon. Fuserii, Petro de Orseriis, Guillelmo Balleti, Stephano Faverii, Stephano Meczerii, Vincencio Buffeti, Petro Francisci, Hugon. Borcardi, Francisco de Foresta, Anthonio Bulliffroz, Johanne Berardi, Hugon. de Boulo, Glaudio de Castronovo, Petro de Peymes, Jacobo de Fontana, Stephano de Furno, Petro Trochonaz, Henrico de Strata, Petro Biolley, Ste. Borgesii, Johanne Janyni, Johanne Lombardi, Rolando Bouz, Roleto Bordaz, Georgio Marchiandi, Johanne Roberti, Jacobo de Cresto, Johanne Curt, Petro Cortagerii, Johanne Nerga, Hugone Boulardi, Petro Porralis, Glaudio Cavucini, Johanne Magnini, Johanne de Crosa, Bezansono Dorerii, Hugon. de Nanto, Petro de Genesta, Nycodo de Nanto, Johanne de Tulia, Marqueto Toniaudi, Petro Gabet, Arnoleto Vallient, Michaele Lingocti, Johanne Grossi, Johanne Challes, Guillelmo Rogeti, Johanne Chanavelli, Johanne Calabri, Glaudio Arnaudi, Johanne Chanavelli, Johanne Clementis, Vouterio Charavelli, Stephano Corderii, Johanne de Lompnis, Petremando de Malodumo, Johanne de Fontana conreatore, Glaudio Michodi appothecario, Aymone de Cresto, Francisco Clerici, Petro Masuerii, Andrea Gervasii, Francisco de Leamont, Amblardo de Orseriis, Johanne de Planis, Johanne Abborti, Petro Sabaudie, Johanne de Turre *(verte folium)*, Humberto Grossi, Johanne Pecollat, Jacobo Michaudi, Petro Johanne Bruni, Petro Joly, Johanne de Bauleduc,



Petro Boconis, Nycodo Vincencii, Henrico de Nanto, Jacobo Charrotonis et pluribus aliis tam burgensibus quam civibus Gebenn.; ac suo et aliorum civium et burgensium nominibus eligunt et constituunt sindicos et procuratores dicte civitatis per unum annum proxime futurum venerabilem ac egregios viros dominum Johannem Regis, jurisperitum, Petrum Braseti, Guillelmum Faverii et n. Petrum de Versonay, presentibus ibidem reverendo patre d. Andrea de Malvenda, Sedis apostolice prothonotario, vicario et officiali Gebenn., venerabilibus viris dominis Petro Farodi, in legibus licenciato, Johanne Ludovici, jurisperito, et n. Aymoneto de Greyriis, testibus, etc. — *(Constitucio sindicorum.)*

*Lune vjta februarii,* in Domo communi Gebenn.

*(Juramentum sindicorum.)* — Prefati sindici electi et constituti prestiterunt juramentum prestari solitum in manibus d. Johannis de Saxo, legum doctoris, Glaudii Gavit et Guillelmi de Quarro, olim sindicorum dicte civitatis.

*Martis vij februarii.*

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici xlv florenos.

(178) *Martis xiiij februarii*, existentibus in consilio ordinario egregiis: d. Jo. Regis, P. de Versonay, P. Braset, G. Favyer, sindicis; — n. P. de Peymes, d. Jo. de Saxo, d. F. de Veyrier, H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, G. Cavucini, H. de Ponte, Jo. de Planis, A. de Orseriis, A. Pecollat, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de de Castronovo, Petrus Levrier.

*(Juramentum consiliariorum.)* — Ipsi siquidem d. consiliarii, in manibus dictorum d. sindicorum, super sanctis Dei Evvangeliis juraverunt venire ad consilium dum fuerint petiti, nisi fuerint legitimo impedimento occupati, ac salubre et fidele consilium prebere, et que dicta et facta fuerint nemini pandere sed secrete tenere, etc.

Mandatur Petro Vignioli, exactore arreragiorum, solvat egregio Francisco Florimondi, ducali secretario, pro loquerio menagii reverendi d. cancellarii Sabaudie, nomine civitatis locati, videlicet xx florenos.

*Veneris xvij februarii*, existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset, sindicis ; — n. P. de Peymes, d. Jo. de Saxo, d. F. de Veyrier, G. de Quarro, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, G. de Crosa, G. Gavit, G. Cavucini, Jo. de Planis, A. de Orseriis, G. de Vaudo.

De detento in Insula, videantur articuli inquisicionales et videatur in jure an vel ne sint admictendi, et fiat justicia.

De tabernariis nolentibus solvere gabellam de vino patrie vendendo ad octo denarios, ordinatur quod solvant ad instar vini Somontis ubi vendunt ad eundem precium. Et de soldano vendente vinum ad tabernam, solvat gabellam.

De molendinis qui petuntur reffici prope et subtus pontem Areris, visitetur si prejudicet communi Plani Palacii, et si prejudicet, obvietur ne fiant.

De n. Georgio de Duygno, petente sibi satisfieri juxta sentenciam latam contra civitatem cum prevalencia monete, et commictitur concordium fiendum predictis G. Favyer et P. Braseti.

De d. cancellario petente lx florenos pro locacione sui menagii, ordinatur quod eidem solvantur xx^ti^ floreni, prout factum fuit mandatum [1] si sit contentus ; alias nichil solvatur.

Conveniatur cum domino de Brandis de laboribus per eum substentis et pecuniis per eum exbulsatis pro civitate.

(179) *Martis xxj februarii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. Jo. Regis, G. Favyer, P. Braset, consindicis ; — d. F. de Veyrier, H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, H. de Ponte, Jo. de Planis, G. de Crosa, A. de Orseriis, G. Cavucini, A. Pecollat, G. de Castronovo, P. Gachet.

Supervenit Johannes de Bello Exerto queremoniam faciens de locumtenente magnifici d. vicedompni Gebenn., qui eum dietim assignat compariturum personaliter in Insula ultra tenorem franchesiarum ; super quibus petit, pro conservacione franchesiarum, sibi faveri, et quia parte

[1] Voir p. 459, 461 et 462.



d. vicarii Gebenn. fuit inhibitum prefato locumtenenti sic quod est aliis clausa manus prosequatur causa si sua putet interesse.

De computis reddendis per Petrum Gacheti, receptorem generalem civitatis, et eo retinendo vel mutando.

Fuerunt lecta certa capitula cridarum fiendarum, et conclusum quod cridentur, prius demonstratis d. vicario.

Amedeus Magnaz proposuit quod compellitur pro expensis factis in causa monetariorum ; et conclusum, de consensu dicti Amedei, quod ipse Amedeus mutuet pecunias et sibi in solutum tradantur burgenses.

*(Receptor.)* — Discretus vir Stephanus de Furno fuit creatus receptor generalis civitatis, qui prestitit juramentum prestari solitum.

*(Consiliarius.)* — Petrus Gacheti [fuit] creatus consiliarius, qui prestitit juramentum prestari solitum.

*Veneris xxiiij februarii*, existentibus in consilio ordinario egregiis : d. Jo. Regis, G. Favyer, P. Braset ; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Crosa, A. de Orseriis, G. de Quarro, Jo. de Planis, G. de Castronovo, G. Cavucini, A. Pecollat, P. Gachet, G. de Vaudo.

Parte certorum mercatorum hujus civitatis petita extitit eundi Lugdunum pro certis suis debitis persolvendis ac exigendis, et conclusum quod nulla detur licencia, saltem durantibus duabus vel tribus nundinis, actentis premaxime prohibicionibus generaliter factis, et quod instetur erga d. vicarium quod sumantur informaciones contra eos qui fuerunt Lugduni ad emendum mercancias sub umbra solvendi debita.

*(Pro Arva.)* — Ordinatur quod emantur quercus pro torna Areris, et visitentur quercus emendi apud Crant, et mandetur unus carpentator, et detur tachium ad illas plantandum, et commictitur sindicis.

Ulterius commictitur receptori et Hugon. de Ponte et Glaudio Cavucini reparacio fienda in Arva.

(180) *Martis ultima februarii*, existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset ; — d. F. de Veyriaco, H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, P. Levrerii, d. Jo. de Saxo, G. de Crosa, n. P. de Peymes, G. de Vaudo, G. Cavucini, Jo. de Planis, H. de Ponte, A. de Orseriis, G. de Castronovo, P. Gachet, A. Pecollat.

*(H. Emerici.)* — Mandatur et precipitur Petro Cortagerii, admodiatario alarum, presenti, quatenus firmam alarum solvat n. Henrico Emerici, in deductionem horum in quibus civitas sibi tenetur.

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici lv florenos.

*(Querela.)* — Guillelmus Balleti, Anthonius Pecollacti et Jacobus Robini, olim admodiatarii gabelle vini, iterum conquesti sunt de Jacobo Paqueti, cui fuit commissa visio ipsorum computorum; quibus visis, eosdem intitulari fecit per officiarios episcopales dicendo quod voluerunt depredari communitatem, que facere non debuit, sed in consilio refferre, prout sibi fuerat commissum; requirentes consilium super hiis sibi dari, prout Veneris preterita pecierunt, et sibi responsionem fieri.

*(N. P. de Peymes.)* — N. et potens P. de Peymes exhibuit rotulum expensarum per eum factarum tractando concordium factum cum heredibus Hans Muller et dominis de Lucerna, petendo sibi satisfieri. — *(Vide Martis.)*

*Jovis 2ª marcii,* existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Favyer; — n. P. de Peymes, d. F. de Veyrier, H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, G. de Vaudo, G. Cavucini, Jo. de Planis, B. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, G. de Castronovo, A. Pecollat.

Quia orta fuit differencia de thesaurario seu receptore civitatis qui fuit admissus absente P. de Versonay, consindico, qui non fuit contentus; omnes de consilio eundem rogaverunt ut esse debeat contentus, qui annuit eo mediante quod ipse nunquam proferet ejus consilium in presencia ejusdem receptoris, cum de eo non confidat.

Rescribatur pro nundinis quatuor nacionibus existentibus in Lugduno.

(181) *Veneris tercia marcii,* existentibus in consilio ordinario egregiis: G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, G. Cavucini.

Supervenit Petrus Cortagerii dicens quod quidam de Thononio, qui gaudere debet franchesiis Gebenn., eidem Petro dedit unum bossetum vini, de quo sibi petitur introgium. — *(Martis vide.)*



*Martis vij marcii,* existentibus in consilio: d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, G. de Quarro, G. de Vaudo, G. Gavit, G. de Crosa, G. de Castronovo, G. Cavucini, Jo. de Planis, A. de Orseriis, P. Gachet, B. de Sancto Michaele.

*(Donum.)* — Ordinatur quod dentur n. et potenti Anthonio de Foresta, magistro hospicii ducalis celsitudinis Sabaudie, una cymesia malvatici, totidem ypocratis et una cocassia boni vini.

Exequantur cride facte.

Refficiatur domus gribelli et ministret civitas tercium edifficii et reverendus dominus noster episcopus et princeps duas partes.

Quia Guillelmus Balleti, mercator, presencialiter detinetur in domo episcopali, instetur erga dominum ut servetur franchesia.

Visitentur pratum dominorum de Capella et pratum Symondi de Rippa, et limitentur cum communibus civitatis.

De rotulo tradito per dominum de Brandis conveniatur cum eodem amicabiliter.

Ordinatur quod Petrus Cortagerii solvat introgium boceti vini sibi traditi per quendam de Thononio, cum sibi fuerit traditum insolutum.

Exequatur sentencia contra monetarios, et recipiantur acta.

Quia Johannes de Bello Exerto in locando domum communem Gebenn. convenit non scoriare nec mactare in ea animalia, et secus fecit, locetur alteri, et non tradatur alicui macellario.

Appunctuent d. sindici cum n. Georgio de Anthiochia de per eum petitis.

(182) *Lune xiij marcii,* existentibus in consilio ordinario: P. Gavit, G. Favyer, P. Braset, consindicis; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, P. Levrerii, A. de Orseriis, G. de Vaudo.

Quia Guillelmus Balleti, Jacobus Robini et Anthonius Pecollat sunt detenti ad eo quod insolutum dare voluerunt civitati Gebenn. introgia bossetorum certorum presbiterorum qui vinum de quo introgium intrari petunt non habuerint, et quia fuerunt capti ultra capitula franchesiarum, instetur erga d. vicarium ut liberentur saltem mediante caucione.

*Martis xiiij marcii,* existentibus in consilio ordinario: P. de

Versonay, G. Favyer; — d. F. de Veyriaco, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, P. Levrerii, A. de Orseriis, G. Cavucini, Jo. de Planis, P. Gacheti.

De facto domini de Brandis; de facto de Anthiochia; de facto heredum Girardi de Fogia : propter abscenciam aliorum sindicorum et consiliariorum nichil fuit conclusum.

Fiat limitacio prati Symondi de Rippa cum communibus civitatis.

*(Magnini.)* — Ordinatur quod solvantur Johanni Magnini pro laboribus per eum habitis exequendo licteras in favorem nundinarum obtentas super uno burgense fiendo, videlicet vj florenos. — *(Levatum est.)*

(183) *Veneris xvij marcii,* existentibus in consilio ordinario : P. Versonay, G. Favyer; — d. F. de Veyrier, G. de Quarro, A. de Orseriis, G. de Vaudo, G. de Castronovo, G. Cavucini.

*(Protestacio.)* — Prefati P. de Versonay et G. Favyer, consindici, protestati fuerunt et protestantur in presencia dictorum consiliariorum quod per eos non stat nec stabit quominus negocia civitatis peragantur, que peragi non possunt propter absenciam aliorum d. consindicorum, qui eciam Martis preterita minime venerunt licet petiti per Reymondum Coste, qui reffert eosdem in domibus suarum habitacionum peciit, quos tamen minime reperit.

*Martis xxj marcii,* existentibus in consilio ordinario : P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, G. de Castronovo, G. de Vaudo, A. de Orseriis, G. Cavucini, H. de Ponte, B. de Sancto Michaele, Jo. de Planis, P. Gachet, A. Pecollat.

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. B. de Sancto Michaele, nomine n. Henrici Emerici, l florenos.

Johannes de Planis, parte dictorum consindicorum et tocius consilii predicti, destinatus ad egregium d. Johannem Regis, consindicum, ut ad presens consilium accedere vellet, retulit eundem d. Johannem in ejus domo reperisse et responsum dedisse se presencialiter esse occupatum et quod primo peteret veniam domino nostro Gebenn. episcopo, et si aliqualis existat differencia, paratus erat stare summarie ordinacioni



consilii, et captarent sibi horam congruam post meridiem hujus diei et ipse exponenda narraret.

(184) *Martis xxviij marcii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. de Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset, sindicis; — d. Jo. de Saxo, d. F. de Veyrier, G. Gavit, H. Emerici, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, A. de Orseriis, G. de Castronovo, G. Cavucini, Jo. de Planis, P. Gachet.

Quia die festi Pasche xxvj^ta^ hujus marcii, circa solis occasum, in ecclesia Fratrum Augustinorum fuit factus certus insultus ad causam oblacionum, fuitque facta commissio d. sindicis et locumtenenti d. vicedompni ad sumendum informaciones contra culpabiles ejusdem insultus, quas sumpserunt, et aliquos culpabiles per ipsas informaciones comperierunt, quos carceribus Insule mancipaverunt. Fiat justicia de culpabilibus.

*(Pro nundenis.)* — Pro nundinis recuperandis instetur erga dominum nostrum Gebenn. episcopum pro licteris a ducali celsitudine obtinendis ne mercatores ad nundinas forenses accedere audeant donec hic prius nundinis tentis, et ad hec exercendum deputatur magister Glaudius de Castronovo.

*(Predicator.)* — Mandatur Petro Vignioli, exactori arreragiorum civitatis, solvat venerabili fratri[1] qui hac Quadragesima proxime lapsa verbum Dei in conventu Minorum predicavit, xiiij florenos.

*Veneris ultima marcii,* existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. Cavucini, Jo. de Planis, G. de Quarro, A. de Orseriis, G. de Vaudo.

Supervenit n. Johannes Clerici cui fuerunt levate de pignore et expedite certe bale arnesiorum pro pecuniis per eum communitati debitis, requirens easdem balas sibi restitui pro ipsis vendendis, cum mercatorem emptorem reperierit; vendantur ad opus civitatis nisi cavere voluerit de satisfaciendo civitati.

Johannes de Bello Exerto, macellarius, cui pridem fuit locata domus communis existens supra pontem Rodagni cum condicione quod in

[1] Le nom est resté en blanc.

eadem mactare neque scoriare deberet, quod secus fecit, presentans claves ejusdem domus requirendo sibi satisfieri de reparacionibus per eum in eadem domo factis.

Pro scolis tenendis, visitetur domus que fuit dicti Pacocti, pertinens conventui Fratrum Minorum, qui illam venalem exposuerunt, an vel ne sit propicia.

De macellariis visitentur et eis precipiatur quod mactent mutones.

De causa contra monetarios prosequatur secunda instancia et detur exequucioni sentencia lata.

De facto n. Georgii de Anthiochia, visitent jura egregii d. Jo. de Saxo et Johannes Regis.

(185) *Martis iiij^ta aprilis,* existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Favyer, P. Braseti; — G. Gavit, G. de Quarro, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, G. de Vaudo, H. de Ponte, P. Gachet, G. de Castronovo, A. Pecollat, Jo. de Planis, G. de Crosa.

Hugo Vallerii et Johannes Grossi, exactores gabelle, refferunt quod Johannes de Leone vendidit duos bossetos vini continencie cujuslibet novem sextariorum ad racionem pro quarterono septem denariorum, et dixit ipse Johannes quod non venderat nisi ad sex denarios. Refferunt itaque cum juramento quod Johannes de Tulia vendidit unum bossetum vini continencie ix sextariorum ad racionem cujuslibet quarteroni xv denariorum, et renuit solvere gabellam dicendo quod venderet ad eundem precium, vellent sindici an non.

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici de pecuniis gabelle l florenos.

Mandatur Petro Gacheti, olim receptori generali civitatis Gebenn., solvat in licteris burgensium Amedeo Magnaz, in deductionem pecuniarum per eum exbulsatarum pro causa contra monetarios, videlicet xxv florenos. — *(Levatum est.)*

*(Pro scolis.)* — Refficiatur domus scolarum ubi primo erat constructa prope et extra portam Rippe, et datur onus prefatis Petro de Versonay et Petro Braset, consindicis, acceptantibus.

Visitetur locus ubi erat domus gribelli, et si opus et utile videatur, ibidem refficiatur.



N. G. Gavit et P. Gachet renunciant compromisso in eos facto per egregium P. Floret et d. Humbertum Forracti.

*Mercurii v^ta aprilis,* existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Quarro, P. Levrier, G. de Vaudo, G. Cavucini, H. Emerici, Jo. de Planis, P. Gachet, B. de Sancto Michaele, G. de Castronovo, A. Pecollat.

Fiat crida ne quis veniens de loco morboso intrare audeat civitatem et quod mondentur carrerie.

Pariter fiat inhibicio hospitibus ne tales suspectos retrahant, quodque notifficent tales hospites [quando] habebunt et sub pena, etc.

Parimodo fiat prohibicio ne leprosi intrare audeant civitatem et sub pena, etc.

Item quod troctani vallitudinarii absentent civitatem.

Item quod nullis permictat ire porcos per civitatem sub pena perdicionis eorumdem.

(186) *Veneris vij aprilis,* existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyriaco, G. de Vaudo, A. Pecollat, G. Cavucini, Jo. de Planis, G. Gavit.

Ordinatur quod Franciscus de Vaudo pro restauracione nundinarum Gebenn. accedat ad Aquabellam pro exigendo gabellam noviter impositam super marchandiis patriam exeuntibus, qui juravit fideliter commissionem sibi factam exercere.

Pariter ordinatur quod Hugon. de Boulo accedat apud Secuciam pro causa simili, qui juravit fideliter exercere commissionem sibi factam.

Mandatur Guillelmo Balleti, Anthonio Pecollacti et Jacobo Robini, olim admodiatariis gabelle super vino imposite, solvant Francisco de Vaudo, pro commissione sibi facta exercenda, xxiiij florenos; eidem Francisco presencialiter tradiderunt xij florenos, et pariter Hugon. de Boulo xij florenos.

Johannes de Leone, de vino de quo Martis preterita gabellatores conquesti sunt [asserit] non vendidisse nisi unum bossetum vini continencie sex sextariorum ad racionem cujuslibet quarteroni viij denariorum, et unum alium bossetum vini continencie septem sextariorum ad racionem pro quarterono vj denariorum.

*Martis xj aprilis*, existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, P. Levrier, G. Cavucini, H. de Ponte, A. Pecollat, P. Gachet, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. de Castronovo.

De computis reddendis, convocetur consilium generale et eligantur auditores ac deputantur.

De liberis Girardi de Fogia, convocetur consilium generale coram quo exponantur gesta respectu computorum ipsius de Fogia.

*(Peymes.)* — De petitis parte n. et potentis Petri de Peymes, domini de Brandis, pro quo scripserunt domini Bernenses, et insequendo deliberacionem consilii generalis, mandatur receptori solvat eidem domino de Brandis, pro expensis per eum supportatis in causa contra Hans Muller, c florenos. — *(Levatum est.)*

De macellariis.

De scannis que fiunt in carreria Ripparie visitentur, et si que sint communitati dampnosa, tollantur supersedendo ab exequucione donec tentis hujusmodi nundenis.

Comictitur prefato G. Favyer registracio jurium civitatis.

(187) *Veneris xiiij aprilis*, existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — G. Gavit, G. de Quarro, A. de Orseriis, G. de Castronovo, G. de Crosa.

Visitetur terrale factum per egregium Petrum Floreti inter ejus pratum et communia Plani Palacii.

Destinetur Glaudius Chabodi apud Longamream pro exequendo licteras dominicales ad. causam nundinarum.

*Martis xviij aprilis*, existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — G. de Quarro, A. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, P. Levrerii, G. Cavucini, P. Gachet, A. Pecollat, G. de Crosa, d. Jo. Ludovici, n. P. de Peymes, d. Jo. de Saxo, d. L. Botholierii.

Serventur cride facte super vendicione vini.

Fuit explicatus tenor processuum detentorum ad causam insultus die festi Pasche facti in ecclesia beate Marie Graciarum. Visitent processus dicti d. doctores.



De eo qui est in inmunitate capelle beate Marie pontis Rodagni et de eo custodiendo, servetur sibi franchesia ac tamen caute custodiatur.

(188) *Veneris xxj aprilis*, existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Gavit, P. Braset; — n. P. de Peymes, H. Emerici, G. Gavit, G. Ravonelli, G. de Quarro, G. de Vaudo, A. de Orseriis, M. Lingocti, P. Levrier, Jo. Maliardi, H. de Ponte, G. de Castronovo, G. Roget, P. Porralis, H. Fontaneis, G. Arnaudi, Jo. de Tulia, Jo. de Soex, R. Nycolay, P. Palu, H. Borcardi, P. Exerton, Jo. Blanchet, Perreto Chynuti, Petro Johanne Bruni, A. Oboli, Arnoleto Vallient, Jo. Charavelli.

Supervenit honorabilis vir Bartholomeus Maye, de Berno, qui conqueritur de Glaudio Philippi qui contrafecit ejusdem Bartholomei marcham; fuit petitus dictus Glaudius Philippi qui dixit falsas quas habet emit in Sancto Boneto in Foresio que habent consimilem marcham dicti Bartholomei.

Dicit insuper idem Bartholomeus quod in solucione prima facta dominis de Lucerna in cartis fuerunt recepti ad pondus et deffecerunt xxvij grossi quos ipse Bartholomeus, nomine civitatis Gebenn., solvit; petit sibi satisfieri xxvij grossos; et in secunda solucione fuerunt traditi ducentum et tresdecim floreni tractus ad racionem cujuslibet xxv fl. [grossorum], quos tamen domini de Lucerna recipere noluerunt nisi ad racionem xxiiij, et volens complacere civitati solvit, nomine civitatis, ducentum et xiij grossos; petit sibi satisfieri, xvij florenos, ix grossos.

*(Pro nundenis.)* — Non permictantur mercatores, donec tentis nundenis Gebenn., ire extra patriam cum suis mercanciis nisi prius soluta gabella juxta tenorem licterarum dominicalium super hoc decretarum.

Fuit relatum quomodo egregius Petrus Floreti renovaverat terrale existens econtra pratum suum in Plano Palacio, et quod, examinatis testibus, eundem terrale fuit compertum super communi; fuit parte sindicorum reductum pristino statui insequendo tenorem franchesiarum, quod prefati consiliarii habent ratum.

*Martis xxv aprilis*, existentibus in consilio ordinario : P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, A.

de Orseriis, G. Cavucini, Jo. de Planis, P. Gachet, P. Levrier, A. Pecollat, G. de Castronovo, H. de Ponte, n. P. de Peymes.

Mandatur receptori solvat n. Henrico Emerici quos de nostri precepto solvit n. et potenti Anthonio Bovardi, domino Crangiaci, et magistro hospicii domini nostri Gebenn. episcopi, pro laboribus per eum habitis ad causam recuperacionis nundinarum et obtencione certorum mandatorum ac pecuniis per eum ad causam premissorum nomine civitatis exbulsatis, incluso mandato die tercia mensis proxime decursi februarii Petro Gacheti facto, videlicet xxiiij florenos. — *(Levatum est.)*

Requiritur Johannes Debit ut compleri faciat terrale existens prope pratum suum econtra commune Palacii, qui se obtulit, limitato, facere quod fuerit ordinatum.

Pro bulletis fiendis commictitur Ja. Paqueti et Hugon. de Ponte.

*(Pro nundenis.)* — Pro mercanciis visitandis, commictitur Glaudio de Castronovo et Guillelmo Balleti.

Mandatur receptori intret Hugon. Renguysii quos libravit Hugon. de Boulo, commissario ad custodiendum passagium in Secussia pro mercanciis venientibus ad nundinas Gebenn., x florenos.

(189) *(Floret.)* — Relacione n. et potentis Petri de Peymes, domini de Brandis, et n. Glaudii Gavit, egregius Petrus Floreti, ducalis secretarius, se obtulit stare ordinacioni duorum proborum hinc inde eligendorum super differ[enc]iis inter communitatem et eundem existentibus super eo quod fertur eundem possidere aliquid de communibus civitatis absque aliquo litigio.

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici lx florenos.

*Veneris xxviij aprilis,* existentibus in consilio ordinario: P. Versonay, G. Favyer; — G. de Quarro, A. de Orseriis, G. de Vaudo.

Reymondus Coste, vigil, exhibuit licteras in Sancto Johanne Maurianne ab illustrissimo d. duce Sabaudie die xxv aprilis per ipsum ad opus communitatis contra assasinos viarum obtentas, qui, pro licteris ad opus communitatis domino nostro scriptis portandis, accesserat, ad evictandum ne licencia mercatoribus contra prohibiciones nundenarum concedatur.

Mandatur Petro Vignioli, exactori arreragiorum civitatis Gebenn.,



solvat dicto Reymondo, pro laboribus et expensis per eum premissorum occasione sustentis, xxx grossos. — *(Levatum est.)*

Fuit lecta lictera communitati directa parte n. mercatoris Dominici Justiniani Januensis per n. Marchum de Olyva exhibita pro solucione ducentum scutorum ibidem expressorum obtinenda, petendo responsionem.

*Martis 2ª maii,* existentibus in consilio: d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, H. Emerici, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, A. de Orseriis, G. de Castronovo, Jo. de Planis, H. de Ponte, G. Cavucini, P. Gachet, A. Pecollat, M. Scarron, Jo. Maliardi, M. Lingot, Jo. Donzelli, Jo. Challes, M. Bellocti, G. de Retro, G. Curti, Jo. de Lompnis, B. Dorerii, G. Richardet, B. Balardi, P. Exerton, Ste. Pecollat.

*(Pro nundenis.)* — Insequendo deliberacionem in domo reverendi d. vicarii Gebenn. factam, non detur licencia mercatoribus nacionis Ytallie et aliis ultramontanis nec quibusvis aliis extrahendi suas mercancias a civitate Gebenn. donec tentis nundenis in hac civitate Gebenn., absque tamen solucione nove imposicionis juxta tenorem licterarum dominicalium super hoc concessarum et factis que ad nundenas fieri debent.

Mandatur receptori solvat Glaudio Chabodi, causa in rotulo per eum jurato, x florenos, viij grossos. — *(Levatum est.)*

*(Pro nundenis.)* — Advertatur dominus ut lictere obtineantur forciores ne eciam patriote sicut et forenses alibi quam ad nundenas Gebenn. ultra formam licterarum accedant, et de novo impetretur quod quecumque mercancie que Lugduni et alibi ementur extra patriam Sabaudie, nisi ad nundenas Gebenn. afferantur et deplicentur, ad solucionem gabellarum teneantur.

(190) *Eodem die,* hora prima post meridiem, in domo rev. d. Andree de Malvenda, vicarii Gebenn., existentibus: eodem rev. d. vicario, d. P. Chivallerii, d. P. Farodi; — d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset, sindicis; — A. de Douris, G. Gavit, G. de Quarro, A. de Orseriis, G. de Vaudo, G. de Castronovo, Jo. Malliardi, Ste. Pecollat, P. Exerton, G. Ballet, Ja. Cornaz, B. Balardi, B. Dorerii, Jo. de Lompnis, M. Bellocti, M. Lingocti, Guillelmo Curti, A. Guacti, H.

de Ponte, Guillelmo Joly, Jo. Challex, d. P. Mermeti, A. de Tulia, Jo. de Planis, M. Scarron, G. de Retro, n. P. de Peymes, G. Ravonelli, H. Emerici, Ambrosino.

*(Pro nundenis.)* — Iterum, nemine discrepante, fuit conclusum quod prefati mercatores tenere debeant nundenas in hac civitate Gebenn., et ea facere que ad nundinas fieri debent.

*Jovis iiij^ta maii,* existentibus in consilio in Domo communi Gebenn. : d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — n. P. de Peymes, d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, G. de Castronovo, R. Boysserii, B. Vistringues, G. Roget, H. de Ponte, B. Dorerii, P. Gachet, G. Ballet, P. Francisci, H. Borcardi, Johanne Peytralis, M. Bellocti, Johanne Challes, G. Cavucini, Ja. de Mara, Jo. Maliardi, A. Pecollacti, Ste Pecollat, A. de Orseriis, G. Veluti, G. de Vaudo, Ja. de Muro.

*(Pro nundenis.)* — Iterum et denuo fuit positum in medium an vel ne mercatores debeant licenciari cum suis mercanciis absque tenendo nundenas et ante finem earumdem; et conclusum, ut in precedentibus consiliis, videlicet quod teneant nundenas et faciant que fieri debent in nundenis, nemine discrepante, excepto Johanne Peytralis qui est opinionis quod licencientur.

(191) *Veneris v maii,* existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — n. P. de Peymes, d. F. de Veyrier, G. de Quarro, G. de Vaudo, G. de Castronovo, Jo. de Planis, G. de Crosa, P. Levrier.

*(Pro nundenis.)* — Rolandus Boysserii, commissarius parte ducali deputatus ad exigendum novum vetigal super mercanciis patriam Sabaudie exeuntibus, prestitit juramentum in manibus dictorum d. sindicorum commissionem sibi factam legaliter, diligenter et probe exercere.

*Martis ix maii,* existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, A. de Orseriis, A. Pecollat, G. Cavucini, P. Gachet, G. Gavit, P. Levrier.

*(Piardi.)* — Sumatur informacio cum domino de Brandis, Jacobo



Nerga et Bezanzono Dorerii, numquid dominus Stephanus Piardi octo annis elapsis parte et in favorem civitatis ad serenissimum Franchorum regem cum ambaxiatoribus Ligarum Alamagnie accesserit, et perquiratur liber secretarie civitatis de dicto anno vel sequenti et videatur quid super hoc fuit conclusum anno lxxvij.

Requiratur d. vicedompnus ut disrui faciat murum per Buellerium super communi factum.

Consensit Johannes Debit quod limitetur ejus pratum cum communi, et accedatur isto die post prandium.

Datur onus Stephano de Furno, receptori, prosequendi causam contra monetarios.

*(Limitacio.)* — Eodem die Petrus Francisci, Petrus Biollesii, et Johannes Magnini charrerius, suis mediantibus juramentis, retulerunt visitaxe pratrum Johannis Debit, situm juxta Planum Palacii Gebenn., et inter communia Gebenn. et eundem pratum apposuisse limites sine termino locis in quibus, temporibus retroactis, esse solebant, videlicet tres a parte Plani Palacii et duos a parte aque Areris. Quamquidem limitacionem egregii Guillelmus Favyer et Petrus Braseti, consindici Gebenn., et prefatus Johannes Debit ratam et gratam habuerunt. Actum in Plano Palacio, juxta dictum pratum, presentibus n. Amblardo de Orseriis, Guillelmo de Quarro, Philiberto Rubini, Petro de Becio, Johanne de Passier, Perreto Chinuti, Thoma Gallosii, Reymondo Coste, Michaele Lyonardi, Petro Pillisson et Mermeto Billiardi, testibus. — Aus Lyonardi.

(192) *Veneris xij maii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis; — G. Favyer, P. Braset, G. de Quarro, A. de Orseriis, G. de Vaudo, G. de Castronovo, G. Cavucini.

Fuit lecta ordinacio fienda contra Petrum Quinard, in castro Insule detentum, per egregium juris utriusque doctorem scripta(m), per quam ordinatur eum fore torquendum; fiat ut est scriptum, non consentiente d. Jo. Regis.

Tradatur Jacobo Quibleti, carpentatori, tachium plantandi vallos in aqua Areris per instrumentum.

Audiantur computa Petri Vignioli et pariter Petri Gacheti.

Et compellantur gabellarii ad solvendum que debent.

*Decima maii.*

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici l florenos.

*Martis xvj maii,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. Regis, G. Favyer, consindicis; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Vaudo, A. de Orseriis, P. Levrerii, Jo. de Planis, G. de Castronovo, G. Cavucini.

Fuit ordinatum quod emantur quercus á Jacobo Quibleti pro torna Areris.

Et audiantur computa Petri Vignioli ista septimana.

(193) *Martis xxiij maii,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, G. de Vaudo, G. de Castronovo, H. de Ponte, P. Gachet, Jo. de Planis, G. Cavucini, A. Pecollat, G. Ravonelli, P. Levrier, G. de Crosa, G. Jaquet, L. Acquyneaz, G. Roget, Jo. Donzelli, Ste. Pecollat, A. Copini, Jo. Maliardi, M. Bellocti, Ja. Paqueti, P. de Orseriis, M. Toniaudi, Ja. de Mara, P. de Fernay, Anzo Hugonis.

Fuerunt lecta certa advisamenta in favorem nundinarum; prosequatur ut in advisamento et deputetur n. P. de Versonay ad solicitandum materiam erga ducalem celsitudinem.

Quia quedam mulier post solis occasum fuit ducta per Johannem Magnini ad carceres episcopales in prejudicium juridicionis dominorum sindicorum et civitatis [1], instetur ut restituatur in Domo ville.

Quia certe confratrie sunt differentes que in processione precedere debeat, vocentur coram d. vicario.

Mandatur receptori solvat Francisco de Vaudo, causa in rotulo, xxxviij florenos, v grossos, ix denarios. — *(Levatum est.)*

*(Recepcio gabelle.)* — Gabellatores tradiderunt n. Henrico Emerici videlicet lj [florenos].

*Martis penultima maii,* existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — G. Gavit, G. de Vaudo, G. de Castro-

[1] Voir article xxii des Franchises accordées en 1387 par Adhémar Fabri (M. D. G., t. II, p. 328).



novo, P. Levrier, Jo. de Planis, G. Cavucini, H. de Ponte, P. Gachet. Prefati d. sindici et n. Amedeus Hospitis, pro differencia inter eos existente sedanda, pro arbitris elegerunt egregios dominos Johannem de Saxo pro parte sindicorum, et Guillelmum Bollomerii pro parte dicti n. Amedei, et fuit assignatum ad secundam horam post meridiem hujus diei in domo dicti d. Johannis de Saxo.

Commictitur Hugonino de Ponte, Jacobo Paqueti, Petro Levrerii et Johanni de Planis recepcio computorum, qui debitum prestiterunt juramentum.

Compromissum.

*(Compromissum.)* — Eodem die egregii Petrus Braseti et Guillelmus Faverii, consindici Gebenn., ex una, et n. Amedeus Hospitis, ex altera, super eorum differenciis se compromiserunt in venerabilem virum d. Johannem de Saxo, pro parte sindicorum electum, et n. Guillelmum Bolomerii, pro parte dicti n. Amedei electum, quibus dant potestatem pronunciandi, partibus presentibus vel absentibus, die feriato vel non feriato. Et promictunt obtemperare sub pena x scutorum ita quod per solucionem pene pronunciande non infringantur et volunt duraturum hujusmodi compromissum hinc ad xv dies, etc. — Actum in claustro ecclesie cathedralis presentibus n. Amedeo de Vinceriis, Johanne de Planis et Guigone Prepositi, notario, testibus etc.

(194) *Veneris 2ª junii,* existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Favyer; — G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. Cavucini, G. de Castronovo.

*(Composicio.)* — Fuit arrestatum cum Theobaldo Albi de gabella per eum debita de vino per eum hospitibus suis et non extra domum vendito et vendendo spacio tocius anni ad quatuor florenos, quos solvere convenit in manibus receptoris gabelle.

*(Protestacio.)* — Prefatus n. Petrus de Versonay se obtulit et offert, juxta ordinata, se trafferre ad ducalem celsitudinem pro facto nundinarum dummodo Ste. de Furno, receptor civitatis, eidem expediat pecunias pro expensis fiendis, requirendo eundem Stephanum de Furno ut pecunias expedire velit; quiquidem Stephanus respondit nullas pecunias habere ad tradendum prefato n. Petro, qui protestatur contra dictum receptorem de dampnis et interesse; prohibuitque idem n. Petrus, tan-

quam consindicus, Guillelmo Balleti et Anthonio Pecollat ne aliquas pecunias dicto receptori expedire audeant.

*Martis vj junii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, G. Favyer, P. Braset; — n. P. de Peymes, G. Gavit, G. de Quarro, P. Levrerii, G. de Vaudo, A. de Orseriis, P. Gachet, A. Pecollat, G. Cavucini, B. de Sancto Michaele.

Mandatur auditoribus computorum intrent Petro Vignioli, receptori arreragiorum civitatis Gebenn., quantitates in rotulo per eum exhibito, videlicet xxiij florenos. — *(Levatum est.)*

*(Claves.)* — Fuit tradita clavis armarii existentis in aula Domus ville, in quo armario sunt cetere claves archarum, cammerarum et turris porte Baudeti, Stephano de Furno, receptori generali communitatis dicte civitatis.

*(Juramentum.)*

Petrus Gacheti, olim receptor generalis communitatis civitatis Gebenn., exhibuit ejus computum, jurans, super sanctis Dei Evvangeliis, ipsum credere esse justum, protestans de corrigendo errorem si quis reperiatur, quod non credit.

Et pariter Petrus Vignioli, olim receptor arreragiorum dicte civitatis.

*(Compromissum.)* — Pater gardianus Sancte Clare et Anthonius Prest, super eorum differenciis, promiserunt stare ordinacioni d. sindicorum, auditis Amedeo de Sirier et P. Chambet pro parte dicti gardiani electis, et Johanne Mantellet et P. Malreport pro parte dicti Anthonii electis.

Henricus Serrallion et Petrus Serrallion promiserunt stare ordinacioni d. sindicorum, auditis P. Chambet et Johanne Calabri et Amedeo de Sirier, lathomis.

Johannes Roberti, comprocurator Omnium Animarum, dixit Jaquemetum Rogoz, ejus socium, noviter esse deffunctum; peciit alium in locum suum deputari; eligitur Hugon. de Ponte et, in ejus deffectu, Johannes de Cresto.

(195) Pater prior Sancti Augustini pontis Arreris requisiit sibi largiri prope capellam duos pedes pro fortifficacione muri, et tres pro augeriis; requiratur d. vicarius ut ita faciat.



Tollantur logie et scanna existencia super communi.

Quia Jaquemetus Rogoz servivit in procuratore Omnium Animarum spacio triginta quatuor annorum, dentur de pecuniis repertis in archa, pro ejus sepellimento fiendo, xx^ti^ floreni.

*Veneris ix junii,* existentibus in consilio ordinario : G. Favyer, P. Braset, consindicis; — G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, A. de Orseriis.

Glaudius Rolandi exhibuit rotulum reparacionum per eum factarum in ponte Fusterie, petens sibi satisfieri.

Consilium generale

Anno Domini M° iiij^c^ lxxxvj et die dominica undecima junii, in claustro ecclesie cathedralis Gebenn. consilium generale inclite civitatis Gebenn. voce cride, sono grosse campane, horaque et aliis modis solitis congregatum fuit et personaliter existens quo erant nobiles, egregii honorabilesque viri : Guillelmus Favyer, Petrus Braset, consindici; — Guillelmus de Crosa, Hugon. de Ponte, Guillelmus de Quarro, Stephanus de Furno, Petrus Porralis, Henricus de Fontaneis, Petrus Francisci, Petrus Boconis, Hugon. Consilii, Hugon. Fuserii, Ludovicus de Lestelley, Amblardus de Orseriis, Johannes Calabri, Petrus Borgesii, Franciscus de Foresta, Petrus Spatule, Hugon. Ramelli, Johannes Neyrodi, Johannes de Lompnis, Jacobus Paqueti, Johannes Mochy, Bezansonus Dorerii, Ste. Folliosii, Martinus Bellocti, Johannes Luppi, Petrus Cortagerii, Ludovicus de Potisio, Guillelmus Borcardi, Johannes Mercerii, Petrus de Ruella, Jacobus Bienvenu, Franciscus Pecollat, Johannes Exchaqueti, Humbertus Puthodi, Thomas Biollesii, Anthonius Pecollat, Nycodus de Nanto, Henricus Beatrisii, Andreas de Douris, Amedeus Oboli, Petrus Navis, Johannes Albi, Petrus Gatilliardi, Petrus Levrerii notarius, Jacobus de Fontana, Arnoletus Vallient, Mermetus Collombi, Petrus Gallou, Jacobus de Vellis, Janinus Bornandi, Petrus Levrerii laycus, Franciscus Marchiandi, Glaudius Rolandi, Aymonetus Sonerii, Johannes Ruphi, Petrus Exerton, Colinus Chicandi, Jacobus Robini, Johannes Boconis, Hugon. Boconis, Johannes Bufflet, Bartholomeus Savarini, Johannes Peytralis, Girardus Querci, Johannes Galliardi, Mermetus Rilliet, Olyverius Chapuysii, Johannes Maliardi, Johannes

Clerici, Ste. de Putheo, Jacobus Quibleti, Hugon. Borcardi, Johannes Blancheti, Johannes Charnavelli, Mermetus Rolerii, Petrus Gabet, Petrus Mantillion, Petrus de Becio, Nycolaus Grasseti, Philibertus Rubini, Humbertus Grossi, Guillelmus Pecollat, Stephanus Drapt, Nycodus Tornerii, Amedeus Magnaz, Johannes de Tulia, Johannes de Soex, Glaudius Arnaudi, Johannes Roberti, Johannes Challes, Johannes Charavelli, Petrus Blonay, Peronetus Boquera, Andreas Tallianderii, Franciscus Borsat, Johannes de Plathea, Petrus Vignioli, Stephanus Vandelli, Glaudius Balli et alii quamplurimi tam cives quam burgenses dicte civitatis Gebenn. totam communitatem ejusdem civitatis representantes, et ibidem statutum fuit et ordinatum ut sequitur :

(196) Primum fuerunt constituti procuratores Omnium Animarum Johannes Roberti et Johannes Challes, qui juraverunt in forma assueta et promiserunt reddere annuatim computum summarie et in vera eorum consciencia in manibus sindicorum pro tempore existencium, qui illos recipere tenebuntur absque constu ; et conclusum est unam fieri archam in ecclesia Gebenn. tenendam cum duabus vel tribus clavibus tam per procuratores quam sindicos conservandis ad reponendum collata, conferenda et pertinencia jura pissidis ipsarum Omnium Animarum, de pecuniis ipsius pissidis solvendum. — *(Levatum est.)*

Item electi fuerunt generales computorum auditores deputatique et constituti Petrus Levrerii, notarius, Johannes de Planis, Jacobus Paqueti, et Mermetus Montagnierii et tres ex ipsis, quorum Petrus Levrerii juravit juxta solitum; et aliorum juramenta in ordinario civitatis consilio et manibus sindicorum ibidem affuturorum remictuntur prestanda.

Conclusum est quod domus scolarum incipiatur construi et illius constructio usque ad perfectionem debitam continuetur.

Item quod bulle indulgenciarum hospitalis pestifferorum expediantur in meliori et oportuna forma, et si ex debitis et proventibus civitatis hec fieri non possunt, data fuit potestas sindicis cum consilio ordinario proventus et emolumenta ejusdem civitatis eciam pro futuro obligandi, impignorandi et ypothecandi pro quantitatibus ac personis opportunis.

Incidenti Stephano de Furno se ab officio receptorie deponi et inpromptu se computaturum offerendo requirente; per generale consilium extitit confirmatus cum condicionibus bonum computum reddendi et de exactis ac exigendis per eum racionem legitimam reddendi et faciendi



ac aliter opportunis, cui commictitur exactio omnium hereragiorum sub stipendiis que per sindicos et consilium ordinarium videbuntur opportuna.

Quo vero ad tractandum super hereragiis et aliis debitis civitatis, concludendumque et componendum ac concordandum cum debitoribus illorum, ac limitandum communia et alia singula statum, honorem et comodum ac alia civitatis agibilia concernencia faciendum, data fuit omnimoda potestas dictis sindicis et consilio ordinario, vocatis secum qui sibi videbuntur evocandi, quod tractent et concludant, componant, concordent et alias faciant que fuerint opportuna et visa fuerint eisdem expedire. Datum ut supra sub signeto mis, Anthonii Lyonardi, dicte communitatis secretarii subsignati, in testimonium premissorum.

Idem Ant. Lyonardi

*Martis xiij junii,* existentibus in consilio ordinario : G. Favyer, P. Braset, consindicis; — G. de Quarro, G. de Crosa, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Jo. de Planis, A. Pecollat, P. Levrerii.

*(Juramentum.)* — Johannes de Planis, conauditor computorum, juravit bene et probe audire computa, et intranda intrare et deducenda deducere.

Supervenit Johannes Roberti, comprocurator Omnium Animarum, requirens sibi comodari quandam archam nucis in aula Domus communis existentem de nuce ad duas seras pro bonis Omnium Animarum in ecclesia cathedrali reponendis; deliberatur eidem dicta archa.

Insequendo deliberacionem consilii generalis noviter tenti, refficiatur domus scolarum in loco in quo pridem fuit constructa.

*(Ale.)* — Stephanus Boni Johannis, tanquam plus offerens, factis cridis et aliis solemnitatibus opportunis, de porcione alarum civitati pertinencium pro anno futuro hodie incohando se datarum obtulit iij$^{c}$ lxx$^{ta}$ florenos; assignatur ad cavendum in consilio ordinario.

*(Gribellum.)* — Hugo Vallerii de jure pertinente civitati in gribello se daturum obtulit xvij florenos; assignatur ad cavendum in consilio.

[Au bas de la page :] Recepit Cavucini.

(219) *Martis ultima octobris*, existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset, sindicis; — G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, G. de Vaudo, A. de Orseriis, P. Levrerii, Johanne Maliardi, Jo. de Planis, H. de Ponte, G. Cavucini, P. Gachet.

Petrus Cortagerii, olim admodiatarius alarum, reddidit clavem dicendo quod satis in admodiacione perdidit, requirendo sibi aliquam graciam fieri, et conclusum quod faciat rotulum, et sibi providebitur prout equum fuerit.

*(Admodiacio gribelli.)* — Prefati d. sindici admodiaverunt partem civitati pertinentem in gribello Guillelmo Joly, appothecario, spacio unius



anni die xxviij hujus octobris incepti, sub firma xvij florenorum quos solvere promisit terminis assuetis.

Quia helemosine que dantur in ecclesia fratrum Augustinorum non convertuntur ad edifficacionem ecclesie, ordinatur, prius habito consensu reverendi domini nostri Gebenn. episcopi et capituli, quod unus probus habeat unam clavem arche.

Mandatur receptori solvat egregio Johanni de Planis causis in rotulo lviij florenos, iij grossos.

Mandatur auditoribus computorum intrent Stephano de Furno quantitates in rotulo ascendentes ad xvij florenos, vj grossos, v denarios.

*(Burgenses.)*

Johannes Mocteti, de Turre, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j selliocto.

Petrus Chapelli, de Vyu in Salacio, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j plastrono.

Stephanus Vulliermi, de Bellomonte, habitator Sancti Gervasii, tonsor, fuit creatus burgensis, vij florenis, j selliocto.

Benedictus Chalamelli, de Burgo, chapellerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis, vij florenis, j selliocto.

Colinus Rouffloct, pelliparius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis, vij florenis, j plastrono.

*(Levatum est.)*

*(Sufferta.)* — Humbertus Goffeti, sutor, parrochie Sancti Germani, commorans in domo d. P. Chivallerii, fuit assuffertatus, et solvere promisit annualiter iij grossos.

[Au bas de la page :] Recepit Cavucini.

*Veneris 3$^{a}$ novembris,* existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset, consindicis; — G. de Quarro, G. de Crosa, A. de Orseriis, G. de Vaudo, Jo. de Planis, G. Cavucini.

Quia Petrus Ruppis, prepositus marescallorum Sabaudie, fecit querelam erga ducalem Sabaudie celsitudinem de civibus et sindicis Gebenn. indebite, conferatur cum d. vicario quid agendum.

Fuit lecta lictera missa per d. episcopum Sedunen. ut solicitetur causa sui nepotis contra illos de Rotulo.

*(Burgensis.)* — Petrus Rosseti, de Valleyrier, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*(Juramentum.)* — Idem Petrus juravit officium sergenterie vicedompnatus legaliter exercere et neminem, pretextu sui officii, ledere etc.

(220) *Martis vij^a novembris*, existentibus in consilio ordinario: d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Quarro, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, G. de Vaudo, H. de Ponte, G. Cavucini, P. Gachet, G. de Crosa, P. Levrerii, Jo. de Planis, G. de Castronovo.

*(Burgensis.)* — Johannes de Lijon, de Chalongio, parrochie Magdalenes, conreator, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j selliocto. — *(Levatum est.)*

*(Admodiacio alarum.)* ‖ Admodiantur Stephano Boni Johannis jura pertinencia civitati in alis spacio unius anni die xxviij mensis octobris proxime lapsi incepti, sub firma iij^c lxv florenorum quos idem Stephanus velut principalis et Guillelmus Rogeti velut fidejussor, et quilibet ipsorum insolidum, solvere promictunt n. Henrico Emerici, presenti, etc., et super quibus debeat satisfieri Stephano de Furno, receptori civitatis, de per eum exbulsatis terminis assuetis. Cancellatum est de voluntate dicti Henrici Emerici cui fuit satisfactum. ‖

Petrus Jaqueti exhibuit mandatum sibi per olim sindicos factum de triginta florenis per eum solutis pro Henrico Pichon pro tallia Alamanorum et pro quibus eidem tradita fuit domus in eodem mandato confinata tenenda donec sibi fuisset satisfactum salariis in sortem nume computandis, qui nunc impetitur ad relaxandum domum et intrandum salaria, petit quod affinatur causa; et conclusum, quia ibi est usura, non affinatur causa sed instetur fieri concordium.

Petrus Cortagerii exhibuit supplicacionem super qua petit sibi provideri et satisfieri, jurans, super sanctis Dei Evvangeliis unum equum perdidisse; pro omnibus que petere posset civitati dentur eidem Petro Cortagerii xl floreni. — *(Levatum est.)*

*Veneris x novembris,* existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer; — d. F. de Veyrier, G. Gavit, G. de Quarro, A. de Orseriis, G. de Vaudo, Jo. de Planis, P. Gachet.



Venerabilis vir d. Petrus Farodi narravit quomodo in domo scolarum pluit in pluribus locis; reparetur.

Petatur de Fogia an vel ne velit stare appunctuamento facto super per eum debitis civitati.

Tollantur lapides existentes in carreria eundo ad Magdalenam subtus domum episcopalem, et antequam ibidem remaneant tollantur sumptibus civitatis.

*(Admodiacio bossetarum.)* — Die undecima mensis novembris anno m^o iiij^c lxxxvj, indicione quarta, egregii Petrus de Versonay, Guillelmus Favyer et Petrus Braset, consindici, admodiaverunt Anthonio Millanesii, appothecario, presenti, tanquam plus offerenti, factis prius cridis et solemnitatibus opportunis, videlicet tres solidos debitos pro introgio vini anni proxime futuri inmediate finito hujusmodi die incipiendi etc., et hoc sub firma quinque centum florenorum auri parvi ponderis, quos solvere promictit terminis assuetis sine impedimento quocumque, se detencioni personali submictendo. Actum in claustro ecclesie cathedralis, presentibus nobili Nycolino Lingocti, Guillelmo Rogeti, Guillelmo de Quarro, Glaudio de Castronovo, Stephano Favyer, Johanne Grossi, Johanne de Lompnes et pluribus aliis.

(221) *Dominico xij novembris,* existentibus in claustro ecclesie cathedralis Gebenn. in consilio generali more solito congregato egregiis viris: d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset, sindicis; — d. A. de Villier, d. de Dyvona, canonicis; — Henrico Emerici, B. de Sancto Michaele, Ste. Bachodi, P. Vignioli, Jo. Chalamelli, G. de Quarro, Jo. Ruphi, H. de Ponte, P. Francisci, P. Boconis, Ste. de Furno, R. de Vignier, Johanne Roberti, Ny. de Nanto, Henrico Beatrisii, G. Cavucini, P. Cortagerii, P. de Arlo, Jo. Lombardi, P. Gabet, et pluribus aliis tam civibus quam burgensibus Gebenn., totum consilium et totam communitatem representantibus.

Venda vini anni presentis fuit gitata de communi consensu ad xj grossos cum dimidio.

*Martis xiiij novembris,* existentibus in consilio ordinario : G. Favyer, P. Braset; — n. P. de Peymes, d. F. de Vey[r]ier, G. Gavit, G. de

Quarro, G. de Vaudo, G. de Crosa, H. Emerici, G. de Planis, G. Cavucini, A. Pecollat, P. Gachet.

*(Fidejussio.)* — Anthonius Millanesii, appothecarius, admodiatarius introgiorum bossetarum anni presentis velut principalis, et ejus precibus Jacobus Robini, civis Gebenn., velut fidejussor, et quilibet ipsorum insolidum solvere promictunt in manibus receptoris quinque centum florenos terminis assuetis et se submictunt detencioni personali, etc.

*(Burgenses.)*

Roletus Probi de Brussino, macellarius, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus vij florenis, j collovrina. — *(Levatum est.)*

Philibertus Danonay, de Virier, tonsor, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Jacobo Paqueti, pro bulletis per eum signatis prout in rotulo per eum exhibito, ij florenos.

Quia dictus Malgonert, detentus in Insula pro crimine, habens ferros ejus tibias rodentes, tollantur ferri et tute custodiatur, aut minores ferri apponantur.

Quia locumtenens d. vicedompni nititur exigere a Roleto Marchiandi sigillum sentencie per d. sindicos in ejus favorem late, quod fieri non debet, ideo obvietur.

Prefatus n. P. de Peymes peciit sibi satisfieri de expensis per eum pro negociis civitatis factis, juxta rotulum per eum alias traditum, et conclusum quod Anthonius Millanesii eidem respondeat c florenos. — *(xj aprilis fuit levatum mandatum.)*

Franciscus de Fogia remictitur ad Veneris responsurus si velit stare appunctuamento facto.

(222) *Veneris xvij novembris,* existentibus in consilio ordinario egregiis : G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, G. de Planis, G. de Crosa, H. de Ponte.

Mandatur n. Henrico Emerici, receptori gabelle vini, solvat Jacobo Paqueti et Hugon. de Ponte, causa in rotulo, vj florenos. — *(Levatum est.)*

De pariete domus communis existentis in pede pontis Rodagni edificando inter Jacobum Michaudi, ordinatur, ut alias fuit dictum ma-



gistro Jacobo Pillieti, ipso Jacobo presente et consenciente, quod greta ipsius parietis ponatur in principio totaliter super ipso Jacobo et de directo se protendat et usque ad latitudinem quatuor digitorum, posterius super ipso eadem greata ponatur, et hoc facto erigatur in altitudinem.

De extrahentibus bladum a civitate et mercatis, remictitur ad Martis.

De carnibus que apportantur die fori, remictitur ad Martis.

*Martis xxj novembris,* existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, n. P. de Peymes, Jo. de Planis, G. Cavucini, G. de Castronovo, H. de Ponte, H. Emerici.

Supervenit Franciscus Patry habens causam contra d. priorem Sancti Victoris ad causam cujusdam curtilis quod petit sibi adjudicari racione talliabilitatis, quod est de directo contra tenorem franchesiarum; requirit assumi causam deffensionis sumptibus ejusdem Francisci, prosequatur sumptibus dicti Francisci qui easdem expensas solvere promisit.

*Jovis xxiij novembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, Jo. de Planis, M. Scarron.

Noviter evenit in Pedemoncio Summam Rivam spectantem ducali celsitudini Sabaudie fuisse per quosdam captam et regem Francie ejus gardam duplicasse, nescitur qua occasione; et ideo vigilles non valentes servire deleantur et loco ipsorum alii eligantur.

Item deputentur alii duodecim vigilles salario civitatis, per unum mensem et ultra si expediens fuerit, et dentur cuilibet et singulo mense xij grossi.

Item claudantur porte hora octava et custodiantur claves per sindicos.

Item fiant cride quod omnes occiosi et ruffiani vacuent civitatem.

(223) *Veneris xxiiij novembris,* existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer; — G. Gavit, G. de Quarro, G. Cavucini, Jo. de Planis.

Quia egregius d. Johannes Regis, consindicus, suas die dominica proxime futura Deo previo celebrare debet, eidem dentur una coquassia

malvatici et una coquassia ypocratis et sex faces cere qualibet ponderante duas libras cum dimidia aut alias, usque ad valorem x florenorum.

*Martis xxviij novembris,* existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset, consindicis; — G. Gavit, G. de Vaudo, A. Pecollat, Jo. de Planis, P. de Peymes, domino de Brandis, G. Cavucini, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro.

De verbere, ut prefatur, patrato in personam magistri et rectoris scolarum civitatis Gebenn. sumatur vera informacio et pars formalis contra culpabiles fiat, eciam queremonia decens erga illustrem et reverendum dominum nostrum Gebenn. episcopum.

Lubrices manentes inter conventum Minorum et Observancie expellantur eciam racione scolarum ibidem existencium, ut non discant lubricari.

De subsidio parte ducali postulato, informetur illustris et reverendus dominus noster Gebenn. episcopus et ejus consilium, et decens queratur haberi remedium et mandatur receptori ut habeat copiam licterarum et exequucionem tabellionatam.

De vigillibus non facientibus vigil debitum advisentur ut reddant debitum, alias expellantur.

De loco et plathea leprosorum et pauperum seu sosta fienda prope ecclesiam Predicatorum visitetur locus.

De macellariis, videantur appunctuamenta et jura, et habeatur conferencia cum d. vicario et apponatur decens remedium.

Mandatur Anthonio Pecollat, Jacobo Robini et Guillelmo Balleti, admodiatariis gabelle veteris, solvant Lyonardo charrotono, pro curru elephantis in primo adventu illustrissime domine ducisse Sabaudie, iij florenos cum dimidio. — *(Levatum est.)*

(224) *Jovis ultima novembris,* existentibus in Domo communi : d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, Jo. Maliardi, G. Cavucini, d. Jo. de Saxo, G. de Vaudo.

*(De custodia.)* — Quia plura eminent pericula tam ultra montes quam citra, positum fuit in deliberacione quid fiendum pro custodia civitatis; convocetur consilium generale in hac Domo post prandium



hujus diei, et vide[a]tur quod ultra vigilles ordinarios habeantur xxiiij$^{or}$ socii pro custodiendis portis.

*Eodem die* post prandium, existentibus in dicta Domo : d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — n. P. de Peymes, H. Emerici, G. Gavit, P. Mermodi, P. Levrerii, G. de Castronovo, Jo. de Planis, N. de Nanto, Ja. de Fontana, L. Neyrodi, P. Exerton, B. Franzonis, Clasquino de Castro, B. Mallieti, Jo. Velluti, F. Violandi, H. de Fontaneis, Jo. Calabri, P. Boconis, P. Sabaudie, Ja. Michaudi, F. de Vaudo, P. de Genesta, Jo. Albi, Johanne Lombardi, Jo. Challes, Jo. Charavelli, L. Regnaudi.

*(Relacio.)* — Romanetus Carpini et Michael Lyonardi, vigilles, suis mediantibus juramentis retulerunt ad unum evocasse consilium ordinarium et ultra centum homines ex notabilioribus civitatis; non compareruerunt nisi suprascripti.

*(Pro custodia.)* — Pro civitate custodienda commictitur sindicis et consilio ordinario ut ordinent et provideant ut fuerit expediens. — *(Vide xij decembris.)*

*Martis v decembris,* existentibus in consilio ordinario : P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — n. P. de Peymes, G. Gavit, H. Emerici, G. de Quarro, G. de Crosa, G. de Vaudo, B. de Sancto Michaele, Jo. de Planis, Jo. Maliardi, G. Cavucini, P. Gachet, A. Pecollat.

Fuit parte liberorum Girardi de Fogia porrecta supplicacio et conclusum quod solvant v$^{c}$ florenos, et si noluerint, revideantur computa et solvant prout revisum fuerit.

Tenendo causam fisci contra dictum Malgonert, detentum in Insula, comparuit discretus Nycodus Testuti qui peciit jus deliberando super articuli[s] fisci dicendo ulterius quod d. sindici deputare debent unum judicem, qui responderunt quod sunt judices et quod id non habet ignorare, quo tunc idem Nycodus dixit : « Vos non debetis esse pars et judices »; de quibus premissis pecierunt licteras testimoniales.

Quia ad causam subsidii parte ducali concessi fuerunt decrete certe lictere per quas mandantur levari bona burgensium existencia extra civitatem, conferatur cum d. vicario, et rescribat dominus noster ducali celsitudini.

Mandatur receptori solvat vigillibus pro vestibus ipsorum fiendis, videlicet xxx florenos, et pro aliis ipsorum laboribus extraordinariis xx florenos. — *(Levatum est.)*

Supersedeatur petere gabellam dicto Rojoz donec congregato consilio generali.

Vinum de patria non vendatur ultra ix denarios, vinum de Somonte xij denarios, et de Chotagnia xiiij.

Mandatur receptori solvat Michaeli Lyonardi, vigilli, pro laboribus per eum habitis eundo ultra monte[s], vij florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Reymondo Coste, vigilli, pro laboribus per eum habitis, ij florenos. — *(Levatum est.)*

(225) *Martis xij decembris,* existentibus in consilio ordinario: d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, G. de Crosa, (G. de Crosa,) Jo. de Planis, P. Gachet, A. Pecollat, Cavucini.

*(Pro custodia.)* — Convocatis designariis hujus civitatis fuit ordinatum quod habeant quolibet die xx homines; et tradere debeant de qualibet designaria duos homines; et ordinatur quod custodientes cathenas non sint exempti tempore quo cathene non tenduntur.

Mandatur Johanni Maliardi, receptori mutui facti ad causam nundinarum, solvat Francisco Caudy, causa in rotulo, xj florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur Petro Gacheti, olim receptori civitatis, intret Guillelmo Balleti, Jacobo Rubini et Anthonio Pecollat, receptoribus gabelle veteris, pro cipho domine ducisse donato, ij$^{c}$ florenos qui eidem receptori per auditores suorum computorum intrari mandantur, ij$^{c}$ floreni. — *(Levatum est.)*

Si reverendus dominus noster Gebenn. episcopus ordinet aliquem nomine suo mictendum ad ducalem celsitudinem pro licteris ad causam subsidii contra civitatem Gebenn. decretis, mictatur sumptibus civitatis et datur onus d. sindicis.

Compellantur de Fogia via juris et rigorosa ad solvendum que debent.

*Jovis xiiij decembris,* existentibus in Domo communi Gebenn.: d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, G. Cavucini, Jo. de Planis, G. de Castronovo, Ja. de Veruffis, L. Neyrodi, Petro Johanne Bruni, H. de Fontaneis, Jo. Calabri, P. Sabaudie, P. Mermodi, Ja. Nepotis, Ay. Bochet, Jo. Blanchet, B. de Sancto Michaele, P. Cortagerii, M. Bellocti, G. Velluti.



Quia parte ducali petitum fuit subsidium ultimo in dicione Sabaudie concessum, et decrete lictere compulsorie et alie rigorose contra civitatem Gebenn. que devenerunt ad noticiam reverendi domini nostri Gebenn. episcopi, qui, premissis obviando, proposuit scribere dominis camere computorum Chamberiaci ut supersedeant donec habito consensu illustrissimi d. ducis, ad quem destinare proposuit unum ex principabilibus servitoribus suis dummodo fiat sumptibus civitatis, et conclusum quod fiat sumptibus civitatis et datur onus d. sindicis habendi pecunias mutuo vel alias prout melius haberi poterunt.

Quictacio.

Anno Domini M$^{o}$ iiij$^{c}$ lxxxvj, indicione quarta, et die xvj decembris, coram me notario, etc., constitutus personaliter n. Ludovicus de Rossellione, dominus Virignini, qui sciens, etc., habuisse confitetur a Stephano de Furno, receptore generali communitatis civitatis Gebenn., absente, etc., videlicet sexdecim florenos du trec eidem expeditos pro provisionibus fiendis erga ducalem Sabaudie celsitudinem ac causam subsidii civitati petiti et de quibus quictat, etc. Actum Gebenn., in domo Petri Veteris, presentibus ibidem nobilibus Johanne Ludovico de Portu, Johanne Bisardi et Laurencio Mugnerii, testibus, etc. — *(Habet in nota.)*

(226) *Martis xviij decembris,* existentibus in consilio ordinario: P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, Jo. de Planis, G. Cavucini, A. Pecollat, P. Gachet, G. de Crosa.

*(De Jo. Grivet.)* — Nycolaus Prepositi, de Berno, agens nomine Johannis Grivet, exhibens certas licteras missivas dominorum Bernensium unacum certis copiis licterarum ab illustrissimo domini ducis Burgundie requirens dicto Grivet justiciam ministrari de Petro Bordaz, qui fuit in depredacione ejusdem Johannis Grivet, quiquidem d. sin-

dici incontinenti coram se personaliter venire fecerunt dictum P. Bordaz qui premissa negavit fore vera, offerens se dicto Grivet de justicia respondere(t), et dicti d. sindici eidem Grivet conscito (?) de premissis brevem justiciam ministrari procurare et de hujusmodi oblacione licteras testimoniales sibi dari, et quod non stabit per eos quominus dicto Grivet debita ministretur justicia, et remisse fuerunt partes predicte comparentes coram rev. d. vicario Gebenn. hora secunda hujus diei personaliter compariture.

Quia rev. d. Andreas de Malvenda, vicarius Gebenn., suum facere debet regnum in festo Epiphanie Domini proxime futuro, eidem dentur iij quoquassias malvatici et vj faces, vj alabostra pignolacti.

Mandatur receptori solvat Bartholomeo May, de Berno, pro pecuniis per eum in Berno mutuatis, xviij florenos, j grossum. — *(Levatum est.)*

Mandatur auditoribus computorum intrent receptori quos solvit domino Virignier xvj florenos du trec. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxij decembris,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — G. de Vaudo, Jo. de Planis, G. de Quarro.

*(Burgensis.)* — Hugonetus Peynet, de Turre Pini, habitator Gebenn., parrochie sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus videlicet viij florenis, j aliberda. — *(Levatum est.)*

*(Inhibicio.)* — Inhibetur Johanni de Nemore, notario, presenti, sub pena in franchesiis descripta, ne uti audeat nec gaudere franchesiis civitatis.

Johannes Boverii, alias Magonert, suo mediante juramento, dixit quod n. Mermetus de Mandalla, locumtenens d. vicedompni Gebenn., eidem peciit v florenos pro sigillo sentencie per prefatos d. sindicos in favorem sui filii late, de quibus jam exegit xxvj solidos, residuum petit; prosequatur nomine d. sindicorum ad restituendum.

Mandatur Johanni Maliardi, receptori mutui ad causam nundinarum facti, solvat Hugon. de Boulo, causa in rotulo, xix florenos, iiij$^{or}$ grossos. — *(Levatum est.)*

Quia Jaquemetus Boverii, ponderator bladi, tradidit Hugon. de Boulo x florenos, pro eundo ad passus custodiendos in favorem nundinarum, x florenos. — *(Levatum est.)*



LXXXVIJ

(227) *Jovis xxviij decembris,* existentibus in consilio ordinario : G. Favyer, P. Braset; — A. de Orseriis, G. de Quarro, P. Levrerii, G. de Vaudo, G. Cavucini, Jo. de Planis, P. Gachet.

Johannes de Turre retulit portasse Chamberiacum licteras parte domini nostri Gebenn. episcopi dominis computorum directas, et responsionem eidem domino nostro apportavit licteris clausis.

Et pariter retulit accessisse ad dominum de Sonnax pro tractibus ad eum portatis habendis, qui eidem respondit fuisse certos tractus parte domini Pontisvitrei sibi portatos, quos postmodum idem dominus Pontisvitrei repeciit, et sic nullos tractus habet.

Quia frater predicator ordinis Carmelitarum, qui, durante tempore Adventus, Verbum Dei predicavit, affectat durante Quadragesima predicare consencientibus tamen domino nostro Gebenn. episcopo, capitulo et communitate Gebenn., et, quia esset in prejudicium predicatorum hujus civitatis qui habere debent sermonem, non fiat eis innovacio.

Quoad vigil fiendum, satisfiat quinque vigillibus additis et amplius non teneantur, et fiat vigil ut est assuetum.

Fiat querela contra eos qui fregerunt vallos econtra portam Rippe.

*Martis 2$^{a}$ januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, G. de Crosa, G. de Vaudo, G. Cavucini, A. de Orseriis, Jo. de Planis, Jo. Maliardi, H. de Ponte, P. Gachet, A. Pecollat.

Fuerunt exhibite et lecte indulgencie in favorem hospitalis ad recolligendum pauperes infectos morbo pestilenciali constructo, a Sede apostolica concesse.

*(Burgensis.)* — Stephanus de Villa, de Chindriaco, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Quia n. Henricus Emerici solvit vigillibus noviter assumptis v florenos, mandatur receptori quatenus eidem Henrico solvat dicto super exitibus alarum v florenos. — *(Levatum est et dirigitur receptori.)*

Obtineatur revocacio licterarum in favorem monetariorum et in prejudicium conimunitatis concessarum.

Stephanus de Furno, receptor generalis, habuisse confitetur a domina Aymoneta de Rotulo, pro complemento tallie magne, l florenos. — *(Alibi fuit levata.)*

Mandatur receptori solvat Johanni Maliardi super firma bossetorum summas in rotulo descriptas, ascendentes ad jc xlj florenos, j grossum, iij denarios. — *(Levatum est.)*

(228) *Veneris vta januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset, sindicis; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, Jo. de Planis, G. Cavucini, A. Pecollat, G. de Castronovo, H. de Ponte.

Quia ad causam subsidii in dicione Sabaudie noviter concessi fuerunt decrete lictere compulsorie contra cives, burgenses et habitatores Gebenn., pro quarum revocacione obtinenda fuit destinatus ad ducalem Sabaudie celsitudinem n. Ludovicus de Rossellione, dominus Virignini, qui aliud non potuit obtinere nisi dumtaxat dilacionem hinc ad proximum Carniprivium, requiratur reverendus dominus noster Gebenn. episcopus ut hanc materiam prosequi dignetur.

*Martis ix januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. Cavucini, G. de Castronovo, A. Pecollat, H. de Ponte, Jo. Maliardi, P. Gachet, M. Montagnier, n. P. de Peymes, G. de Vaudo.

*(Juramentum.)* — Hugon. de Boulo et Johannes Grossi exhibuerunt librum recepte gabelle, jurantes super sanctis Dei Evvangeliis bonum et legalem computum reddere et reliqua prestare.

*(Pro hospitali.)* — Jaquetus de Sonia fuit constitutus hospitalerius hospitalis existentis ante ecclesiam Magdalenes, qui juravit debitum facere inventarium et pauperes mite et graciose recipere et tractare.

*(Burgensis.)* — Baptissardus Balardi, ferraterius, fuit creatus burgensis pro et mediantibus xij florenis, j plastrono. — *(Levatum est.)*

Mandatur Petro Gacheti, olim receptori communitatis, intret Guillelmo Balleti, Anthonio Pecollat et Jacobo Robini, olim admodiatariis



gabelle, quantitates in rotulo, et eis deducatur usque ad ijc florenos quos solvere debeant incontinenti, ijc florenos.

(229) *Veneris xij januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. Cavucini.

Quia certus numerus Alamanorum est transiturus per hanc civitatem eundo ad subsidium illustrissimi domini ducis Sabaudie [1], fiat crida ut omnes facere teneantur panem, et detur capitaneis ipsorum vinum rubeum et album.

De juribus civitatis existentibus in secreto capituli fiant vidimus et reponantur in archa civitatis.

Ad obviandum ne civitas compellatur ad solvendum subsidia ducali celsitudini et prosequendum negocium, eligitur egregius d. Johannes Regis.

Pro pecuniis habendis fuit visum esse expediens ut fiat una graciosa tallia, et super hiis petatur d. vicarius et consilium generale.

*Eodem die,* post prandium, existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, L. Aquineaz, P. Gachet, M. Bellocti, Roleto de Peymes, H. Borcardi, Henrico de Strata, Petro Boconis, Jo. Gotrosii, P. Ciclacti, Johanne Roberti, Johanne Magnini, Jo. de Fontana, Michaele Lingocti, Sy. de Rippa, Jo. Maliardi, G. de Vaudo, Jo. de Genesta, G. de Quarro, Jo. Regnaudi, Aymoneto Sonnerii, Cristino Tombeti, Jo. Pollitoz, Aymoneto Bessonet, Michaele Cornuti, R. Bienvenuz, Aymoneto Bibeti, Jo. Gorjuti, Ste. Borgesii, Julliano Fransonis, Jo. Lombardi, Ste. Joly, Johanne Blanchet, Ludovico Chinuti, H. de Fontaneis, Johanne Challes, L. de Lestelley, P. Mantillion, P. de Palude, Petro Johanne Bruni, Guillelmo de Pontoso, Leonardo Boytet, Glaudio de Domo, Ste. Boni

[1] Il s'agit probablement du secours envoyé par les Bernois et les Fribourgeois au duc de Savoie pour résister au marquis de Saluces qui était entré en campagne peu de mois auparavant. Voir : Gautier, op. cit., t. I, p. 435 ; Guichenon, *Histoire généalogique de la royale maison de Savoye,* t. I, p. 577-578 ; Bernard de Mandrot, *Ymbert de Batarnay, seigneur du Bouchage, conseiller des rois Louis XI, Charles VIII et François Ier,* p. 136.

Johannis, Johanne Chavanelli, Jo. Lullini, M. Collombi, B. Malliet, Hugon. Larchier, H. Boulardi, G. Chenevalis, P. Albi, Jo. de Vellis, M. Borsat, Jo. Maldiva, Guillelmo Aubertini, Jo. Gabet, P. Chinuti, Arnoleto Vallient, P. Levrier lay[c]o, Jo. Calabri, Jo. de Plathea, Jo. Novelli, Jo. Cheveluti, L. Neyrodi, Francisco Caudy, Ny. Tornerii, Colino Chicandi, Cristino Tombet, Jaquemeto Boverii.

Fuit expositum quomodo fuit parte ducali petitum subsidium ultimo in dicione Sabaudie concessum solvi per cives, burgenses et habitatores Gebenn., asserendo eos teneri, et super hiis contra eosdem cives fuerunt decrete lictere compulsorie et multiplices; et conclusum unanimi consensu quod prosequatur materia, nec parcatur pecuniis, et pro ipsis habendis fiat una leva sive tallia, et fuit deputatus ad prosequendum materiam egregius d. Johannes Regis, vocato secum quem gratum habuerit, et fuit conventum eidem satisfieri de laboribus, jornatis et expensis secundum statum sue persone et ita fuit conclusum, nemine discrepante.

(230) *Martis xvj januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, A. de Orseriis, G. de Vaudo, Jo. de Planis, G. Cavucini, H. de Ponte, P. Gachet.

Mandatur receptori solvat Roberto de Cresto, preconi, pro certis laboribus per eum habitis, v florenos. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori solvat Jacobo Quibleti pro reparacione vallorum existencium retro turrim scolarum, videlicet iiij florenos, viij grossos. — *(Levatum est.)*

*(Cessio.)* — N. Georgius de Anthiochia cedit egregiis domino Johanni Regis, Petro de Versonay, Guillelmo Favyer et Petro Braseti, sindicis, jura et actiones sibi competencia [contra] nobilem Anthonium Hospitis ac ejus heredes, res et bona, et pro et mediantibus iiij$^{c}$ lxiiij florenis quos realiter habere confitetur cum expensis inde sequutis.

Ibidem dicti d. sindici confite[n]tur debere dicto n. Georgio iiij$^{c}$ et l florenos ultra l florenos per eum habitos, solvendos ad requestam.

Item eidem, in deductionen premissorum, remictunt dicto n. Georgio ducentum florenos debitos per Guillelmum Balleti, Jacobum Robini et Anthonium Pecollat.



Fiat tallia de qua in precedenti consilio, et solvat dicior iiij florenos et descendendo usque ad tres solidos, et exigatur medietas per receptorem communem.

*(Conrector hospitalis.)* — Vigore potestatis dictis d. sindicis in bulla hospitalis actribute, juxta tenorem illius, deputaverunt conrectorem ejusdem hospitalis d. Mermetum Vuactat, curatum de Collonges super Bella(m) Rippa, quamdiu benefecerit et ipsorum fuerit voluntatis, qui juravit jura et emolumenta dicti hospitalis servare.

Ibidem dictus d. Mermetus fundat in dicto hospitali et capella ejusdem unam missam ebdomadalem pro cujus dote dat centum florenos.

*Lune xxij januarii,* existentibus in consilio quinquagenario egregiis : d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. Johanne Loys, d. Jo. de Saxo, d. A. Goyeti, d. A. Velluti, d. L. Botholierii, d. Jo. Bagnyon, G. Gavit, G. de Quarro, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. de Vaudo, G. Cavucini, H. de Ponte, P. Gachet, L. Acquineaz, Jo. de Lompnis; — G. Roget, Ja. de Muro, B. Dorerii, Jo. Balli, recesserunt non expectato consi[li]o; — Ja. Paquet, H. de Boulo, H. Vallerii.

*(Burgensis.)* — Venerabilis vir d. Amblardus Goyeti, utriusque juris doctor, fuit creatus burgensis gratis. (Renunciavit sue borgesie d[i]e crastina.)

Venerabilis vir n. Johannes Loys, in utroque jure licenciatus, fuit creatus burgensis gratis.

Supervenit Johannes Balli faciens queremoniam de N. Molaris, servitore domini nostri Gebenn. episcopi et principis, qui herina die, hora noturna, Petrum Balli ejus fratrem invasit et eundem acriter gradio tribus in locis lesit, requirens in hoc instari ut eidem justicia ministretur et fiat.

Expositum extitit qualiter ducalis excellencia nititur a civibus, burgensibus et habitatoribus subsidia ultimo in dicione Sabaudie concessa, quod fieri non debet, actento quod dominus noster Gebenn. episcopus est supremus dominus ejusdem civitatis, et alias prout in facto tali in uno folio papiri descripte rescribantur super facto tali opiniones cujuslibet dictorum d. doctorum.

Pariter fuerunt lecte instructiones super premissis facte egregio d. Johanni Regis qui fuit electus ad eundum ad ducalem Sabaudie celsi-

tudinem ; laudantur instructiones, et detur sibi coadjutor egregius Guillelmus Favyer.

(231) *Martis xxiij januarii,* existentibus in consilio ordinario egregiis : P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — G. Gavit, G. de Quarro, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, A. de Orseriis, Jo. de Planis, H. de Ponte, P. Gachet.

Ordinatur quod omnia pignora in Domo communi existencia vendantur et datur onus Stephano de Furno, receptori generali, illa vendendi, et fiant sex coquassie.

*(Burgensis.)* — N. Franciscus Goyeti fuit creatus burgensis, contemplacione egregii utriusque juris doctoris d. Amblardi, ejus filii, gratis.

*(Burgensis.)* — Anthonius Bidelli, de Corlier, parrochie de Vitra, carpentator, fuit creatus burgensis contemplacione G. Favyer, consindici, gratis.

Mandatur receptori solvat n. Michaeli Lingocti, causa in rotulo, lxxxxvij florenos, vij grossos, ij denarios. — *(Levatum est.)*

Mandatur auditoribus computorum intrent Stephano de Furno, receptori, pecuniarum summas in rotulo descriptas, xix florenos, iij grossos, v denarios. — *(Levatum est.)*

*(D. Jo. Regis.)* — Ultra expensas per egregium d. Johannem Regis fiendas, ordinantur eidem dare pro quolibet die quo vacabit eundo ultra montes et redeundo duos florenos, et ultra premissa, pro loquerio equorum, x florenos, et eidem expediantur pro presenti centum floreni.

Mandatur receptori solvat Guillelmo Balleti, causa in rotulo, xlij florenos, j grossum. — *(Levatum est.)*

*Veneris xxvj januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. Versonay, Guillelmo Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, A. de Orseriis, G. Cavucini, G. de Castronovo, Jo. de Planis, P. Gachet.

Mandatur receptori solvat Glaudio Rolandi, carpentatori, in quibus dicta communitas sibi tenetur, pro duabus duodenis lonorum, viginti sex gradibus sapini, lij (duabus) crochiis ferri appositis in ponte latrinarum Fusterie, et duobus gradibus appositis in ponte latrinarum Molaris, iiij florenos, vj grossos. — *(Levatum est.)*



*(Pro facto subsidii.)* — Ematur unus bonus equus domino Johanni Regis, deputato ad eundum ad ducalem celsitudinem Sabaudie pro facto subsidiorum, et vadat cum eo unus vigil ad notifficandum gesta, et peragat consilio et jussu domini nostri Gebenn. episcopi, et eidem expediantur, ultra centum florenos, videlicet xxiiij floreni, et ante conclusionem aut dona fienda notifficet. — *(Habet mandatum de sex viginti et quatuor florenis.)*

Et vadat per Chamberiacum et procuret habere copiam omnium horum de quibus contra civitatem agi posset [1].

Et convocetur consilium generale pro tallia fienda, cum sint aliqui murmurantes, consilio tamen d. vicarii.

Mandatur Ste. de Furno, receptori, solvat n. Bonifacio et Johanni de Sancto Michaele, heredibus magnifici d. Petri de Sancto Michaele, cancellarii Sabaudie quondam, causa in duobus mandatis, xlij scuta. — *(Levatum est.)*

(232) *Sabbati xxvij januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, B. de Sancto Michaele, A. Orseriis, P. Levrier, Jo. de Planis, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, P. Gachet.

*(Oblacio.)* — Petrus Gacheti se obtulit daturum de plathea Molaris de anno presenti, vij florenos.

De exponendis die crastina in consilio generali, primo exponantur quomodo nonnulli nictuntur infringere francesias, et quod expedit obviare, quod fieri non potest absque magnis expensis prout plures existentes in consilio sunt informati, nec expedit ibidem declarare, requirendo dare consilium et auxilium.

Quia d. cancellarius Sabaudie peciit viginti scuta pro locacione vaselle dum stetit in hac civitate Gebenn., nec fuerunt sibi tradita, et petitum an sibi tradentur ut sit prompcior ad condescendendum peticioni civitatis occasione subsidiorum; commictitur discrecioni d. Jo. Regis.

Consilium generale.

Anno Domini M° iiij° lxxxvij, indicione quinta et die dominica

[1] Voir Arch. d'Etat, P. H., nos 753 et 753 *bis*.

xxvij januarii, in claustro ecclesie cathedralis Gebenn., consilium generale inclite civitatis Gebenn. voce cride, sono grosse campane horaque et aliis modis solitis congregatum fuit et personaliter existens, quo erant nobiles, egregii et honorabiles viri : d. Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset, sindici; — Henricus Emerici, Bonifacius de Sancto Michaele, Guillelmus de Quarro, Amblardus de Orseriis, Petrus Levrerii, Johannes de Planis, Janinus Bornandi, Amedeus Rovagnies, Johannes Calabri, Henricus Beatrisii, Petrus Exerton, Johannes Bruni, Guillelmus Vandelli, Franciscus Mangeti, Jacobus de Sex, Aymo Bruni, Mermetus Collombi, Ludovicus dou Pontis, Anthonius Millaneys, Johannes de Crosa, Besanzonus Dorerii, Johannes Dorerii, Glaudius Regis, Fortinus de Forcadaz, Baltasardus Balardi, Hugon. de Ponte, Petrus Borgesii, Henricus de Fontaneis, Rolandus Boysserii, Stephanus Bethodi, Franciscus Patri, Stephanus de Furno, Petremandus de Malodumo, Glaudius Cavucini, Petrus Cortagerii, Amedeus Chivilliardi, Petrus Mercerii, Johannes Spatule, Petrus Lullini, Philibertus de Vaudo, Guillelmus Joly, Johannes de Fontana, Perretus Chinuti, Johannes Albi, Johannes Chanavelli, Johannes de Lompnis, Petrus Francisci, Leonardus Vineti, Glaudius Balet, Jacobus Quarterii, Guillelmus de Rua, Jacobus Picteti, Johannes Roseti, Glaudius Chabodi, Jacobus de Muro, Theobaldus Albi, Stephanus Favyer, Hugo Vallerii, Franciscus Marchiandi, Petrus Mantillion, Reymondus Bovet, Martinus Bellocti, Guigo Prepositi, Johannes Janyni, Hudriodus Ferrati, Thomas Banosii, Johannes Mercerii, Humbertus Viridet, Johannes Pullitoz, Johannes Marlioz, Glaudius Violeti, Jacobus Mangeti, Petrus Pudelli, Petrus Mermodi, Petrus Violat, Petrus Boconis, Jacobus Bidremandi, Mermetus Follieti, Arnoletus Vallient, Johannes de Leone, Guillelmus Garnerii, Richardus Bienvenu, Stephanus Franquet, Stephanus Blancheti, Anthonius Furjodi, Johannes Berlioz, Johannes Regis, Johannes Balli, Johannes Cristini, Ludovicus Thome, Clasquinus de Castro, Girardus de Boulo, Nycodus Arnaudi, Leonardus Boyteti, Petrus Vignoli, Franciscus Mallieti, Benedictus Mallieti, Georgius de Gerdili, Johannes de Bauleduc, et plures alii tam cives quam burgenses et habitatores civitatis Gebenn.

(233) Et eisdem, parte prefatorum sindicorum, expositum extitit qualiter franchesie dicte civitatis infringi nituntur, prout in precedentibus consiliis ordinariis narratum extitit, volentes obviare ne talia fiant, quod fieri non potest absque magnis expensis, requirentes sibi super hiis dare consilium et auxilium. Et conclusum fuit, nemine discrepante, quod fiat una leva per sindicos et consilium ordinarium, vocatis de qualibet disena duobus probis cum designario, quibus datur omnimoda potestas super premissis providendi, et levam pro premissis succurrendi[s] faciendi, et aliter prout eisdem videbitur faciendum pro utilitate et comodo dicte civitatis. Datum ut supra.

Lyonardi.



*Eodem die, post prandium*, existentibus in Domo communi : d. Jo. Regis, P. Versonay, G. Favyer, P. Braset, sindicis; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Crosa, G. de Quarro, P. Levrerii, G. de Vaudo, A. de Orseriis, G. de Castronovo, Leonardo Aquineaz, Johanne de Planis, B. Malliet, Francisco Mallieti, Jo. Lombardi, Johannes Blanchet, Richardo Bienvenuz, Petrus Flory, Petrus de Palude, Nycodus Tornerii, Glaudius Rolandi, Hugon. Borcardi, Hugon. Bosonis, Petrus Gabet, Jacobus de Veruffis, Leonardus Aquineaz, Johannes de Tulia, Jacobus Rubini, Bezansonus Dorerii, Jacobus de Muro, Hudriodus Ferra, Henricus de Fontaneis, Johannes Calabri, Johannes Perrini, Johannes Collet, Johannes Bracoz, Johannes de Palude, Nycolaus Grasseti, Ste. Boni Johannis, Laurencius Neyrodi, Hugon. Artaudi, Berthodus Gaudi, Petrus Mantillion, Girardus Velluti, Petrus Rambosson, Hugo Boulardi, Johannes Charavelli, Humbertus de Domo, Girardus Cuignet, Mermetus Collombi, Ja. de Mara, Guillelmus Balleti, G. Cavucini, Johannes Frochet, Guillelmus de Boulo, Petrus Masuerii, Petrus de Becio, Colinus Chicandi, Johannes de Domo, Jacobus Regis, Hugon. de Nanto, Marquetus Toniaudi, Anthonius Pecollat, Arnoletus Vallient, Ste. Bachodi, Glaudius Arnaudi, Hugo Vallerii, Reymondus Bovet, Petrus Girardet, Nycodus Bon, Johannetus Borcardi, Petrus Levrier laycus, Johannes Regis, Johannes Balli.

Recitata fuerunt gesta in precedenti consilio, et conclusum quod pro prosequucione materie fiat una graciosa tallia exigenda duobus terminis, videlicet major iiij$^{or}$ florenos, alii tres, alii duos, alii(s) xviij grossos, alii xij grossos, alii sex et alii tres; et miserabiles et pauperes excludantur.

(234) *Martis penultima januarii,* existentibus in consilio ordinario : d. Jo. Regis, G. Favyer, P. Braset; — H. Emerici, G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, B. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. Cavucini, A. Pecollat, H. de Ponte, G. de Castronovo, Jo. Maliardi, P. Gacheti.

*(Burgensis.)* — Petrus Navis, notarius et curie officialatus Gebenn. juratus, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Mandatur receptori expediat magistro Jacobo Quibleti, carpentatori, pro visitacione turrium et aliorum edifficiorum civitatis, videlicet unam vestem de devisa civitatis.

Mandatur auditoribus computorum intrent Stephano de Furno, quos tradidit Hugon. de Boulo, decem florenos pro prosequucione recuperacionis nundinarum, x florenos. — *(Levatum est.)*

*(Confessio.)* — || Stephanus de Furno debere confitetur nobili Henrico Emerici, presenti, sex viginti et quatuor florenos causa mutui habiti, etc., solvendum ad requestam. — *(Habet in nota.)* ||

*(Constitucio.)* — Ibidem prefati d. consindici, de consilio quorum supra, promictunt servare indempne[m] dictum Stephanum de dictis sex viginti et quatuor florenis sub obligacione omnium bonorum dicte civitatis, et constituunt eundem receptorem gabelle noviter imposite, qui juravit reddere bonum et legalem computum.

Ibidem prefatus d. Johannes Regis habuisse confitetur a dicto Stephano dictos sex viginti et quatuor florenos. — *(Habet in nota in dorso mandati.)*

Prefati d. consindici confitentur Jacobum Michodi implicasse in edifficiis domus communis existentis supra pontem Rodani : ciij florenos, vij grossos, vij denarios cum obolo. — *(Habet in nota.)*

*Jovis prima februarii,* existentibus in consilio ordinario: G. Favyer, P. Braset; — G. Gavit, G. de Quarro, G. de Crosa, G. de Vaudo, A. de Orseriis, Jo. de Planis, G. Cavucini, P. Levrier, A. Pecollat, P. de Orseriis, Ja. Bornandi, H. Vallerii, H. de Nanto, G. Cugnet, H. Bosonis, P. Gabet, Ste. de Putheo, Guigone Prepositi, Ste. Favyer, B. Malliet, P. Cortagerii, Jo. Challes, Hudriodo Ferra, Andrea Gervasii, G. Velluti, Johanne Colleti, H. de Fontaneis, Ny. Tornerii, P. Charavelli, P. de Genesta.



Quia fuerunt vocati quinquagenarii ad faciendum electionem primam sindicorum creandorum, ut est assuetum, nec comparunt, remictitur in consilio generali Dominico futura congregando.

*(Burgensis.)* — Glaudius, filius quondam Mermeti Lane de Virrier, fuit creatus burgensis mediantibus viiij florenis, j plasterono. — *(Levatum est.)*

(235) *Sabbati tercia februarii,* existentibus in consilio : P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, G. de Crosa, G. de Vaudo, A. de Orseriis, A. Pecollat, Jo. Maliardi, P. Levrier, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, Jo. de Planis, G. de Quarro, Ste. Favyer, P. de Malodumo, Jo. de Lompnis, P. Mermodi, Jo. Roberti, Jo. Malioz, Ja. Michaudi, B. Malliet, A. Gervasii, P. de Genesta, Hudriodo Ferra, Arnoleto Vallient, Petro Johanne Bruni, G. Ballet, Hugone Boulardi, Johanne Bueti, Petro Exerton, Hugone Vallerii, P. Cortagerii, Jo. Blanchet.

*(Burgenses.)*

Jacobus Magnini, de Chanay, notarius, fuit creatus burgensis mediantibus viij florenis. — *(Levatum est.)*

Petrus Neyrodi, de Hostona, fuit creatus burgensis contemplacione rev. d. vicarii, gratis. — *(Levatum est.)*

Mutacio sindicorum.

*Die Dominico quarta februarii,* anno m° iiij$^{c}$ lxxxvij$^{mo}$, indicione quinta, existentibus in claustro ecclesie cathedralis Gebenn. more solito congregatis nobilibus, egregiis et honorabilibus viris : Jo. Regis, P. de Versonay, G. Favyer, P. Braset; — d. F. de Veyrier, H. Emerici, B. de Sancto Michaele, G. de Quarro, P. Levrerii, A. de Orseriis, G. de Vaudo, G. Balleti, Johanne de Lompnis, Henrico Beatrisii, Petro Mercerii, Guillelmo Joly, Stephano Faverii, Hugon. de Nanto, Reymondo Bovet, Petro Pudelli, Petro Mermodi, Leonardo Boyteti, P. Vignioli, Ja. de Veruffis, Francisco Marchiandi, Bartholomeo Savarini, Johanne Roberti, Glaudio Morelli, Anthonio Philippini, Ste. de Putheo, Arnoleto Vallient, Johanne Janyni, Jacobo Nepotis, Jo. de Planis, P. Exerton, Richardo Bienvenuz, Janino Bornandi, P. Cortagerii, A. Millaneys, P. Mantillion,

P. Falquet, Anthonio Bulliffroz, Johanne Collet, Andrea Gervasii, Francisco Mallieti, Benedicto Mallieti, Janino de Mara, Johanne Malioz, Johanne Blancheti, G. Rolandi, Nycodo Tornerii, Henrico Pollerii, Stephano Pecollacti, Amedeo Magnaz, Johanne de Palude, Hugon. Fuserii, Henrico de Strata, Jacobo Michodi, Francisco Pariseti, Jacobo Vuarasii, Johanne Buni, Francisco Mangeti, Ludovico du Pontis, Johanne Bueti, Petro Francisci, Glaudio Cavucini, Nycodo de Nanto, Henrico de Nanto, Stephano de Furno, P. de Malodumo, P. de Genesta, Johanne Charavelli, Jacobo de Muro, Petro Gabet, Marqueto Toniaudi, Jacobo Mangeti, Hugone Vallerii, Hugon. Borcardi, Jacobo Robini, Anthonio Pecollati, Johanne Challes, Johanne Magnini, Johanne Calabri, Petro Tronchonaz, Petro Johanne Bruni et pluribus aliis tam civibus quam burgensibus Gebenn., suo et aliorum civium et burgensium nominibus elegerunt, constituerunt eorum sindicos et procuratores dicte civitatis per unum annum proxime futurum nobilem et egregios viros Glaudium Gavit, Girardum de Vaudo, Johannem de Planis et Johannem de Lompnis, presentibus venerabilibus viris dominis Johanne Masuerii et Petro Mermeti in || legibus || decretis licenciatis.

(236) Et constituitur secretarius dicte civitatis egregius Amedeus Faverii ad ejus vitam, dum tamen benefecerit.

Et datur potestas sindicis et consilio ordinario eligendi auditores computorum dicte civitatis.

Et constituitur consiliarius ejusdem civitatis n. Henricus Emerici dum vixerit in humanis.

---

viij[a] aprilis anno LXXXV [1].

Michael Lyonardi, vigil, habet de arnesiis ville unam saladam, j plasteronum et unum viogium, que promictit reddere dum fuerit requisitus.

Mermetus Gringandi, vigil, habet totidem.

Johannes Gallatini, vigil, habet totidem.

Romanetus Carpini, vigil, habet totidem.

Reymondus Coste, vigil, habet totidem.

Petrus Arbalesterii, vigil, habet totidem.

[1] Cette note occupe le verso du dernier feuillet du registre.

## LISTE DES SYNDICS, DES SECRÉTAIRES ET DES TRÉSORIERS DE LA VILLE DE GENÈVE

### 1477-1486

### Syndics.

1477

Jacobus Nergaz.
Besansonus Dorieres.
Girardinus Blancmantel.
Bartholomeus Bernardi, alias de Monte.

1478

Johannes de Saxo (utriusque juris doctor).
Nicolinus de Liga (Lingoti).
Petrus Braseti.
Hugonetus Valleti.

1479

Johannes de Pemes (†), *puis*
Henricus Emerici.
Girardus Rogeti.
Anthonius Achardi.
Petrus de Nanto senior.

1480

Henricus Emerici, alias d'Espagny.
Johannes Polliuti.
Franciscus Grossi.
Guillelmus de Crosa.

1481

Nicolinus Lingoti.
Petrus Magnini.
Andreas Regis.
Guillelmus Fabri.

1482

Petrus Floreti, *suppléé par* Johannes de Fontana (juillet-décembre.
Hugonetus Valleti (†), *puis*
Matheus Scarroni.
Guillelmus de Quarro.

1483

Johannes Polliuti.
Girardus de Vaudo.
Stephanus Pecollacti.
Johannes Malliardi.

1484

Franciscus de Veyriaco (utriusque juris doctor), *suppléé par* Glaudius Gavit (juillet-octobre).
Petrus Floreti.
Henricus Emerici.
Petrus de Nanto.

| 1485 | 1486 |
|---|---|
| Johannes de Saxo (utriusque juris doctor). | Johannes Regis (utriusque juris doctor). |
| Glaudius Ravonelli. | Petrus de Versonay. |
| Glaudius Gavit. | Guillelmus Faverii. |
| Guillelmus de Quarro. | Petrus Braseti. |

SECRÉTAIRES.

| | |
|---|---|
| 1477 (jusqu'au 18 février). | Glaudius Cavucini, notarius. |
| 1477 (18 février). | Hugonetus Consilii, notarius. |
| 1478 (17 février). | Guillelmus Vincencii, † 1478. |
| 1478 (20 août). | Guillelmus de Quarro, clericus. |
| 1478 (25 septembre). | Hugonetus (Hugoninus) Consilii, notarius, *confirmé en* 1479, 1480, 1481. |
| 1482 (12 février). | Guillelmus de Crosa. |
| 1483 (26 février). | Anthonius Lyonardi, notarius, *confirmé en* 1484, 1485, 1486. |
| 1487 (4 février). | Amedeus Faverii. |

TRÉSORIERS.

| | |
|---|---|
| 1468-1482. | Girardus de Fogia. |
| 1482 (12 nov.). | Hugoninus de Ponte. |
| 1484 (17 février). | Petrus Gacheti. |
| 1485 (15 février). | Hugoninus Renguisii *(n'entra pas en fonctions).* |
| 1485 (25 février). | Petrus Gacheti. |
| 1486 (21 février). | Stephanus de Furno. |

# INDEX

# INDEX

